Synodum,& epiſcopus Herbipolenſis fortè conciderer,ſi conueniretur, non teneretur coram eo reſpondere, quia non eſt in prouincia Magdebur. Ideo talis Epiſcopus habebat jus reuocandi domum.c.ſi.j.de ſo.compe.l.iij. §. Legatis.ff.de iudi.Pro ꝙ neceſſaria erat eius interrogatio & ꝑmiſsio,ad excludendam illam exceptionem, Sed hæc ſolutio eſt diuinatio,quia non conſtat cuius prouinciæ,non potuiſſet ſine cõſenſu ſui Archiepiſcopi in aliam Synodum conſentire.c. Significaſti.j.de ſo.compe.Poſtremò,obſtat huic ſolutioni tex.hic,dum dicit Actorẽ petiiſſe vt Epiſcopus introduceretur ad Synodum,quod vtique non fuiſſet factum, niſi de Synodi iuriſdictione fuiſſet, ideo hæc ſolutio nihil valet. Propterea communiter Doct. approbant primam & ſecundam ſolutionem,ſcilicet quòd Epiſcopus fuerit interrogatus ex abundanti,& quod interrogatio facta fuerit ad excludendam exceptionẽ declinatoriam.Ita concludunt hic Innoc.Io.de Imo.ver.Nota vtilẽ pract. & ver.in glo.iij.& Panor.in ver.Secũdo oppono.Nico.de Neap.in addit.ad Pan.Andr.Barb.ver.Datur alia ſolut. Tamen Andr.Bar.addi aliam ſolutionem,quæ videtur cõuenientiſ.& priores duas declarat,ſcilicet ꝙ is Epiſcopus habebat plures iudices,coram quibus potuit conueniri,vt.ſ.diximus, & inter eos eligere poterat,quẽ vellet:vt ergo illa electio tolleretur, & Synodo ſine aliqua exceptionẽ ſubijceretur, interrogatus eſt,& cum promiſiſſet ſe reſponſurum coram Synodo,Synodũ declinare,& alios eligere non poterat, d.Authen.Habita.C.Ne ſi.pro patr.d.l.Serui electione.ff.de lega.j.Ad hoc ergo profuit Synodi interrogatio,& ipſius reſponſio. Alias ſolutiones ad hoc contrarium, vide apud Andr. Barba.

¶ Secundò, non obſtat text.in.d.l.Si conuenerit.Vbi habetur,quod prorogans iuriſdictionem poſsit pœnitere, re integra.Quia ad hoc reſpondet gl. hic, in verbo, Non placere.Licet ſint quidam caſus, in quibus quis contra factum proprium venire & pœnitere potuit, vt in.c.Cum laici.j.de iu.patr. Sed tamen in caſu noſtro non ita haberet locum pœnitentia.quia fit in alterius partis præiudicium.l.Nemo poteſt.ff.de reg.iur.Sed omnes doct.communiter reprehendunt hanc ſolutionẽ glo:& dicunt quod.d.c.cum laici, nihil faciat ad propoſitum pro ſol.l.contrariæ.Primum ideo, quia Anton.de But.dicit, ꝙ illud.c.Cum laici, non loquitur de pœnitentia, ſed de accumulatione,hoc eſt,quod accumulatio duorum inſtitutorum fieri non debeat.Panorm.autem illam reſponſionem Anto.iterum impugnat, dicens, quod in.d.c.cum laici, propriè locum habeat pœnitentia, quia ibi habetur, quod quidam patronus laicus propria autoritate cuidam Clerico conceſsiſſet præbendam,quum tamen tantum præſentare debebat, & ſic conceſsio non valebat, Ideo potuit pœnitere, & Epiſcopo alium præſentare,cui concederetur. Secus ſi primò præſentaſſet vnum Epiſcopo,ſecundò alium tamẽ, non poſsit pœnitere,niſi accumulando.c.Cum autem.j.de iure patr.Doc. in.d.c.Quæ à iure cõi,de re.iur.in.vj. Sic quicquid ſit,d.c.Cum laici,per gl. allegatũ,nihil facit ad propoſitũ pro ſo.ad.d.l.Si conuenerit.Igitur tu reſpon

ſpõde ſequẽdũ Gof.Phi.Io.An.Io.de Imo.Pau.& alios hoc modo, q.d.l. Si conuenerit, locum habet, quando quis conſenſit in iudicem omnino alienũ, tum, reintegra, pœnitere poterit. Tex.
15 autem.c.noſtri loquitur, in caſu, † quã do quis conſenſit in iudicem proprium, qui tamen aliqua exceptione repelli & recuſari potuit, quia Synodus erat Iudex Epiſcopi, licet declinabilis. Et ſic in.l. Si conuenerit. pactum eſt de iuriſdictione danda quæ non
16 erat. Hic autem † pactum eſt de iuriſdictione exiſtente, non declinandã: q facilius fieri poteſt, quam iuriſdictionem dari, cum facilius iuuetur ius antiquum, quàm de nouo introducatur. l. Si vnus.§.pactus.ver. Quod ſi.ff.de pact.c.Ab exordio, cum glo.xxxv.diſ. Et ita quoque decidit Spe.in.§.j.verſi. Sed nunquid poteſt, de comp.iud.adi. Sed de declinanda & prorogãda iuriſ. j.latius dicemus.

¶ Tertiò, non obſtat quod dictum eſt de priuilegiata except.declinato.cui tacitè renunciari non poteſt &c. Quia ad hoc reſpondetur, q poſſit locum habere, ſi quis coram Iudice omnino alieno promitteret ſe reſponſurum, tum per illam promiſsionem non cenſetur renunciaſſe excep.declina. Secus ſi coram Iudice ſuo, vt hic, id faciat. Tex.eſt in.d.Auten.Habita.C.ne fil. pro patre. Sed contra iſtam ſolutionẽ expreſsè facit deciſio Bart.in.d.l.j.ff. Si quis in ius voc.non ierit. Vbi decidit, q ſcholares, qui quoque habẽt tres Iudices, tum demum non poſsint vti exceptione declinatoria, quando expreſſe renunciant omni priuilegio fori. Secus, ſi nulla renunciatio facta eſ-
17 ſet. † Nam, licet non renunciet in ſpecie, & ſic in indiuiduo, priuilegio Auten.Habita, tamẽ hoc caſu ſatis eſt renunciare in genere priuilegiis fori. Sufficit enim quod ſpecies priuilegii exprimatur ſecundum ſuam ſpeciem, non autem ſecundum ſuam ſingularitatem, Arg.l.fi.C. Quod cum eo, qui in alie.po.eſt neg.geſt.eſſe dica. In terminis autem noſtris neque generalis, neque ſpecialis eſt renunciatio priuilegiorum, ſed tantum nuda interrogatio & promiſsio de reſpondendo corã Synodo, ideo non poteſt tollere priuilegium excep.declinatoriæ fori. & ſic videtur q tex.noſter inducat nouã iuris cenſuram, per quam Reus excluditur à priuilegio declinandi fori, ſine aliqua renunciatione. Reſponde ergo ſecundum And.Barb.hoc modo, quòd promiſsio Epiſcopi de reſpondendo coram Synodo, propter autoritatem iudicii, coram quo facta eſt, tanti ſit effectus, ac ſi expreſsè renunciaſſet except.declin.Arg.l. Cum oſtendimus. §.fina.ff.de fideiuſſ.tuto.l. Manumiſſio perlictores.ff.de manumiſ.vind. l. Eum à quo cum ſimili.ff.de in ius vocan. Et ſic pactum factum in iudicio, coram ipſo iudice acceptante.de
18 reſpondendo coram ipſo. † veſtitur autoritate iudicij, vt ſcilicet promittens reſpondere, videatur renunciaſſe priuilegio fori, licet de illo nulla fuerit facta mentio. Et ſi obiiceretur huic ſo.tex.i.c.dilecti.de fo.cõ. Rñde q ibi pmittẽs nõ renunciat priuilegio, ſed priuilegium non comprehendit promittentem alibi ſoluere.

¶ Poſtremò, nihil fa.c.Significaſti.j.de fo.cõp. Quia Synod' erat index iſtius Epi.vt.ſ.diximus. Et tñ de.j q. De progatiõe aũt tacita & expſſa dicemus.j.

de quæſtionib.
¶ Secunda q. quæ ex hac facti contin-
19 gētia elicitur, † hæc eſt: Cùm Epiſco-
pus conuentus poſt ſuam promiſsionē
de reſpondendo coram Synodo, ſine
Synodi licentia receſſerit, an vt contu-
max puniri debeat, & qua pœna. Et
primò videtur, quòd pro tali receſſu,
vt contumax excommunicari non de-
20 bebat † Nam ad hoc, vt quis excom-
municetur, pro contumacia requiritur
trina citatio. Item, præcedens monitio.
c. Sacro. infr. de ſen. excommu. Sed hic
Epiſcopus nec citatus, nec monitus
erat. Ergo &c.
¶ Contrarium decidit tex. noſter quòd
ſcilicet propter huiuſmodi contuma-
ciam debeat excommunicari, & nemo
cum eo communicare debeat, donec ſa
tisfactione præmiſſa fuiſſet abſolutus:
nec tamen ſtatim debeat auferri Epi-
ſcopatus, ſed expectari, vtrum infra an
num velit innocentiam ſuam purgare
& abſolutionem petere. Quod ſi omiſ-
ſum fuerit, anno elapſo, non auditur,
ſed deponitur. c. Rurſus, cum c. ſeq. xj.
q. iij. c. Veritatis, infr. de do. & contum.
& eſt gloſſ. hic in verbo, Epiſcopatus
21 † Quòd autem is contumax ſit, qui ſi-
ne Iudicis licentia recedit, probatur
per tex. in c. Certum. xj. q. iij. & eſt tex.
hic not. dd. in. l. Ex conſenſu. §. Eum
qui. ff. de appel. & in l. fin. ff. de reſti. in
22 integr. Ideo puniri debebat. † Eſt autē
pœna huius contumaciæ de iure Ca-
no. excommunicatio, text. eſt hic. Et, ſi
infra annum non purgauerit ſuam in-
nocentiam, amplius non auditur, ſed
proceditur ad depoſitionem c. Rurſus.
& c. Quicūq;. xj. q. iij. Nec obſtat, quod
ſupra dictum eſt, requiri trinam cita-
tionem ad hoc, vt quis fiat contumax
&c. † Quia hoc verum eſt quo ad pu-
rificandum delictum contumaciæ: ſed
ſi illud aliter fuerit detectum, vt quia
contumacia eſt manifeſta, non requiri-
tur trina citatio, ſecundum Anto. de
But. Panor. & alios hic.
¶ Nota primò ex hoc text. ſecundum
dd. in verbo. † Aduerſarius, quòd is, qui
mecum in Iudicio contendit, dicatur
aduerſarius meus, & ſic ex contentio-
ne iuridica & facto à Iure non impro-
bato, oritur quandoq; inimicitia: quod
eſt bene notandum, propter ſtatuta re-
pellentia aduerſarios ab accuſatione:
fa. ad hoc c. Propoſuiſti, infr. de fo. com
pe. c. fi. infr. de iura. cal. in. vj. c. Si hi, cō
tra quos. infr. Vt lite penden. in vj. c.
fi. & quæ ibi not. infr. de eo qui mitt. in
poſ. cauſa rei ſer. c. Cùm quis, cùm in-
fi. ſimilib. infr. de reſti. ſpolia. Imò is
non tantum dicitur aduerſarius, qui
iam contendit cum aliquo in Iudicio,
ſed is quoq;, qui tantum citationem cō
trà aliquem emitti curauit vt colligi-
tur hic ex tex. Et hinc eſt quòd aduer-
ſarium meum in vna cauſa poſſum re
cuſare, ſi detur mihi in Iudicē, in alia
cauſa, vt not. in c. Inſinuante, ſupr. de
off. deleg. Dd. in hoc nota. tractant q.
vtrū prælatus poſsit eſſe Iudex in cau
ſa Eccleſiæ. ſed quia propriè non perti
net ad deciſionem c. noſtri, nos præter
mittemus eam, Tu vide dd.
¶ Secundò not. domi. ex tex. hic in ver
25 bo. Petiiſſet † quod omnis citatio, quæ
fit per Iudicem, fieri debeat ad partis
inſtantiam: Quia ſi iudex per ſe abſq;
partis inſtantia citauerit, non valet ci
tatio, ſecundum Bart. in l. Ad perem-
ptorium. ff. de iudic. Non enim debet
26 † Iudex officium ſuum interponere ad
vtilitatem priuatam, niſi petatur. l. iiij.
§. Hoc

§. Hoc autem Iudicium. ff. de dam. in- infect. Inno. in c. Ad noſtram el. ij. inf. de Iureiu. Specul. in tit. de cita. §. Sequitur. verſi. Illud autem. Ideo addit Io. de imo. quòd in citatio: conſueuit dici ad petitionem talis vel talis eam emiſſam eſſe. Si tamen ex actis apparet, citationem deſcriptam & nuncio commiſſam, relationem quoq; factam,
27 †debet præſumi requiſitionem partis præceſsiſſe, ex quo requiritur ad eius validitatem, nec cum effectu, aliter poteſt dici citatio, per ea, quæ not. Inno. in ca. Innotuit. infr. de eo qui ord. furt. ſuſcep. Bart. dd. in l. Sciendum. ff. de verbo. oblig. §. fi. inſti. de fideiuſſ. §. Si ita ſcriptum. Inſtit. de inutil. ſtipu. Io. de imo. Panor. & Andr. Barb. & alii dd. De hoc tamē, an ſcilicet requiſitio partis præſumatur, eſt diſputatio apud doctor. cùm ſit ſolennitas extrinſeca, & ſolennitates extrinſecæ regulariter nō præſumuntur, niſi probentur. Vide doctor. in proximè allegatis locis. Sicuti
28 ergo †in qualibet citatione, quæ fit per iudicem, requiritur quod fiat ad partis inſtantiam & requiſitionem. Ita quoq; quilibet Actor debet à iudice citationem impetrare, nec propria autoritate realiter vel verbaliter aliquem citare. l. Neminem. & ibi Bart. C. de exhib. & introdu. reis. Et ſic in qualibet citatione ſunt tres perſonæ de ſubſtantia, Iudex, Pars impetrans citationem & pars citata. Si tamen Iudex inquirit ex officio poterit ſine alicuius inſtantia partem citare, & hoc non habet dubium.
29 Sunt quoque quidam †caſus, in quibus permittitur citatio parti propria autoritate ſine commiſsione Iudicis.

¶ Primò, ſi quis fuerit in flagranti crimine aliquo atroci deprehenſus, ceptus poteſt abſque iudicis autoritate, imò interdum interfici. l. Raptores. C. de epiſcop. & cleri. l. prima. C. de rap. vir. l. prima & ſecunda cum multis ſimilibus. C. Quan. lice. vnic. ſe ſine Iudi. vind.

¶ Secundò. in debitore fugiente. l. Ait prætor. §. ſi debitorem. & quæ ibi not. ff. de his qui in frau. cred. glo. & dd. in
30 §. Actio autem. Inſtitu. de actio. †Nam in defectum iuſtitiæ poteſt quis ſibi propria autoritate ius facere, cùm lex tam citationem quam executionem ei tribuat. l. Gracchus. C. de adulte. l. Vt vim. ff. de iuſti. & iur. can. Ius naturale. j. diſtinct. Innocen. in capitul. Olim el primo in verbo, Innotuit. infr. de reſti. ſpolia. Alios caſus ſpeciales, vide apud Barto. in l. generali. C. de decur. libro decimo. Et de hac materia vide copioſè inſtitut. & prſertim Do. Iaſon. in dicto. §. Actio autem in glo. in verbo, In iudicio. inſtitut. de actio. Et ſic conſtat ex prædictis quod iudex ſine partis requiſitione & contra pars ſine iudicis autoritate, citare non poſsint.

¶ Cùm autem in omnibus iudiciis extent nuncii generales ad citationes, du-
31 bitari poteſt †vtrum illi generales nuncii poſsint citare ſine iudicis autoritate. Innocen. in ca. Quoniam contra. in verbo, Citationes. infr. de proba. tenet, quod ſic propter commiſsionem generalem. Sed Barto. in dicta. l. Neminem C. de exhib. & introd. reis. reprehendit hoc dicens quod generalis commiſsio ad hunc caſum ſe non extendat. Argu. l. j. C. de iu. do. impet. & Bart. ſequitur Panorm. hic ver. Sed quia. Cyn. in d. l. Neminem. C. de exhib. reis. diſtinguit quam diſtin. Bal. in l. Si quando. ver. duodecimò quæro. C. de teſtib. refert,

& ſequitur.Eſt autem talis diſt.Aut ci-
tatio eſt realis, vt captura hominis, &
non poteſt fieri per nuncium genera-
lem,ſine ſpeciali commiſsione.d. l.Ne
minem.Et in hoc caſu poſſet procede-
re opinio Bar.

¶ Aut eſt citatio verbalis,& ſubdiſtin-
guunt.Aut requiritur cauſæ cognitio,
& Iudicis motus,& quoq; non valet ſi-
ne ſpeciali Iudicis commiſsione.Et ſic
adhuc procedit opinio Bar.

¶ Aut non requiritur cauſæ cognitio,
ſicuti eſt ſimplex citatio ad comparen
dum. Et dicunt quod poſsit fieri per
nuncium generalem ſine ſpeciali com
miſsione. Et in hoc caſu dicunt intelli
gi poſſe opinionem Inno.& hoc quoq;
ſeruari de conſuetudine apud Floren-
ti.Andr. Barb. hic impugnat illam di-
ſtin. & ſimpliciter approbat opinionē
Bar.quòd ſcilicet omnis citatio,ſiue ſit
realis,ſiue verbalis,per nuncium gene
ralem fieri debeat autoritate Iudicis:
allegat ad hoc iura ſupra de autoritate
Iudicis alleg.& addit tex.in c.Ex parte
el. ij. in his verbis. Cumq; autoritate
iudicum in ius vocatus eſſet &c. ſupr.
de reſcript.

¶ Tertiò no.ex text.hic,in verb.Inter-
rogatus, ſecundum omnes Doctores
32 hic † iudicem interrogare poſſe partes,
non ſolum poſt litis conteſta. circa ea,
quæ tendunt ad deciſionē negocii prin
cipalis,vt in c.Cùm Ioannes.§.Ad hoc
ver.Verum.inf.de fide inſtru.& c. In-
durantem,xxx.q. vj. Sed etiam inter-
rogare poteſt ante litem conteſtatam,
non ſolùm ſuper factis partium,verū-
etiam ſuper iuriſdictione, vt ſic partē
ſuæ iuriſdioni ſubiiciat per interroga
tionem & promiſsione, quæ alias ei
ſubiecta non erat, & excludat materiā
proponendi declinatorias: de hoc eſt
tex.hic ſecundum dd.ſingu. Et fa.quæ
not.in glo.c.pe.in verb. Reſponſionis,
33 infr.de iura.cal.Si tamen † noua cauſa
recuſandi emerſerit vel prior recuſan
di cauſa occulta fuerit, poſſet non ob-
ſtante interrogatione & promiſsione,
eum recuſare,Aug.c.Inſinuante, ſupr.
de offi.deleg.l.Si poſt datam.ff.de pro
cur.& l.De ætate.§.Ex cauſa.ff. de in-
terrog. actio. Imò etiam poſt conclu-
ſionem in cauſa iudex interrogare po-
terit, nedum ad finem declarandi du-
biam probationem,iuxta d.c.Cùm Ioā
nes.§.Ad hoc.ver.Verum, infr. de fide
inſtru.Sed etiam ad fundandam inten
tionem aduerſarii, & ſic quandocunq;
iudici ęquum viſum fuerit,poterit par
tes interrogare.l.Vbicunq;.ff. de inter
rog.actió.Non tamen interrogabit ſu-
per his,quæ natura cauſæ non deſide-
rat Aug.l.Quiſquis.C.de poſtul.Ita de
cidit Andr.de ſer.in c. j. §. Si quis ho-
minem,de pace tenen.Specu. in tit.de
renun.& cōcluſio.in prin.ver.Et ſcias.
Bal.in l.j.C.Sen.reſcin.non poſ. Et o-
mnes dd.hic.

¶ Quartò not.Panor.in verbo,Placuit
34 quod † iudex poſsit mulctare contuma
cem etiam parte non petente,quia par
ti reſpectu mulctæ imponendæ nulla
competit actio,ſed totum expeditur of
ficio iudicis.cuius iuriſdictio & autori
tas contemnitur.Vt eleganter no. Bar.
in l.ij, ff. Si quis in ius voca.non ierit.

¶ Vltimo colligit Panor. hic in verbo,
Videri,argumentum quod per hoc ver
35 bum,Videri † reſpondetur de iure,& po
terit per idem verbum ferri ſententia,
quia iudex habet iudicare iudicio intel
lectus,cui congruit hoc verbum, Vide
ri.l.Quid tamen.§.Si arbiter. ff. de ar-
bit.

bit.Idem eſt in Medicis, & aliis peritis
in quacunq; arte,quum adhibentur vt
iudicent de morbo aliquo,vt ſuam ſen
tentiam per verbum , videri explicare
poſsit.l.j.in princip.ff. de vend. inſpi.
Vide Barth.in d.l.Quid tñ.§.Si arbiter
36 ff.de arbit. Vbi quoq:† diſputat dictũ
teſtis deponẽtis per verbũ, Videt mihi.
¶ Glo.in verbo,Interrogatus, occurrit
tacitæ obiectioni, & reſpondet duobus
modis.Primò , ibi ex ſuperabundanti.
Secundę,ibi vel forſitã.Sed hęc omnia
ſunt .ſ.in deciſione copioſè abſoluta.
Glo.In fin.ibi ſed illa,impugnat ſecun
dam ſolutionem, quaſi Epiſcopus non
potuiſſet recuſare totã Synodum. Ori
37 tur ergo nunc quæſtio, † vtrum tota
Synodus recuſari poſsit necne. Et vi-
detur primò quod indiſtinctè recuſari
poſsit.Nam certum eſt, quod Synodus
38 eſt vniuerſitas quædam † ſed vniuerſi
tates poſſunt recuſari propter ſuſpitio
nem.Cle.Paſtoralis.§. Notorium ver.
Piſana.de re iud.c. Licet in princi.ver.
Dummodo.ĵ.de for.cõp.c.fi.ſ.de proc.
¶ Contrarium tenet glo. hic, quod re-
cuſari non poſsit , & reſpondet Andr.
Barb.ad iura pro prima opin.adducta,
quod ſcilicet nihil faciant ad propoſi-
tum,& primò reſpondet ad tex.in Cle
men.Paſtoralis.§. Notorium. quia ibi
non loquitur tex.de vniuerſitate alicu
ius ciuitatis,quæ vnio ciuium dicitur,
ad inuicem & ſimul cohabitantium, vt
no.in c.Si ciuitas.de ſen.excom.in. vj.
Synodus autem eſt vnio ſiue cœtus
multorum prælatorum, qui non ſimul
cohabitant,ſed ex variis diœceſibus cõ
ueniũt.Non ergo dici poteſt quod illi
oẽs qui ex multis partibus conueniunt
alicubi, ita ſint ſuſpecti ſicuti illi, qui
ſemper cohabitãt.Igitur d.Cle.Paſto-
ralis de ciuilibus loquẽs nõ poteſt lo-
cum habere in Synodo.Ita quoq; reſpõ
det ad tex.in c.licet.ĵ.de fo.comp.quia
loquitur de vniuerſitate ciuium.
¶ Tu ex mente dd.in hac q.hoc modo
diſtingue,Aut quęris de concilio vni-
uerſali & eſt cõis concluſio, quod recu
ſari nõ poſsit propter ſuſpitionẽ quia
30 †repreſentat vniuerſalẽ Eccleſiã.c.Ar
recta.iunct.gl.in ver.Nouitatibus.24.
q.j.Et no. dd. in c.Graui.ĵ.de præb. &
dig.And.tñ Barb. addit limitationem,
quod hoc verum ſit ſi cõcilium fuerit
congregatum principaliter pro refor-
mando ſtatu eccleſiæ, ꝙ tamen recuſa
ri non poſsit.Si aũt principaliter con-
tra aliquẽ vel aliquos congregaret illi
poſſent recuſare pręſidentes tanquam
ſuſpectos,& ipſorũ inimicos.Alleg.ad
hoc c.Quod ſuſpecti.iij.q. v. Quia ibi
habet,ꝙ conciliũ congregatũ cõtra Io.
Chry.qui non cõparuit, ſed miſit excu
ſatorẽ ſecundũ glo.ibi in ver. Intrare.
Quod factũ approbat ibi per ſummũ
Pontificẽ qui allegat rationẽ.Nam etſi
40 crimina †alicuius ſint manifeſta,tñ ac-
cuſatione inimici condẽnandus nõ eſt.
¶ Aut quęris de cõcilio prouinciali, ſi-
ue metropolitano.Et dic: Aut maiores
vt archieps &c.ſunt ſuſpecti,& ſine du
bio recuſari põt d.c.Quia ſuſpecti.iij.
q.v.Cum hac tñ cautela , ſi illis ſuſpe-
ctis & recuſatis excluſis, alii nõ ſuſpe-
cti ſint ſufficientes,quo ad illã cauſam
quæ tractari debet,& põt Synodus con
ſiſtere in illis nõ recuſatis.Hæc eſt opi
nio Vincẽ.quã alleg.Pan.hic.Anto. de
but.addit:Quòd ſi è cõtrario Archieps
tanquã ſuperior nõ eſſet ſuſpectus reli
qui aũt aſsidentes ſuſpecti eſſent debet
hab eri rõ ipſorũ & primũ ipſius ſupio
ris an.i.facile moueret ex dictis aliorũ.
Item

Item, an aſsidentes ipſi ſint verſuti & callidi, qui facilè mouerent ipſum &c. Sed Panor. reſidet in eo, quod ſuper. diximus, ſi ſcilicet remotis ſuſpectis remanet Synodus in perfecto numero, qui requiritur ſecundum qualitatem cauſæ, quòd propter ſuſpitionem quorundam non poſsit tota Synodus recuſari, Argu. c. Dilecte. infr. de teſtib. c. Vtile. infr. de reg. iur. in vj. Et idem in effectu decidit Io. de Imo. hic, & Andr. Barb. quos vide. Et decidunt communiter dd. hic.

¶ Glo. in verb. Experiri, oppo. contra text. hoc modo: Dicitur hic reum fuiſſe interrogatum, an cum Actore vellet experiri, Sed contrà Reus non experi-
41 tur, ſed defendit ſe, Actor † autem propriè experitur. c. Paſtoralis. in prin. infra. de cauſa poſſ. & proprie. c. pe. infr. de re iud. c. Diſpendia. §. Reus quoq;. de reſcrip. in. vj. Ergo tex. malè & impropriè loquitur, in eo, quòd attribuit verbum, Experiri, ipſi Reo. Gloſ. reſpōdet fatendo contrarium, quòd ſcilicet experiri propriè ſit Actoris, hic tamen ponatur pro defendere.

¶ Glo. in verbo, Non placere, quoque oppo. contra tex. hoc modo. Dicitur in tex. ꝙ Epiſcopus, qui promiſit reſpondere corā Synodo, amplius pœnitere non poſsit. Sed contra hoc eſt text. expreſſus, in. l. Si conuenerit. ff. de iuriſd. om. iud. Vbi habetur, quòd hoc caſu, quando ſcilicet partes in Iudicem aliquē cōſenſerūt, poſsint pœnitere, quādiu Iudex non adeatur, & ſic donec lis cōteſtetur. Ergo cū in terminis. c. Noſtri lis nondum erat conteſtata, & ſic Iudex nondū re ipſa aditus, videtur ſequi ꝙ pœnitētia locū habeat. Huic oppoſi. eſt ſupr. reſponſum, in deciſione. Quia tamen dd. materiam iſtius oppo. copioſiſsimè tractant, nos quoq; copioſius, quàm ſuprà, proſequemur.

¶ Diximus autem ſuprà, quòd d. l. Si conuenerit, locū habeat, ſi quis conſenſit in Iudicem omnino extraneum. c. autem noſtrum loquitur in eo, qui cōſenſit in Iudicem ſuum, declinabilem tamen: quam ſolutionem vide ſuprà, cū aliis ſuis rationibus, Et hæc ſolutio, vt diximus, eſt bona. Panor. ergo circa hanc oppoſ. dicit duo eſſe conſideranda. Primò, quale pactū ſeu promiſsio hic interceſſerit. inter Epiſcopū & eius aduerſarium, & quoq; Synodū. Secundò, de effectu pacti, de prorogatione Iudicis non ſui.

¶ Circa primā. q. repetit. Panor. ea, quę diximus, quòd ſcilicet hic pactū fuerit de non declinā da iuriſdictione ſui Iudicis declinabilis tamen, & tale pactū eſt irreuocabile, niſi ex noua cauſa ſuperueniente, vt ſupr. diximus. Io. And. Do. Card. & alii, dicūt, ꝙ inter Epiſcopum & Iudicē, hoc eſt, Synodum, fuerit tale pactum, & non inter Epiſcopū & ſuum aduerſarium, quia Epiſcopus non aduerſario ſuo, ſed Synodo, & ſic Iudici promiſit, ſe corām eo reſponſu-
42 rum, Vnde Iudice † promiſsionem acceptante ius eſt quæſitum, nec poterit promittēs pœnitere, niſi ſoluat intereſſe. Sed in. d. l. Si conuenerit. pactum erat extraiudiciale inter partes, hoc eſt, inter Actorem & Reum, non corā Iudice, ſed extraiudicialiter, & ſic inter eos priuatim, de non declinanda iuriſdictione Iudicis alicuius. Igitur cū ipſi Iudici nihil eſt promiſſum, ſed tantùm pars parti promiſit, & extraiudicialiter habet locū pœnitentia, antequā Iudex adeatur. Nec enim ex partium

tium conuentione extraiudiciali, nec ſtipulatione poteſt quæri iuriſdictio. Arg. §. Alteri. Inſtit. de inutil. ſtip. Colligitur ergo à contrario ſenſu, d. l. Si conuenerit. ſi Iudex fuerit aditus, quòd amplius non habet locum pœnitentia, & ſic ſecundum illam ſol. concord. illa duo iura, cùm partes Iudicem, hoc eſt, Synodum, adierint. & Synodus interrogauit Epiſcopum. Et addit And. Barb. hic, licet glo. in. d. l. Si conuenerit, in verbo, Adiretur. exponat Iudicis aditum per litis conteſta. & in. c. Noſtri lis nondum eſt cōteſtata. adhuc tamen poteſt procedere ſolutio iam data: quia ſatis eſt, quòd promiſſio fiat coram iudice eam acceptante &c. Anto. de But. quem refert hic. Panormi. reſpondet ad illam quæſtio. diſtinguendo.

¶ Aut pactum eſt factum coram Iudice de prorogando in futurum. & tunc poſſit pœnitere ſoluendo intereſſe, niſi dicamus eum præciſe compelli propter promiſsionem iudicialem. Arg. l. Filiusfam. §. fin. & quæ ibi no. ff. de procur. & in Clem. j. de procur. Barth. in l. Stipulationes nō diuiduntur. in. viij. q. ff. de verb. obl. Vbi vult, quòd quis præciſè poteſt compelli ad factum, quando obligatio cōcernit iudicialia. Aut pactum factum eſt de prorogando in præſenti, vt quia interrogatus promiſit coram Iudice ſe ſtatim reſpōſurum. & dicit quòd prorogetur ſtatim iuriſdictio. §. Si verò ſemel. in Auten. de exib. reis, cum ſimilibus. Et præter illas ſunt adhuc variç opiniones, quas poteris videre apud Io. de Imola. Panor. & And. Barb. hic. Ad intellectum

43 ergo ipſius. q. ſcilicet † quale pactum debeat eſſe pactum in prorogatione ad hoc, vt conſentiens non poſsit pœnitere, dic breuibus, hoc modo: Aut loquimur de conuentione partiū, quòd velint reſpondere coram Iudice ſuo, aliàs tamen declinabili, vt in Iudice ſcholaſticorum, & paciſcentes ſiue promittentes poſt conuentionem pœniteç re, & Iudicem declinare non poſſunt, ſiue illa pacta fiant extra iudicium, vt in. l. Si quis in cōſcribendo. C. de pact. ¶ Aut in iudicio, vt hic, & quç no. Bart. in. d. l. Si conuenerit. Ratio iſtius ſuprà allegata eſt, Quia hoc caſu nō agitur de iuriſdictione de nouo acquirenda, [ſed] de iuriſdictione exiſtenti non declinanda, vt ſupr. diximus.

¶ Aut loquimur de conuentione partium, quòd velint reſpondere, coram Iudice omnino alieno. Et dic: Aut pactum eſt extraiudiciale, hoc eſt, quòd partes inter ſe tantùm hoc modo conueniunt, & nihil promittitur ipſi Iudici, Et ſubdiſtingue.

¶ Aut interuenit iuramentum, & cogitur promittens & iurans præciſè ad obſeruantiam iuramenti, nec liberatur ſoluēdo intereſſe. Et eſt ratio, quia

44 † omnia iuramenta, quæ ſine diſpendio æternæ ſalutis ſeruari poſſunt, ſeruanda ſunt. c. Si verò aliquis. &. c. Cū contingat, infi. de iureiu. Secūdò: licet alias in obligationib. facti quis non teneatur præciſè facere, ſed liberet ſoluendo intereſſe. l. Stipul. non diuidūntur. ver. Celſus. ff. de ver. obl. l. Si quis ab alio. §. Si quis promiſit. ff. de re iud. Tamen vbi iuramētū interuenit, præciſè obligat ad factum. c. fin. & quç ibi no. infr. Ne præla. vi. ſuas vel eccle. ſub an. cen. cōce. concor. gl. in. l. Si pecuniā in prin. in verbo, Neceſſe habens. ff. de condic. cauſa da. non ſecu. Et illā opinionem

nionem tenet Ang.Pau.de Caſt.Alex.
de Imol.& D.Iaſ.in.d.l.Si conuenerit.
Licet Ant.de But.& Panor. hic teneãt
contrarium,quòd imò non obſtante iu
ramento promittens liberari poſsit
45 ſoluendo intereſſe:Quia † iuramenta
recipiunt intellectum ſecundum ſub
iectam materiam,ſuper qua præſtan-
tur.l.fin.ff.Qui ſatiſd.cog. Et ad hoc
facit,quod no.Inno.in.c.Perpetuas. ſu
pra de arb.vbi dicit,Si iuraui ſtare ar-
bitrio alterius,debet intelligi ſecundũ
ſubiectam materiam,hoc eſt,quòd ſta
bo,vel pœnam ſoluam. Et hanc opi-
nionem omnino approbat Panor.&
Anto.addunt tamen primam eſſe tu.
tiorem animæ iurantis.Et prima quo
que eſt cõmunior.Vide omnino Dn.
Iaſ in.d.l.Si conuenerit. Vbi allegat
multas rationes pro prima opin. Aut
non interuenit iuramentum in extra-
iudiciali cõuentione, & ſubdiſtingue.
Aut Iudex poſt illam partium con-
uentionem & pactum,non eſt à parti-
bus aditus,& liberè poteſt promittens
mutare voluntatem,& pœnitere, non
diſtinguendo, ſiue contentio facta ſit
per nudum pactum,ſiue per ſtipulatio
nem,cùm Iudici ex partium ſtipulatio
ne non poſsit quæri ius:& in hoc caſu
propriè loquitur tex.d.l.Si conuene-
rit.ff.de iuriſd.om.iud. Et poſſunt red
di aliæ rationes,& primò quòd Iuriſdi
ctio eſt publici iuris,vt patet ex defini
tio.glo.in.l.j.in verbo, poteſt.ff. de iu
riſdi.om.iud.& fa.l. j.§. Huius ſtudii.
ff.de iuſt.& iur.In his autem,quę ſunt
publici iuris, priua torum conſenſus
nihil operatur, per text. expreſſ.in.l.
Priuatorum.C.de iuriſd.omn. iudic.
l.Ius publ.ff.de pact.Ergo neceſſe eſt
quòd ad illam conuentionem extraiu-
dicialem quoque accedat actus aliquis
iudicialis,ſcilicet aditur Iudicis,eius-
que acceptatio,litis conteſtatio,vel ſi-
milis,ad hoc vt iuriſdictio propter eã
prorogetur.Et hoc eſt,quod dicit Bar-
to.in.d.l. Si conuenerit,in.ij. oppoſ.
quòd ſola conuentio partis nõ obſtrin
gat,ſed prorogatio,q̃ fit per aditionẽ.
¶ Aut Iudex eſt aditus.Et dic aut reus
in ipſum neque tacitè neque expreſsè
conſenſit poſt priorem conuentionem
ſed obiecit exceptionem declinatoriã
fori & non cenſetur iuriſdictio proro-
gata,niſi poſt litem conteſtatam.d.l.
Si conuenerit,iunc.glo.
¶ Aut partes tacitè vel expreſsè in i-
pſum Iudicem conſenſerunt, eo præ-
ſente & acceptante.Et dic:Aut reus eſt
46 clericus,& † tunc ſine ſui Iudicis licẽ
tia,non poteſt alterius,ſiue Eccleſiaſti
ci,ſiue ſecularis Iudicis iuriſdict.in ſe
prorogare.c.Significaſti.infr. de foro
comp.Aut reus eſt laicus,Et dic: Aut
eſt vaſallus alicuius domini,& tracta-
tur de feudo,& quoque iuriſdict. alte-
rius Iudicis in ſe prorogare non po-
teſt.c.j.Si de feu.fue. controuer. apud
quos deb.agi.
¶ Aut non eſt vaſallus,& dic:Aut con-
ſentit in aliquem vt arbitrum,& nulla
eſt iuriſd.prorogata,cùm arbiter non
habet iuriſdictionem, ſed ſimplicem
notionem.l.Si qui ex conſenſu. C. de
Epiſc.audi.l.Prætor ait.in princ.iunc.
glo.ff.de re iud.Aut conſentit in eum
vt in Iudicem,& Iudex eſt præſens &
acceptat,& eſt iuriſdictio prorogata,
etiam ſi ipſe Iudex putauerit iuriſdi-
ctio.alioqui ad ſe pertinere,ſecundum
gloſſ.& ibi dd.in.l.j.in verbo, Et con-
ſentiant.d.l.ij.§.Conſentire.verſi. Pro
inde.ff.de iudi.Et hoc probatur vltrà

per

per tex.expreſſ.in.d.l.j.ff.de iud. Vbi
text.tantùm requirit ad iuriſdictione
prorogandam, quòd partes ſubiiciant
ſe iuriſdictioni, & conſentiant, & ſic
ſufficit actus ſubmiſsionis cum con-
ſenſu. Secundò. probatur per text.in.l.
Eſt receptum.ff.de iuriſdict. omnium
iudicum. Vbi tantùm dicitur de actu
ſubmiſsionis. Tertiò eſt text.in.d.c.
Significaſti.infra de foro competenti.
Quartò, probatur per text.in.d.l.Si
conuenerit.ſumpto argumen. à con-
trario ſenſu. Vbi dicitur quòd licitum
ſit mutare voluntatem, antequam Iu-
dex adeatur. Ergo à contrario ſenſu,
ſi Iudex erat aditus, & in eius præſen-
tia conuentio facta, & ab eo accepta-
ta, non eſt licita pœnitentia. Quintò
probatur, quia certum eſt quòd omnis
firma fideiuſsio fieri debet per ſtipu-
lationem. §.fin.cum ſimilibus. Inſti.de
fideiuſſo. Et in ſtipulat. requiritur ſo-
lennitas verborum, hoc eſt. quòd præ-
cedat interrogatio, & ſequatur reſpon
ſio.l.j.in princip.ff.de verborum obli-
gatio. Inſtitu.eo.in princip. Et tamen
ſi fideiuſſores in iudicio præſentes no
minati fuerint, nec contradixerint, &
nomina ſua in acta publi.referri paſ-
ſi ſint, propter autoritatem Iudicii,
idem eſt, ac ſi ſtipulatio ſolennis inter
ceſsiſſet, per tex.in.l.Cùm oſtẽdimus.
§.Fideiuſſores.ff.de fideiuſſ. & nomi-
na.& hær.tut.& cred. Ergo multò ma
gis in caſu noſtro coram Iudice con-
ſentiens in eius iuriſdictionem obli-
gatur, & in ſe prorogat illam iuriſdi-
ctionem. Et quòd actus iudiciales ſint
tantæ autoritatis & efficaciæ, proba-
tur per tex.expreſſos in.l.Eum, pro
ff.de in ius vo.l.Manumiſsio per li-
ctor.ff.de manu. vind.l.Quoties.§.

Conſenſiſſe.ff. Ad municipal. Sextò
probatur, quia Reg.habemus, quòd, li
47 cet †confeſsio in iudicio facta, reuoca
ri poſsit, tamen ſi facta eſt parte præ-
ſente, & acceptante, effecta eſt irreuo-
cabilis, vt no.dd.in.l.vnica.C.de con-
feſſ.& in.l.Generaliter.C.de non nu.
pecu Specu.in titu.de confeſſ.§. Nunc
videndum. Ideo hic quoque dicendum
eſt, quòd prorogatio, præſente Iudice,
facta ſit irreuocabilis propter præſen-
tiam maieſtatis iudicantis & acceptan
tis. Et hoc eſt quod vult Barto.in.l.Sti
pula.non diuiduntur.§. Celſus. ff.de
verbo.oblig.dum dicit, quòd propter
promiſsionem iudicialem quis varia
re non poſsit. Alia fundamenta ad hoc
propoſitum, vide apud Andr.Barb.hic
verſi.Capio ſecundum. Et hæc quo-
que eſt communis opinio, ſecundum
Io.de Imo.Panor.& Andræ. Barb. Et
collecta eſt hæc diſt.ex oppoſ.& ſo.gl.
& Bar.in.d.l.j.ff.de iud. Quando autẽ
48 quis †promittit ſoluere certo loco, vbi
alias non ſortitur forum, ibi conueni-
ri poteſt, quia cẽſetur ibi contraxiſſe.
Vide tot.tit.ff.de eo quod cer.lo.& c.
fi.infrà de fo.cõpe. De his aũt & ſimili-
bus.qq.vide And.Barb.hic, ver.Quan
doq; quis promiſit. Et tantũ de prima
q.quid ſcilicet requiratur ad hoc, vt
iuriſdictio cenſeatur prorogata.

¶ Secundò quæritur circa hanc mate-
riam, quum iam dictũ ſit, quòd conſen
49 ſus partium, †corã Iudice factus, pro
roget iuriſdictionem, an requiratur cõ
ſenſus expreſſus, vel an ſufficiat taci-
tus. Andr.Barb.hic, ver.Capio primũ,
argumentatur, non ſatis eſſe tacitũ cõ
ſenſum, ſed requiri expreſſum: & hoc
probat per tex.d.l.prima.ff.de iud. Vbi
dicitur, ſi ſe ſubiiciant iuriſdictio. &
con

conſe ntiāt &c.Quo caſu videtur,quòd
verbum, Subiiciant, importet conſen-
ſum tacitum, & verbum, Conſentiant,
conſenſum expreſſum, alioqui ſeque-
retur,quòd verbum, Conſentiant, ap-
poneretur ſuperfluè, quod tamen eſſe
non debet, quum ſyllaba in l.apponi
non debeat,quæ nihil operetur, ſecun-
dum glo.l.j. in verbo, Quod metus.ff.
de eo quod metus cauſa. & quod not.
Bal.in Rubr.C.de contrah.empt. Ta-
men communis dd.concluſio eſt,quòd
tacitus cõſenſus partium proroget iu-
riſdict.non ſui Iudicis. Ita tenet Inno.
in c.Cùm veniſſet. ſupr.de in integr.
reſtitut.& in c.Ad petitionem, infr.de
iudic. Et pro hac communi opinione
ſunt tex.in.l.j.iuncta glo.in verbo, In-
choata.C.Vbi de crim.agi opor.&.l.j.
C.de iuriſd.om.iud. Quæ ita probat,
quòd eo ipſo, quòd quis litigat coram
non ſuo Iudice ſcienter, videatur in
Iudicem conſentire, Nec obſtat, quia
vtitur verbo, Conſentiant, quod tam
de tacito, quàm expreſſo conſenſu in-
telligi poteſt. Nec eſt ſuperfluum,quia
poſitum eſt pro interpretatione verbi,
Subiiciant, qualiter per hoc tacitè in
Iudicem conſenſerint, Igitur ſeruan-
da eſt communis opinio, nec temerè
ab ea recedendum. c.Ne innitaris. ſu-
prà,de conſtitut.

¶ Tertiò,quum ſuprà dictum ſit,ſi par
tes extra iudicium conſenſerunt in Iu
dicem non ſuum, Iudice non præſen-
te, nec acceptante, quòd licita ſit pœ-
nitentia,& partes poſſint ſuam volun-
tatem mutare ante,quàm Iudex adea-
50 tur,Quæritur ergo, vtrum is,†qui vo-
luntatem ſuam mutauerit, nec coram
Iudice, in quem conſenſit, extra iudi-
cium tamen,reſpondere voluerit, con-
ueniri poſſit actione ad intereſſe. In
hac.q.ſunt opinio.Petr.Cy.Ioan.And.
tenent ſimpliciter, quòd non habeat
locum illa actio, & probatur hoc mul-
tis rationib.& fundamentis.

¶ Primò, per regulam, quæ habet,
51 quòd vbicunque † prohibetur aliquis
actus,ſemper videtur quoque prohibi-
tus modus, per quem deuenitur ad il-
lum actum.c.Cùm quidam,infr.de re-
gu.iur.in.vj.Sed prohibitum eſt à iure,
ne partes compellerentur litigare co-
ram Iudice non ſuo, in quem tamen
extra iudicium cõſenſerunt,antequàm
ipſe Iudex adiretur.d.l.Si conuenerit.
Ergo omnes modi,ex quibus compul-
ſio ſequi poteſt,prohibiti ſunt.Iam au-
tem certum eſt,quòd actio ad intereſſe
eſt modus compellendi, vt ſcilicet fa-
ctum promiſſum præſtetur, vel inter-
eſſe ſoluatur. l.Vbi autem.§.fina.ff.de
verbor.oblig.Ideo & actio ad intereſſe
prohibita eſt, cùm per eam perueuia-
tur ad compulſionem.

¶ Secũdò allegant Reg.quæ habet:
52 Pœna † priuandi quem iure ſuo, nun-
quam imponitur à Iudice,quæ à Iure
non eſt expreſſa, ſecundum glo.in c.fi.
infr.de iure patro.l.At ſi quis.§.Idem
Labeo.ver.Diuus,in verb.Pœnam ta-
men in eum ſtatutam non eſſe.ff.de re-
lig.& ſump.funer. Sed nunquam repe-
ritur iure cautũ, quòd is, qui animum
ſuum mutauerit, antequã Iudex adea-
tur,puniri debeat. Ergo nec iudex pœ-
nam intereſſe imponere potuit.

53 ¶ Tertiò,probãt per Reg.Qui † vti-
tur iure ſuo à.l.ſibi commiſſo,non pec
cat, nec dicitur alicui facere iniuriam
c.Nouit.infr.eodem.l.Gracchus. C.de
adulter. Sed is, qui voluntatem ſuam
mutauit,antequam iudex adeatur, vti-
tur in

tur iure ſuo,& permiſsione legis, ſcilicet.d.l.Si conuenerit. Ergo non dicitur alicui facere iniuriam, nec competit actio ad intereſſe.

¶Quartò, quòd quis volũtatem ſuam mutare poſsit, antequam Iudex adeatur,eſt beneficium iuris, ſcilicet d l.Si conuenerit. Sed beneficiis iuuari debemus,non decipi.c.j.in fin.cum ſimilib. infr.commod. Ergo actio ad intereſſe contra mutantem voluntatem,non habet locũ, alioqui ſequeretur quòd mutans voluntatem per l.deceptus eſſet, quæ mutationem permittit.

¶Quintò, Nemo cogi poteſt illa conuentione extraiudiciali ſtare dicta.l.Si conuenerit.Ergo nec ad intereſſe cogi, cùm acceſſorium non valeat, principali deficiente,per vulga. Et hanc opinionem refert & ſequitur Andr.Barb. hic, qui allegat ad hoc c.j. de regular. transf.ad relig.lib.vj.

¶In contrarium eſt cõmunis opin.dd. quòd is, qui voluntatem ſuam mutauit ante, quam Iudex adeatur, poſsit conueniri actione ad intereſſe. Nam licet d.l.Si conuenerit. permittat mutare voluntatem ante,quam Iudex ad-
54 eatur, † tamen hoc debet intelligi,ſine præiudicio partis,quum omnes indulgentiæ & conceſsiones, quæ in præiudicium alterius tendere poſſunt, intelligi debeant ſaluo intereſſe partis aduerſæ.l.ij. §.Si quis à principe. ff.Ne quis in loco publ.Quia ibi dicit tex.Si quid impetrauit à principe, vt poſsit
55 ædificare in loco publico,†nõ videtur cõceſſum,vt cum incommodo alterius ædificium fiat.Idem probatur per tex. in.c.Super eo. ver.Hoc tuam. ſupr.de off.& poteſta.deleg. Et hoc vſq; adeo procedit, quòd etiam locum habet, ſi conceſsio & indulgẽtia fieret per principem,motũ proprio,vt no.Io.And.in c.Si motu proprio,de præb.in.vj.Ergo eadem ratione idem hic eſt dicendum, quòd ſcilicet permiſsio mutationis voluntatis,de qua in d.l.Si cõuenerit, intelligenda ſine aduerſarii præiudicio.

¶Secundò probatur. Nam certum eſt
56 quòd hoc pactum†de litigando coram Iudice nõ ſuo, eſt licitum pactum, quo ad laicos, nec continet aliquam turpitudinem, d.c.Significaſti. inf..tit.prox.d.l.j.&.l.ij.ff.de iudic.d.l.Si conuenerit.&.l.Eſt receptum.ff.de iuriſd.omn. iud.Igitur nõ apparet ratio, quare impunè,& cum præiudicio alterius poſſit recedi ab illa æquitate naturali,quę ſuadet pacta ſeruari debere. l.j. ff.de pact.c.j.ſupr.eo.de pact. Et hanc opin. tenet Bar.in.d.l.Si couenerit.& ſequitur Guil.de Cu.in.d.l.j.ff.de iud:

¶Pro vitanda ergo contrarietate, hoc modo diſtingue.

¶Aut partes extra iudicium cenſenſerunt in Iudicem non ſuum,per nudum pactum. Aut conſenſerunt per ſtipula.

¶ Primo caſu dic : Aut quæris de iure Cano.& poterit agi actione ad intereſſe,vel ad pœnã, ſi expreſſa eſt, quum
57 †de Iure Cano.ex nudo pacto oriatur actio dicto.c.j.cum ibi not.ſupr.de pactis. Et in hoc caſu intelligi poteſt ſecunda opinio.

¶Aut quæris de iure Ciuili, & quidam ſunt, qui dicunt competere actionem de dolo.l.Si cùm mihi.& l.fi.ff.de dolo. Et hanc opinionem tenet Anto.de Butr.hic, & quidam alii, Sed Ioan.de Imo.& Panorm.reprobant eam, & reſpondent ad.d.l.fin.ff.de dolo,quòd ibi dolus fuerit adhibitus ad actum celebrandum.In terminis autem q.noſtræ

ſecus eſſet. Ideo tu conclude, quòd hoc
caſu de iure Ciuili nulla detur actio
58 ad intereſſe, ſed † tantùm exceptio, hoc
eſt, ſi intereſſe petitum eſſet, & ſolutum
repeteretur per ſoluentem quaſi inde-
bitè ſoluiſſet, obſtaret petenti exceptio
pacti. l. Iuriſgentium. §. Sed cum nulla.
ff. de pact. Et in hoc caſu poteſt intel-
ligi prima opin.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet partes
promiſerunt ſolenniter per ſtipulatio.
litigare coram Iudice non ſuo, & alter
mutauit voluntatem ante, quam Iu-
dex adeatur, & poterit contra eum agi
actione ex ſtipulatu ad intereſſe. l. Diē
proferre. §. fi. ff. de arbitr. Et ita quoque
decidit Bar. in d. l. Si conuenerit. Ioan.
de Imo. & Panor. hic.

¶ Quartò quæritur, quum in quibuſ-
dam caſibus, vt ex ſuperioribus patet,
59 habeat locū actio † ad intereſſe, vtrum
coram illo Iudice prorogato hęc actio
poſsit proponi. Et videtur, quod non.
Quia ex quo per huiuſmodi extraiudi-
cialem conuentionem iuriſdictio non-
dum eſt cum effectu prorogata, ſed li-
citum eſt pœnitere. d. l. Si conuenerit.
non poteſt dici, quòd is Iudex poſsit
ferre ſententiam ſuper intereſſe, quum
ſententia eſſet lata à non ſuo Iudice,
nec valeret, vt C. per totum. Si à non
compet. iud. iudica. & c. Si Clerici, infr.
eod. In contrarium fa. communis opi-
nió dd. Nam licet talis Iudex, non ſit
Iudex in principali, tamen ſuper in-
tereſſe, & ſic ſuper acceſſorio eſt Iu-
dex, quum executio huius obligationis
60 ſit deſtinata ad tribunal illius † Iudi-
cis, & conſentiens cenſetur ibi contra-
xiſſe, & ratione illius contractus, ſortiri
forum. c. Dilecti. infr. de foro compet.
c. Romana. §. Contrahētes. de fo. com-
pet. in vj. l. Contraxiſſe. ff. de actio. &
oblig. Spec. in tit. de comp. iud. ad. §. j.
ver. Quid ſi ſit pactum. Legiſt. in. l. Hę-
res abſens, per totum ferè. ff. de iud. Io.
de Imo. & Panor. hic.

¶ Tu pro vitanda contrarietate, hoc
modo diſtingue, ex mente Panor. hic.

¶ Aut is qui in Iudicem non ſuum con
ſenſit extra iudicium per ſtipulationē,
& pœnituit, non deprehenditur in ter-
ritorio illius Iudicis, in quem conſen-
ſit, & inuitus eò trahi non poteſt, vt co-
ram eo reſpondeat, poteſt tamen is Iu-
dex, ſi eum citauerit, propter contuma
ciam decernere Actori miſsionem in
poſſeſſ. bonorum, quæ ſub eo ſita ſunt,
& ſecundum ea, quæ copioſè habentur
& no. in. d. c. Romana. §. Contrahentes,
de foro competen. in. vj. Poterit itaque
hoc caſu conueniri coram Iudice do-
micilii. d. l. Hæres abſens. §. fina. ff. de
iudic. Et in hoc caſu intelligi poteſt
prima opinio.

¶ Aut deprehenditur in territorio Iu-
dicis, in quem conſenſit, & poteſt ibi
conueniri, etiam inuitus, quia cenſetur
ibi contraxiſſe, & forum ſortiri. Et fa-
ciunt ad hoc text. Primò in l. Exigere,
ff. de iud. Vbi habetur, quòd dos exi-
genda ſit in loco, ad quem fuit deſtina-
tus effectus matrimonii.

¶ Secundò. facit text. in. l. j. iun. glo. in
verb. Dederit. ff. Si quis in ius voc. Vbi
habetur, ſi quis promittit aliquē ſiſtere
in iudicio, ſortitur forū, quia cenſetur
ibi contraxiſſe. & in. l. Omnē. ff. de iud.

¶ Tertiò, fac. ea, quæ no. in. c. fi. iun. glo.
in verb. Expenſis, ſupr. de reſcri. Quia
61 ibi habetur, quòd Iudex † impetratus
per falſum & inualidum reſcriptum
poteſt etiam, detecta inualiditate re-
ſcripti, & ſic quando conſtat cum Iu-

ic

dicem non eſſe, impetrantem condemnare in expenſas. Et eſt quoq; tex.in Clem.j.ibi. Per Iudicem, corã quo vexatio fiet huiuſmodi, cõdemnatio fiet, & c.de reſcript. Et in hoc caſu intelligenda eſt.ij.op.& quæ ibi allegata eſt. Reliquas qq.tu vide apud dd.

Ex Synodo Eugenij Papæ.

DEcernimus, vt laici Eccleſiaſtica tractare negotia non prçſumãt, Sed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, & alii Eccleſiarum prælati, de negociis Eccleſiaſticis, maxime de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcũtur, laicorum iudicio non diſponãt. Nec propter eorũm prohibitionem eccleſiaſticam dimittant iuſticiam exercere.

SVMMA CAPITA.

1 *Laici an eccleſiaſtica negocia tractare poſſint.*
2 *Cauſæ huius c. ſunt duplices, Merè ſpirituales ſcilicet, & eccleſiaſticæ cauſæ.*
3 *Merè ſpirituales cauſæ quæ dicantur.*
4 *Laici in caſu neceſsitatis poſſunt miniſtrare Sacramenta.*
5 *Laicus an poſsit conficere Sacramentum, remiſsiuè.*
6 *Confeſsio poteſt fieri laico tẽpore neceſsitatis.*
7 *Eccleſiaſticæ cauſæ quæ, & quotuplices, triplices ſcilicet.*
8 *Cauſæ eccleſiaſticè perſonarum; ordinationem reſpicientes, ſunt duplices.*
9 *Cauſæ eccleſiaſticæ, ad bona & res Eccleſiæ ſpectantes, quæ ſint.*
10 *Cauſæ eccleſiaſt. iudicia Eccleſiæ reſpicientes.*
11 *Delicta eccleſiaſtica quæ dicãtur, nempe quæ ſecundu ll. delicta non eſſe cenſentur, vt vſura.*
12 *Cognitio tamen de vſuris, quæ quaſi indebitè ſoluta petuntur, ad ſecularem iudicẽ ſpectat.*
13 *Simplex item fornicatio eccleſiaſticum cenſetur delictum.*
14 *Item, crimen adulterij, quo ad thori ſeparationem, dicitur eccleſiaſticum delictum.*
15 *Item hæreſeos crimen eſt de genere delictorum eccleſiaſt.*
16 *Ius patronatus laici habere poſſunt.*
17 *Quas Eccleſiæ res, & quomodo laici adminiſtrare, ſiue de ijs diſponere poſsint.*
18 *Laicus vniuerſalis adminiſtrator ſeu œconomus rerum tum ſpiritualium, tum temporalium eſſe nequit.*
19 *Diſpoſitio rerum eccleſiaſt. ſecundum Archid. triplex.*
20 *Quædam auctorizabilis, quæ ad ſolum Epiſcopum ſpectat.*
21 *Quædã miniſterialis, ad œconomũ pertinens.*
22 *Quædam eſt diſpoſitio ſolicitudinis, quæ Laicis competit.*
23 *Laicus an rerum temporalium Eccleſiæ generalis adminiſtrator eſſe poſsit.*
24 *Communis dd. opinio, laicum merè temporalium rerum, Eccleſiæ vniuerſalem œconomum conſtitui poſſe.*
25 *Et huius rationes redduntur.*
26 *Laico cura temporalium rerum committenda, ne Clerici ob eiuſmodi curam à diuinis abſtrahantur.*
27 *Laicus Eccleſiæ operarius eſſe, & officinam habere poteſt.*
28 *Particularis adminiſtrator rerum eccleſiaſt. laicus maximè eſſe poteſt.*
29 *Laici an clericos iudiciũ exercere nõ poſſunt.*
30 *Clerici habent iuriſdictionem in laicos, In criminalibus tamen iuriſdict. laicis commit-*

tere debent.

31 *Laici in cauſis matrimonialibus & criminalibus Eccleſiaſticis, regulariter nec ordinarii, nec delegati, nec arbitri eſſe poſſunt.*

32 *Laici an in conſilium in Eccleſiaſticis rebus adhiberi poſſint.*

33 *Laicus in Eccleſia prædicare poteſt.*
Plures & reliquas doct. q. habes hic remiſſ. annexas.

HOC C. HABET Q. Vtrum laici poſſint tractare negotia eccleſiaſtica. Et primò videtur quod ſic. Nam extãt tex.
1 qui diſponunt † ꝙ laici in rebus eccleſiaſticis poſſint eſſe Arbitri, Iudices, Syndici & Procuratores. Et ꝙ arbitri eſſe poſſint, eſt text. expreſſus in. c. Expoſita. ſ. de arbi. Quòd autem delegati eſſe poſſint, eſt glo. in. c. Peruenit. xcv. diſt. & glo. hic in verbo, Non præſumat. Item, quod poſſint eſſe Syndici in rebus eccleſiaſticis eſt tex. in. c. j. j. de procu. in. vj. Inn. gl. ibi & doc. hic, Sed iſtis non obſtantibus, decidit text. noſter contrarium, quod ſcilicet laici eccleſiaſtica negocia tractare non debeant, concord. c. Bene quidem. §. Sancta ſynodus. xcvj. diſtin. c. Eccleſia. S. Mariæ. ſ. de conſtitu. c. Contingit. ſ. de arbit. c. Cum laici. j. de reb. Eccle. non alıena.

¶ Tu pro intellectu iſti⁹ materiæ dic,
2 Cauſas, de quib⁹ tex. noſter agit, † eſſe duplices, Merè ſpirituales ſcilicet, & eccleſiaſticas.

3 ¶ Cauſæ † merè ſpirituales dicunt̃ Sacramenta. Item, Confeſſio, Excommunicatio, Abſolutio &c. Et ille per laicos tractari non poſſunt. Et in hoc caſu intelligitur text. c. noſtri, in verb. Maximè, de illis, quæ ſpiritualia eſſe noſcuntur &c. Ita intelliguntur iura concor. & extant exempla in ſacris literis, de regibus Iſraël, vt Saul, Oſia, qui officio ſacerdotum fungebantur, & offerebant, propterea alter amiſit regnum, alter verò percuſſus eſt lepra, vt. j. reg xiij. & ij. Paralipo. xxvj. c. Plerunque. §. his itaque. ij. q. vj. Hæc autem vera ſunt, vbi nulla vrget ne-
4 ceſſitas. In caſu enim neceſſitatis † ſacramenta Baptiſmi, & Euchariſtię per laicos miniſtrari poſſunt. Ita poſſunt laici confeſſiones audire. Quòd autẽ in caſu neceſſitatis, cum Præsbyteri ſiue Diaconi haberi non poſſunt, laici baptizare poſſint, ſunt text. in. c. Conſtat. &. c. In neceſſitate. de conſe. diſtinct. iiij. c. Non vt apponeres. j. de baptiſ.

¶ Quòd autem Euchariſtiæ ſacramẽtum à laicis in tempore neceſſitatis porrigi poſſit, tenent Canoniſ. in. c. Quanto, ſuper gl. fi. ſ. de conſue. & alle. ad hoc text. in. c. Præter. §. Verum. xxxij. diſt.

¶ An autem † laicus poſſit conficere ſacramentum Euchariſtiæ, vide Io. de Imo, & alios in. d. c. Quanto.

5 ¶ Similiter quod laico † poſſit fieri confeſſio in caſu neceſſitatis, eſt text. in. c. Quem pœnitet. §. Tanta. de pœni. diſt. j.

¶ An autem laici in caſu neceſſitatis poſſit abſoluere, vide. d. c. Quem pœnitet. & Doct. in. d. c. Quanto. glo. in. c. Paſtoralis, in ver. Præterquã. ſ. de off. or. Et ſic habes, ꝙ res merè ſpirituales tractare non poſſint.

7 ¶ Cauſæ eccleſiaſticæ † ſunt triplices Quædam reſpiciunt ordinationem. Eccleſiarũ, quo ad perſonas. Quędam verò

verò res & bona eccleſiaſtica.Quædã
verò iudicia eccleſiaſtica,vt colligitur
ex gl.in.c.j.& quæ ibi not.Dn. Gemi.
ij.q.j.
8 ¶ Quæ reſpiciunt † ordinationẽ eccle
ſiaſti.ſunt duplices,Quædã ſunt ſim-
pliciter eccleſiaſticæ. Quædam verò
mixtæ. Simpliciter eccleſiaſticæ ſunt
cauſæ poſtulationum,electionum,di-
gnitatum,prouiſionum &c. De quib⁹
habetur in Cle.Diſpendioſam, cũ ibi
not.de iudi.
¶ Mixta eſt cauſa iuris patronatus, qa
hoc Ius circa Præbendas, Canonica-
tus,& beneficia eccleſiaſt.verſatur. Et
tamẽ laici illius iuris proprio ſuo no-
mine ſunt capaces,hoc eſt,ꝙ præben-
dam alicui conferre poſſunt, quem
Epiſcopus poſtea inſtituit.c.Præterea,
c.Quod autem &.c.Cũ laici,cũ ſimi-
libus.j.de iur.patro.
9 ¶ Cauſæ quæ reſpiciunt † res ſiue bo-
na Eccleſia.ſunt Cenſus,Redditus, &
Decimæ Eccleſiarũ.De quibus extãt
tit.j.de cenſ.& deci.
10 ¶ Iudicia † eccleſiaſtica ſunt duplicia.
Quædam exercentur per prælatos Ec
cleſiarum in Clericos, Quædam in
10 laicos.In laicos exercentur † per præ
latos Eccleſiarũ in duabus cauſis.ſ.in
criminalibus & matrimonialibus.
11 ¶ Delicta † eccleſiaſtica dicũtur,quæ
ſecundum.ll.non ſunt delicta,ſed tan-
tum ſecundum Cano.qualia ſunt,Vſu
ra; quæ de iure Ciuili delictum non
eſt,vt.ff.&.C.per tot.de vſur.De iure
verò Cano.delictum eſt.c.Cũ in diœ-
ceſi,cum ſimilibus.j.de vſu. Ideo per-
tinet ad iuriſdi.eccleſiaſticã.c.Quia
in omnibus.&.c.Cum tu.j.de vſur.Si
12 tamen vſuræ † petũtur, quaſi indebi-
tè ſolutè eſſent, pertinet cognitio ad
iudicem ſecularẽ.c.poſt miſerabilem,
cum ſimilib.j.de vſur. Item ſimplex
13 † fornicatio quoque delictum eſt ec-
cleſiaſti.qa de iure Ciui.nulla eſt pœ
na ſtatuta in ea.l.in concubinatu, in-
fi.ff.de concubi.Sed de iure Cano.de-
lictum eſt.c.Auditæ.§.Concubinas,cũ
duob.c.ſeq.xxxiiij.diſt.& no.in.c.Ve-
ſtra.j.de cohab.cler.& mulie.Ideo ſu-
per tali crimine quis non poteſt con-
ueniri coram Iudice laico, ſed Ec-
14 cleſiaſtico tantum.Item † crimẽ adul-
terii,quoque eſt eccleſiaſticum, ſcili-
cet, cum agitur ad ſeparationẽ thori.
Quando verò agitur ad pœnã inflin-
gendam, ad Iudicẽ ſecularẽ pertinet.
c.Tuæ.ſ.de procu.
¶ Poteſt etiam dici crimen eccleſiaſti
cum,cuius excommunicatio,& condẽ-
natio pertinet ad Eccleſiam, executio
15 verò ad Iudicẽ ſecularem: † quale eſt
crimen hæreſeos,de quo in.c.Ad abo-
lendam.j.de hære. Vide D. Gem.in d.
c.j.xj.q.j.
¶ Nunc ergo ordine dicemus, an laici
illa negotia eccleſiaſtica tractare & iu
dicare poſsint,necne. Et primò, quod
attinet ad ordinationem Eccleſiarũ,
quo ad perſonas,vt in poſtulatio.ele-
ctio.&c. Et certum eſt,ꝙ laici illa tra-
ctare non poſsint. c. Sacroſancta. &.c.
Meſſana.ſ.de elec.c.ex eo.§.In eccle-
ſijs.j.de elec.in.vj.
¶ Quod verò attinet ad ius patrona-
16 tus, diximus, ꝙ laici † poſsint illius
eſſe capaces, ſed tamen inſtitutionem
facere non poſſunt,& ſi fecerint,nullæ
ſunt.d.c.Præterea.d.c.Quod autem.d.
c.Cum laici.j.de iur.patro.Et in his
caſibus quoque poteſt intelligi text.c.
noſtri,cum iurib.concor.
¶ Secundò, ꝙ attinet ad tractationem

 rerum

rerum ſiue bonorũ Eccleſiarũ & dic.
¶ Aut laici volunt ea, nomine proprio
tractare & diſponere, quaſi ius in eis
habeant, Et diſtingue.
17 ¶ Aut habent † reditus & decimas Ec
cleſiarum, ab Eccleſijs ex locatiõe pro
mercede, & colligere poſſunt illos redi
tus & decimas, & quoque diſponere
pro libito de illis reditibus, quum re-
ditus & decimæ poſsint de iure laicis
locari, per text. in. c. Quærelam. j̃. ne
præla. vi. ſuas &. c. Veſtra. j̃. de loca. &
not. in. c. Vt ſuper. j̃. de reb. eccle. non
alienan.
¶ Aut non habent ex eccleſia quidquã
ex locatione, & tamẽ volunt proprio
nomine diſponere de rebus Eccleſiæ,
& non poſſunt. Et in hoc caſu intelli-
gitur tex. noſter, cum iuribus concor.
¶ Aut laici non volunt proprio nomi
ne de rebus Eccleſiarũ diſponere, ſed
nomine alieno, hoc eſt, nomine præla-
ti, vel alterius cuiuſpiã Eccleſiaſticæ
perſonæ, & dic.
18 ¶ Aut laicus † cõſtituitur adminiſtra
tor vel œconomus vniuerſalis, tam in
ſpiritualibus, quã temporalibus, & nõ
valet conſtitutio, per tex. in. c. Indica-
tum, & quæ ibi no. Archi. &. D. Gemi.
lxxxix. diſt. c. in nona. xvj. q. vij. c. ij. &
quæ ibi not. de æta. & qual. & Doc. hic
Et ad hoc opti. fa. ꝙ not. Archidiac. in
d. c. in nona. Vbi dicit diſpoſitionem
19 † rerum eccleſiaſticarum eſſe triplicẽ
20 Quandam † eſſe auctorizabilem, &
hanc ſpectare ad ſolum Epiſcopum.
21 Quandam † verò miniſterialem, &
& hanc pertinere ad œconomum.
22 Quandam † verò eſſe ſollicitudinis,
quæ ſola poſsit competere laicis, vt
eſt Syndicatus, Procuratura, vel ſimi-
lis, vt. j̃. dicemus, & ſic vult, ꝙ œcono
mus dicatur in Eccleſia habere mini-
ſterium. i. officium, quum generaliter
omnia adminiſtrat, ad qđ officiũ laici
non admittuntur. Ita referũt & ſequũ
tur hoc dictum Pan. & And. Bar. hic.
23 ¶ Aut conſtituitur † laicus generalis
adminiſtrator in temporalibus tantũ.
Et in hoc puncto ſunt opinio. an va-
leat conſtitutio. Nã tex. in. d. Indicatũ.
lxxxix. diſt. videtur tenere, ꝙ non. Vti
tur enim his verbis: De cætero cauen
dum eſt, ne ſecularibus viris, at-
que ſub regula veſtra non degẽtibus
cuiuslibet res Eccleſiarum committa-
tur. Idem habetur in. d. c. In nonã. xvj.
qõ. vij. Et hoc quoque tenet Inno. Sed
24 tamen Doct. decidunt † contrarium,
quòd in meris temporalibus laicus
poſsit eſſe œconomus vniuerſalis, Ita
ꝙ cura ruſticorum & aliorum bonorũ
Epiſcopatus ei committatur. Quia
25 ex † hoc nõ præficiuntur Clericis, neo
aliis rebus ſpiritualibus. Et fa. ad hoc
primum ratio. d. c. j. de Syn. ꝙ ſcilicet
26 ideo † laicis committatur cura tem-
poralium, ne Clerici diſtrahantur à
diuinis: & hoc quoque expreſsè tenet
glo. in. d. c. Indicatum. lxxxix. diſt. Se-
cundò probatur. Nam omnes reditus
& decimæ, vt diximus, poſſunt laico
locari. d. c. Quærelam. j̃. Ne præla. vi-
ces. d. c. Veſtra. j̃. de locat. Ergo nulla
poteſt allegari firma ratio diuerſitatis
quare alia bona temporalia, ſeu res,
ei non debeant committi, quum ſit ho
neſtius Clericis & Eccleſijs, vt laicos
tanquam factores mittant & deputent
quã vt ipſi vadant & ſolliciti ſint circa
diſpenſationem rerum ruſticarũ. Nec
etiam per hoc quæritur laicis admini
ſtrantibus rem ruſticam, & alia tẽpo-
ralia, iuriſdictio in Clericos. Et ita
con

concludunt hic Ioã. de Imo, Panor. & And. Barb.

¶ Nec obſtant. d. c. Indicatum. & d. c. In nona quia intelliguntur de œconomo, cui indiſtinctè vniuerſalis adminiſtratio cõmiſſa, eſt tam in ſpiritualibus, quã in tẽporalibus, vt colligitur
27 ex glo. ibi. Et licet opiniones ſint, vtrũ laicus poſsit eſſe † operarius Eccleſiæ, hoc eſt, habere fabricæ officiũ: & tamẽ communis opinio eſt, quòd ſic. Vide Doct. hic.

28 ¶ † Aut clericus nõ conſtituitur adminiſtrator vniuerſalis, ſed certę res, ſiue cauſæ ei committuntur, & valet: vt ſi conſtituitur Syndicus vel procurator, per tex. expreſ. in. d. c. j. ſ. de Syn. & c. j. j. de procu. in. vj.

¶ Tertiò, q̃ attinet ad iudicia eccleſiaſtica, diximus, illa eſſe duplicia. Quædam exerceri in Clericos, Quædam verò in laicos. De primo non eſt du-
29 bium, quia in laici † in Clericos iudicia exercere nullo modo poſſunt. c. Si diligenti, cum infi. ſimilibus. j. de foro comp. De iuriſdictione verò quam habent prælati in laicos, dic.

¶ Aut quæris de iuriſ. temporali, quã
30 hodie omnes † Epiſcopi ferè habẽt in ſuos ſubditos tã in ciuilib⁹ cauſis, quã in criminalibus quibuſdam, quæ non ſunt eccleſiaſti. crimina, & illa poſſunt committere laicis vniuerſaliter. vel ſpecialiter. Imò in criminalibus tenentur hoc facere, ne fiant irregulares. c. Clericis. & c. Sententiam. j. Ne cle. vel mona. ſecu. nego. ſe im. c. fi. j. Ne cleri. vel mo. in. vj.

¶ Aut quæris de iuriſdict. eccleſiaſtica
31 † quã habẽt in laicos, vt in cauſis matrimonialibus, & criminalibus eccleſiaſticis. Et cõcludunt oẽs doct. cõiter, q̃ laici regulariter nec ordinarii, nec delegati, nec arbitri eſſe poſsint. d. In. xxvj. q. vij. c. Contingit. ſ. de arb. c. Perlectis. xxv. di. gl. in. c. Bene qdẽ, in verbo, Præter. xcvj. di. c. Noſtrũ hic. cũ in infi. ſimili. in. gl. in verbo. Nõ p̃ſumãt.

¶ Sed quæri poteſt, an prælatus in huiuſmodi eccleſia. negotiis poſsit adhibere conſilium laicorũ. Et primò videtur, q̃ nõ, per tex. expreſ. hic, qui dicit, q̃ prælati Eccleſiarum de negotiis ec-
32 cleſia. laicorum † iudicio n õ diſponãt. Et certè dici põt, q̃ dictio, Iudiciũ, hic pro deliberatione ſeu cõſilio ponatur. Secundò, ſi aliter diceretur, ſequeretur q̃ verbum, Tractare, in prin. ſtius. c. poſitum eſſet ſuperfluũ, q̃ dici nõ debet. Tamen cõis opi. eſt, q̃ poſsit adhibere laicorũ conſilia. quia nõ tenentur ea ſequi. Vide Panor. hic.

33 ¶ Mouetur hic qõ. Vtrũ † laici in Eccleſia poſsint prædicare: & decidit q̃ ſic, non tamen autoritate propria, ſed ex commiſsione Epiſcopi, ſecundum glo. in. c. Bene quidẽ, in verbo, Præter. c. mulier. xxiij. diſt. gl. in. c. Adiicimus. xvj. qõ. j. Ibi quoque vide, an mulier poſsit p̃dicare. Itẽ, an laic⁹ poſsit eſſe Notarius in eccleſia. Itẽ, an Ep̃s cãm crimina'ẽ Clerico Coniugato poſsit committere. Item, an omnes Eccleſiarum prælati ſint Ordinarii. Vide Docto. hic.

Alex. III. Salernitano Epiſcopo.

AT ſi Cleri corã ſeculari Iudice conuicti fuerint, vel confeſsi de crimine, non ſunt propter hoc à Epiſcopo aliquatenus,

condemnandi. Sicut enim Sententia à non ſuo Iudice lata, non tenet: ita & facta cõfeſsio coram ipſo. Si verò corã Epiſcopo de criminibus in Iure confeſsi ſunt, ſeu legitima probatione conuicti, dummodò ſint talia crimina propter quæ ſuſpendi debeant, vel deponi: non immeritò ſuſpendendi ſunt à ſuis ordinibus, vel ab altaris miniſterio perpetuò remouendi. De adulteriis verò & aliis criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cũ Clericis, poſt peractam pœnitentiam, diſpenſare. Sed non debet quemlibet depoſitũ pro ſuis exceſsibus, cũ ſuo ſit functus officio nec duplici debeat ipſum contritione conterere, Iudici tradere ſeculari.

SVMMA CAPITA

1 ☞ *Summa. totius c. Clericus de crimine aliquo confeſſus vel conuictus coram ſeculari vel eccleſiaſtico etiam Iudice, non ſuo tamen ab Epiſcopo ſuo proprio non puniendus niſi ſimul coram ipſo iudicialiter de eo conuincatur vel confiteatur.*

2 *Dictum diſpoſitio ſecundum ſubiectam rationem reſtringenda & extendenda.*

3 *Clericus coram incompetenti iudice confeſſus, an puniendus.*

4 *Deciſio, Clericum ex eiuſmodi confeſſione ſine conuictione incompetenter facta, non puniendum.*

5 *Sicut ſententia à non ſuo Iudice lata non valet ita & confeſſio coram non ſuo iudice facta, eſt inualida.*

6 *Poſita Iudicis incompetentia, iudiciarij ordinis vel proceſſus ponitur inuerſio.*

7 *Criminis confeſſio vt condemnationem operetur, quatuor requiruntur.*

8 *Ex confeſſione incompetenter facta confitentis quidẽ exiſtimatio multum læditur, Ideoq́; illi purgatio indicenda.*

9 *Confeſſus nolens ſe purgare, habetur pro conuicto interpretatiuè.*

10 *Confeſſio extraiudicialis & ea, quæ coram incompetenti fit Iudice, æquiparantur.*

11 *Clericus neq; de temporalibus neq; eccleſiaſticis rebus coram ſeculari reſpondere.*

12 *Clericus coram ſeculari Iudice confeſſus puniendus quidem ratione ſcilicet contemptus priuilegiorum ſuorum.*

13 *Lex ciuilis de Clericis nihil diſponere poteſt.*

14 *Generi derogatur per ſpeciem.*

15 *Modus delicti probandi duplex, per conuictionem ſcilicet & confeſſionem.*

16 *Delinquentes quatuor modis cõuinci poſſunt Primo per teſtes.*

17 *Teſtes dupliciter poſſunt deponere. Directè, & indirectè.*

18 *Duo teſtes ſufficiunt in criminalibus etiam & quidem contra Papam.*

19 *Secundò fit conuictio per euidentiam facti.*

20 *Tertiò per violentas præſumptiones.*

21 *Quartò per ſcripturam.*

22 *Delicta tamen regulariter per inſtrumenta probari non poſſunt,*

23 *Confeſſio delicti qualis eſſe debeat.*

24 *Confeſſio delinquentis ore proprio non procuratoris fieri debet.*

25 *Vox Procuratoris vox domini, impropriè ſcilicet.*

26 *Confeſſus propriè non dicitur conuictus.*

Diſum

27 *Diſiunctiua dictio, Vel, Siue. Aut inter perſonas poſita habet vim copulæ.*
28 *Copula, Et cadit inter diuerſa.*
29 *Statutum de conuictis loquens confeſſos non comprehendit.*
30 *Confeſſus & conuictus quo ad effectum procedendi ad ſententiam, æquiparantur.*
31 *Confeſſio licet ſit efficacior quàm conuictio, mitius tamen cum confeſſo quàm conuicto agitur.*
32 *Argumentum à ſimili in Iure locum habet.*
33 *Clericus an ratione reconuentionis ſortiatur forum coram laico.*
34 *Clericus in ſpirituali cauſa ſimpliciter Iudicem laicum habere non poteſt.*
35 *Reconuentio eſt quædam iuriſdictionis prorogatio.*
36 *Incidenter, & ob reconuentionem Iudex de ea cauſa, de qua alias principaliter non poſſet cognoſcere poteſt.*
37 *Reconuentioni locus non eſt, vbi Iudex de cauſa parte etiam vtraq; volente cognoſcendi ius non habet.*
38 *Clericus coram laico ſuper crimine criminaliter reconueniri non poteſt, idem & ciuiliter, ſecundum Cano. communiter.*
39 *Cauſa criminalis reſpectu perſonæ Clerici, cenſetur ſpiritualis.*
40 *In cauſa merè ciuili an Clericus coram laico conueniendus.*
41 *Reg. generalis Clericum ad Iudicem ſecularem non trahendum.*
42 *Iuris regula ſufficit donec fallentia ipſius probetur.*
43 *Clerici ſunt à iuriſdict. laicorum ſpecialiter exempti ideoq; ius generale reconuentionis eis non præiudicat.*
44 *Reconuentio prorogat quidem iuriſdictionẽ ita vt eam accumulet nec tamen in diuerſam ſpeciem transformet.*
45 *A ſimilibus ad ſimilia facilis eſt tranſitus. Secus in diſſimilibus.*
46 *Specialiter ſtatuta ſub generali diſpoſitione poſtea ſuperueniente, non videntur comprehẽſa niſi eorum expreſſa fiat mentio.*
47 *Odia reſtringenda nec amplianda.*
48 *Conſuetudo optima ll. interpres, ideoq; maximè attendenda.*
49 *Damnatus propter delictum ſimpliciter fit infamis.*
50 *Confeſſio & ſententia æquiparantur.*
51 *Confeſſus an itidem ſicut pactus ſuper crimine ſententia non ſecuta infamia notetur.*
52 *Duobus in iure æquiparatis quod in vno ſtatutum id & in altero locum habet.*
53 *Propria confeſſione cõuictus à teſtimonio perhibendo tanquam infamis repellendus,*
54 *Confeſſus pro condemnato habetur.*
55 *In notorio ſententia non requiritur & Iudex eo caſu abſq; ſententia reum punire poteſt.*
56 *Confeſſus crimen extra iudicium infamia nõ notatur præterquàm duobus in caſibus.*
57 *Iudicialis confeſſio accuſati ſuper crimine publi. abſq; ſententiã, non infamat.*
58 *Ad infamiam irrogandam in criminalibus requiritur quod reus confeſſus vel de crimine damnatus vel pactus ſit.*
59 *Cautela qua Reus infamiam euitet ſoluendo ſcilicet ante litem conteſtatam vel dãnationẽ.*
60 *Confeſſionem expreſſam coram Iudice in crimine priuato ciuiliter intẽtato, factam ſequitur infamia etiam abſq; ſententia.*
61 *Omni exceptione maiores ſunt qui nulla exceptione repelli poſſunt.*

1 CLERICVM † conuictum vel confeſſum de crimine coram Iudice ſeculari, Epiſcopus ex illa confeſsione vel probatione punire non poteſt, ſed coram ſe conuictum vel confeſſum ſecundum Io. de Imo. & Panormi. hic. Sed And. Barb. dicit, hoc ſummarium non eſſe pro explicatione tex. Nam licet prin. huius loquaĩ tantũ

de Iudice ſeculari tamen ratio, ſuper qua fundatus eſt hic tex. multò eſt generalior quàm principium text. Igitur principium extendi debet ad amplitu-
2 dinem rationis inſertæ, quum† dictum & diſpoſitio reſtringatur & extēdatur per rationem ſubiectam. l. Cùm pater. §. Dulciſsimis. ff. de leg. ij. l. Pater filiū §. Fundum. ff. de le. iij. Ratio ergo tex. noſtri hæc eſt, quod confeſsio coram non ſuo Iudice facta, non valeat. Quæ ratio non tantum militat ſi Clericus confitetur coram Iudice laico ſed quoque militat, ſi Clericus confitetur corā Eccleſiaſtico, qui tamen non eſt ſuus Iudex, Ideo ipſe hoc modo ſumma: Clericum conuictum vel confeſſum coram Iudice ſeculari, vel eccleſiaſtico, non ſuo tamé, ex hoc proprius Epiſcopus non puniet, ſed conuictum, vel confeſſum coram ſe iudicialiter puniet pœna condigna. Et dicit hunc caſum eſſe nouum, & perpetuò notandum. Caſus.

¶ Quidam Clericus coram Iudice laico accuſatus eſt de crimine, nec oppoſuit exceptio. declinato. fori, ſed fortè coactus coram eo reſpondit, & confeſſus eſt ſe tale delictum cōmiſiſſe. Quia autem Iudex laicus nec condemnare, nec punire eum poterat, miſit eum ad Epiſcopum tanquam Iudicem competentem, vt ex illa propria confeſsione coram ipſo laico facta condemnaretur & puniretur. Eſt igitur quæſtio. Vtrū talis confeſsio coram Iudice incompetenti facta, vſq; adeo præiudicet, vt ex ea confeſſus vel conuictus per Iudicé proprium & competentem condemnari & puniri poſsit, necne.

¶ Et primò videtur ꝙ ex ea poſsit condemnari & puniri. Nam certi iuris eſt
3 quòd† propter confeſsionem de crimine vbicunq; factam, vel famam publicam cōfitētis ſiue infamati opinio grauatur adeo vt in criminalibus à teſtimonio repellatur. c. Teſtimonium. §. In criminali. j. de teſtib. Et quoq; cautum eſt, quod is, cuius opinio læſa eſt, teneatur ſe purgare. c. Cùm deſideres §. Secundæ quæſtioni. j. de ſent. excō. Et ſi ſe purgare non potuerit, vel noluerit, puniatur quaſi conuictus. c. Cū te. j. de purg. Cano. c. Inſinuatum. j. de ſimo. Ergo talis confeſsio coram iudice incompetenti facta, ex qua confitentis opinio læditur, & fama cōtra ipſum oritur nōn eſt omnino nulla, ſed certè præiudicialis.

¶ Secundò videt probari per tex. in c. Multi. ij. q. j. Vbi dicit text. Nos quenquam à cōione prohibere non poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo, ſiue ſeculari, ſiue eccleſiaſtico iudicio conuictū. Ergo videt nihil intereſſe, ſiue confiteatur coram Iudice laico, ſiue eccleſiaſtico.

¶ Tertiò habetur expreſſe, quod Clericus, qui coram iudice laico confitetur crimen, puniri debeat. c. Si diligenti. j. de fo. compe.

¶ Quartò probat. Nam Iure cauet, ſi Clericus producit in teſté coram iudice laico, & deprehendit periurus, ſubiicitur iuriſdictioni & pœnæ illius Iudicis laici, nec poterit ſe alia exceptione defendere. ſecundum gl. in l. Nullū in verbo, pręſcriptioné. C. de teſt. Ergo multò magis Epiſcopus poterit eū punire, qui corā Iudice laico cōfeſſus eſt.

¶ Sed iſtis non obſtantibus decidit tex. noſter contrariū, videlicet ꝙ Clericus
4 †qui coram iudice laico conuictus, vel confeſſus eſt de crimine, propter illam

confeſsionem à ſuo Epiſcopo condemnari & puniri non debeat, ſed neceſſe ſit quòd confiteatur, vel conuincatur coram ſuo proprio & competenti Iudice. Et hoc probat tex.hic à ſimili. Si-
5 cuit†enim ſententia à non ſuo Iudice lata, non tenet, vt. C. per tot. Si non à compe. Iudi. iudica. eſſe di. Ita quoque confeſsio facta coram iudice non ſuo non valet. Tenet conſequentia. Quia
6 ſuppoſita†Iudicis incompetentia, impoſsibile eſt quòd ſit ſeruatus ordo Iudicii, quo omiſſo omnia videntur omiſſa, & pro non factis habentur, per ea, quæ not. Inno. in c. Prudentiã. in verb. Conſtare. ã. de offi. deleg. Bal. in l. Teſtamenta. C. de teſta. Ad hoc ergo vt
7 †confeſsio de crimine plenè præiudicet, condemnationemq́; inducat, quatuor concurrere debent. Primò, quòd fiat in iudicio. Secundò, quòd talis ſit ſuus & competens Iudex. Tertiò, quòd fiat in præſentia iudicis. Quartò, quod fiat iudice ſedente pro tribunali. Et his cõcurrentibus plenè præiudicat cõfeſſio, etiã ſi proceſſus, in quo fit, alioqui nullus ſit propter omiſsionẽ fortè qua rundam partiũ ſubſtantialium, vel omnino nullo præcedente proceſſu. Hoc probatur per tex. in c. j. iunct. gl. in verbo, Fuerint, infrà de accuſ. in. vj. Et eſt dictum Inno. in c. Qualiter & quando infra de accuſa. Idem decidit Bar. in l. Si confeſſus. ff. de cuſto. & exhib. reo. Sed tamen Bar. ibidem cum diſtin. loquitur, hoc modo. Aut quis confiteẽ delictum principaliter, & per ſe, hoc eſt, cùm accuſatur de delicto principaliter & poteſt ex illa confeſsione ſequi condemnatio, etiam ſi proceſſus fuerit inualidus. Et in hoc caſu procedit dictũ c. j. de accuſa. in vj. & dictum Innocen. in dicto c. Qualiter.

¶ Aut non confitetur delictum principaliter, ſed per quandam cõſequentiã & incidenter, & non condemnatur ex tali confeſsione, ſiue proceſſus ſit validus, ſiue inualidus. Et in hoc caſu loquitur gl. in l. Si filium, in verbo, Deeſt. C. de libe. cauſa, & glo. in c. Ex pœnitentibus, in verb. Non prodidit. 50. diſt. Vbi dicit, ſi promouendus confitetur ſuum crimen, non debet ex hoc puniri, ſed ſolum repelli à promotionis ſuſceptione, quia ad hoc non agebatur. Idem apparet in teſte prodocto, qui crimen obiectum fatetur, quia propter illam confeſsionẽ non punitur ſed tantum repellitur à teſtimonio, quum talis confeſsio non fiat principaliter, ſed incidenter. Vt habetur & not. in c. j. in gl. in verb. Ad teſtimonium, cum ſimilibus. j. de teſtibus in. vj. Vide Panor. hic in no. ij. Et ſic conſtat ex prædictis ꝙ illa confeſsio tantum præiudicet quo ad condemnationem & pœnam, quæ fit coram iudice competenti quatuor cõcurrentibus, & quòd ex illa condemnatio ſequi non poſsit, quæ ſit coram iudice incompetenti.

¶ Nec obſtant iura, ſupra pro rationibus dubitandi allegata huic deciſio. Et primò nihil fa. text. in cap. Teſtimonium, cum ſimilibus, in prima oppoſi. adductis, ſupra de teſtibus. Quia illa iura omnia non pugnant cum tex. noſtro, cum in eis nõ reperiatur deciſum
8 quòd ex confeſsione † coram incompetenti Iudice facta, quis condemnari poſsit ſed tantum hoc volunt, ſi quis cõfitetur, & ex tali cõfeſsione vbicunq; facta, eius opinio multum grauatur, tum propter ſcandalum eſt indicenda purgatio. Et in hoc caſu loquitur. d. c.

Te

Teſtimonium,&.d.c. Cùm deſideres.
& ſic cùm ſe purgare noluerit, habea-
tur pro conuicto interpretatiuè, non
ideo,quòd coram incompetenti Iudi-
9 ce confeſſus ſit,ſed ideo potius† quòd
ex tali confeſſione fama orta, & eius
opinio grauiter læſa,nec ipſe propter
ſcandalum vitandum ſe purgare vo-
luerit.Et eſt ratio,quia talis confeſſio
coram Iudice incompetenti facta,non
10 debet minus quàm confeſſio † extra-
iudicialis operari,quæ tamen in Cle-
ricis multum præiudicat.c.Quam ſit
graue.&.c.Graue.infr.de exceſſ. præ-
lat.Igitur illa iura de purgatione pro
pter ſcandalum diſponentia,nihil fa-
ciunt contra text.noſtrum,qui non diſ
ponit de purgatione,ſed de condem-
natione.Et ita in effectu reſpōdet gl.
hic,in verbo,condemnandi, quam ſe-
quuntur.dd.Et per hoc ſit partim ab-
ſoluta.d. glo.in verbo,condemnandi.
¶Secundò,non obſtat tex.in.d.c. Mul
ti.ij.q.j.Vbi indiſtinctè dicit, neminē
excommunicandum, niſi in ſeculari
vel eccleſiaſtico Iudicio conuictus ſit.
Quia glo.ibi ponit duas ſolutiones.
Prima eſt,quia is text.loquitur de cau
ſa temporali:ſed ſi hæc ſolu.intellige-
retur,quia Clericus,qui in iudicio ſe-
culari confitetur de cauſa ſeculari, ex
tali confeſſione condemnari debeat,
11 falſa eſſet ſol,Quia†ipſe nec de ſecu-
laribus,nec de eccleſiaſticis cauſis co-
ram Iudicibus ſecularibus reſponde-
re debeat.d.c.Si diligenti.Si autē hæc
ſol. intelligeretur hoc modo,in iudi-
cio ſeculari,hoc eſt,ſi Clericus coram
ſuo Iudice eccleſiaſtico confitetur de
cauſa ſeculari,vt de homicidio, excō-
municandus & deponendus eſſet,bona
eſſet ſol.Et ita intelligunt eam gloſſ.
Archid.& Dn.Gemi.in.d.c. Multi. &
dd.hic.Secunda ſolut.quòd.d.c.Multi,
intelligatur de laico conuicto vel con
feſſo in iudicio ſeculari, de crimine
aliquo,propter quod potuerit excom
municari.Et ſic hoc.c quoque non pu
gnat cum tex.noſtro hic.

¶Tertiò,nihil facit.c.Si diligenti,in-
fra de for.compe.ex quo colligitur, ꝙ
Clericus propter confeſſionem corā
laico factam puniri debeat. Quia ad
hoc reſpondetur,quòd non virtute cō
feſſionis coram laico factæ.per ipſum
puniatur,ſed ideo,quòd neglectis pri-
12 uilegiis Clericorum†reſpondeat corā
laico,& ſic contemptus priuilegiorum
punitur,ſi volens fecit,ſecus tamen ſi
inuitus,vel coactus à laico Iudice hoc
fecerit,vt puta, quia forte in delicto
comprehenſus,& ad laicum Iudicem
per vim deductus,reſpondit coram eo,
propter illam reſponſionem non volū
tariam non habetur pro contemptore
priuilegiorum.Ita in effectu reſpōdet
glo.hic,in verb.Non tenet.Panor. hic,
ver.Capio ergo ſecundum. Io. Andr.
ver.Oppono,pro eius enuclea.

¶Quartò,non obſtat text.in.d.l. Nul-
lum.cum gloſſ.ibi,in verbo, Præſcri-
ptione.C.de teſtib. Quia Paul.de Ca-
ſtro ibi,Innoc.Panor.& Cano.in.c.Ve
rum,infr.de fo.compe. ſimpliciter re-
probant illam glo.quatenus intelligi-
tur.d.l.Nullum,de Clericis. Primùm,
13 quia.l.Ciuilis † non poteſt diſponere
de Clericis,per vulga.Secundò, quòd
d.l.Nullum,loquitur generaliter, nec
facit mentionem de Clericis,igitur ad
ipſos non eſt extendenda.qua habeant
priuilegia & immunitates,& ſint prór
ſus alterius iuriſdictionis,Ita quòd ha
14 bet locum Regul.†Generi derogatur
per

per ſpeciem.c.Generi, de regu.iur.in vj. Vide Cano.in.d.c.Verum, infr. de foro compe. Et ſic conſtat ex prædictis, quòd ex confeſsione Clerici corā laico facta, confitens condemnari non debeat.

¶ Not. primùm ex hoc text.in verb.
15 verb. Conuicti, duplicem † eſſe modū probandi delictum contra aliquem, videlicet, per conuictionem & confeſsio
16 nem. Conuictio † fit multis modis: Per teſtes, per euidentiam facti, per violētas præſumptiones, & per ſcripturam.
17 Teſtes autem poſſunt † deponere duobus modis. Primò directè, quòd ſcilicet viderunt delinquentem tale facinus patrare. Secundò, poſſunt deponere de argumentis. Quòd autem delictum de iure Canonico directè probari poſsit, per duos etiā teſtes rātū de viſu deponētes, habet in.c.j.§.fi.ij.q.iiij. & glo.in.c.Præſul.ij.q.iiij.dicit expreſſe, quòd etiam contra Papam ſuffi-
18 ciāt duo † teſtes, de crimine deponētes. Idem de iure Ciuili, quando eſt imponenda pœna vltimi ſupplicii, ſufficiūt duos teſtes, qui ſunt concordes & directè deponunt.l. Vbi numerus.ff.de teſtibus.l.Qui ſententiam, cum ibi not. C.de pœn.l.fi.cum ibi no.C.de proba. Indirectè probatur delictum per teſtes, quando non deponunt de loco, tēpore, & qualitate delicti, ſed de argumentis quibuſdam, id eſt, circunſtantiis, vt.l.j.cum ibi no.per Bal.C.Quo. appella.non recip.
19 ¶ Secundò fit conuictio † per euidētiā facti, per text.in.c. Cum ad ſedem.§. §.Nos priores, infra.de reſt.ſpol. gl.in c.Conſtitutionem, in verb.Manifeſtū, de verb.ſig.in vj.
20 ¶ Tertiò fit † conuictio per violentas præſumptiones.l.Excipiuntur. ff. Ad S.C.Sylleia.capitu.Aduerte, infra.de præſumptio.
21 Quartò † per ſcripturam quis dicitur conuinci de delicto. Sed hoc ita intellige, quando ipſum delictum conſiſtit in ſcriptura, vt puta, ſi quis poſt iuramentum calum.vel de veritate dicenda deprehenditur in ſuis poſitionibus ſibiipſi contrarius, conuincitur ex iſtis ſcriptis poſitionibus.c.fi.cum ibi not. infr.de iureiu.in.vj. Vel quando inſtrumentum deprehenditur falſum, cōuincitur Notarius, qui fecit de falſo.
22 Alioqui † delicta regulariter per inſtrumenta vel ſcripuras probari non poſſunt. Vide.dd.in.d.l.fin.C. de proba.& in.d.l.ij.C.Quo.appella.non recipien. cum ſimilibus. Et tantum de conuictione.

¶ Secundus modus probandi delictum eſt, vt diximus, Confeſsio. Sed in eo, vt ſuprà diximus, quædam de neceſsi-
23 tate requiruntur † ad hoc, vt plenè probet, ſcilicet quòd coram Iudice cōpetenti, & in iudicio ſit facta, præter illa requiritur in criminalibus, quod ſit cōfeſsio ſpontanea, & non tormentis extorta. Aut ſi tormentis extorta eſt, ꝙ torturam præceſſerint ſufficientia indicia, & quod confeſſus in publicum poſtea ductus, in tali confeſsione perſeuerauerit, nec eam reuocari.§. Diuus Seuerus, & quæ ibi no. Bart. ff. de quæſtio. Vide Bald.in.d.l.ij. C. Quo. appell.non recip.& in.d.l. Sētentiam. C.de pœ. Item præterea requiritur, ꝙ
24 confeſsio fiat ore † proprio delinquentis, per tex.in.d.l.ij.ibi, voce propria. C.Quo.appella.nō recipi. Igitur egregie dicit Bal.in.d.l.ij.ꝙ crimē capitale quis nō poſsit profiteri per procuratorem,

torem,quia,licet vox procuratoris ſit
25 vox domini iuris fictione,tamen† pro
priè loquendo non eſt vox domini.&
probatur hoc per tex.in.c. Ex literis,
cum ibi no.in verb.Ore proprio, infr.
de exceſſ.prælа.

¶ Ex his poteſt nunc colligi, ſecundũ
26 notab.ex tex.ſcilicet quòd † confeſſus
non dicitur propriè conuictus, cùm
text.hic ponat confeſſionẽ vel conui-
ctionem, vt diuerſa,his verbis: Conui-
cti fuerint, vel confeſſi. Quod autem
illa dictio, Vel,ſiue, Aut, inter confeſ-
ſionem & conuictionem poſita im-
portet diuerſitatem,probatur. Nam iu
re cautum eſt,quòd disiunctiuæ Vel,ſi
27 ue Aut† poſitæ inter perſonas nõ gra-
uatas,reſoluantur in copulatiuam,per
tex.in.l.Cum quidam.C. de verb.ſig.
Vbi expreſſe dicit text. verboſitate ex
ploſa conuictionem Aut,pro Et,acci-
pi &c. Sed certum eſt, quòd copulati-
28 ua, Et, non † poteſt cadere niſi inter di-
uerſa.l.Si quis ita ſtipulatus fuerit,in
princ.de verb.oblig.§.Si plures. Inſti.
de hær.inſti.Ergo confeſſio & conui-
ctio non ſunt idem,cùm hic ponat diſ-
iunctiuè,Confeſſi vel Conuicti. l. Si
idem,cum ibi no.C. de codicill. Ideo
dicunt.dd.hoc notandum eſſe pro ſta-
tutis facientib.mentionem de conui-
ctis,quòd ſub eis non comprehendant
cõfeſſi,& ecõtra,Arg.l.Eũ q. in prin.
ff.de tutor.l.fi.ium.gl.in verb.Cõuict.
C.de cõpenſa.l.fi.ff.de rei vendi.

30 ¶ Aequiparantur † tamẽ cõfeſſi & con
uicti,quo ad effectũ procedendi ad ſen
tentiã,quia ſicut in quis cõdẽnatur, ſi
de delicto fuerit teſtibus cõuictus: ita
quoque condemnatur,ſi delictum fue-
rit confeſſus.d.l.ij.C.Quo. appell, nõ
recip. Differũt tã in hoc,φ cõfeſſio eſt
efficacior quã cõuictio,Arg.l. Genera
liter.C.de nõ nu.pec.c.Per tuas, infr.
de proba.Et facit ad hoc quod habet
in paſsio.Domini:Quid adhuc deſide
ramus teſtimonium? Ipſi enim de ore
eius audiuimus.Nihilominus tũ cũ cõ
feſſo mitiùs agitur,quã cũ cõuicto.c.
Innotuit.&.c.Dudũ.el.ij.ſupr.de elec.
§.Licet autẽ.ver.Suppreſsit,infra. de
elect.c.Presbyterũ,iun.gl.in verb.Mi-
tius,l.diſt.concord.tex.in.l.ij.& ibi gl.
C.Quo.appella.non recip.

¶ No.quoq; ex tex.hic,in verb.Sicut,
32 φ argumẽtũ† à ſimili in iure valet &
admittitur.c.Trãſlato,ſupr.de cõſtit.
c.Inter corporalia,ſup.de trãſla.Epiſ.
Glo.in verbo, Condemnandi, eſt ſu-
prà in deciſione abſoluta.

¶ Glo.in verbo,Tenet,diuiditur prin-
cipaliter in quatuor partes. In prima
allegat iura concord.ad tex.noſtrũ.In
ſecunda parte ibi,ex eo enim opponit
contra tex.& reſpõdet.Sed hæc oppo.
in ſecunda deciſione eſt abſoluta. In
tertia ibi,ſed ſi Clericus,mouet. q.ta-
lem,iam dictũ eſt in tex.φ Clericus
nõ põt conueniri coram Iudice laico.
Quid aũt ſi Clericus conuenit laicum
coram Iudice laico,an laicus conuen-
33 tus † poterit coram eodem Iudice lai-
co Clericum reconuenire, & ſic vtrũ
ratione reconuentionis Clericus ſor-
tiatur forũ coram Iudice laico. Gl. in
hac.q.diſtinguẽdo breuibus decidit.
Aut reconuentio fit in cauſa ciuili,vel
criminali ciuiliter intentata, & valet
reconuentio,per iura hic alleg.

¶ Aut reconuenitur in cauſa crimina-
li,criminaliter intentata,& non admit
titur reconuentio,per rationes in glo.
alleg.Quia autem hæc.q.per. dd. co-
pioſè eſt diſputata,& tamen, ſicut Pa-
nor.

nor. dicit, hodie parũ habet vtilitatis, nos eam breuibus abſoluemus.
¶ Dic ergo ſecundum Panor. hic: Aut Clericus reconuenitur coram laico in cauſa ſpirituali, ſiue ſpirituali annexę. Aut reconuenitur in cauſa criminali. Aut recõuenitur in cauſa merè ciuili.
¶ Primo caſu eſt communis concluſio, quòd reconuentio non habeat locum.
34 †Nam laicus de eiuſmodi cauſis ſpiritualibus ne incidenter quidem cognoſcere poteſt. c. Tuam, infr. de ord. cog. c. Lator, infra. Qui fil. ſint legit. Ergo multò minus per reconuentionem cognoſcet. Et eſt ratio, quia reconuentio
35 †eſt quædam quaſi tacita prorogatio. Prorogatio autem tãtum ſubiicit perſonam alicuius iuriſdictioni alterius Iudicis incompetentis. Cauſam autẽ, quæ Iudici alteri de ſui natura ſubiecta eſſe non poteſt, non ſubiicit per ea, quæ not. Bart. in Aut. Et conſequenter. ver. Secus ſi cauſæ natura. C. de ſen. & interl. om. iud. Quum ergo ſpirituales cauſæ non poſsint eſſe ſubiectæ laicis. d. c. Tuam. d. c. Lator. & c. Decernimus, ſupr. eo. c. Contingit, ſupr. de arbitr. Ergo per reconuentionem perſonæ Clerici cauſa ſpiritualis ſubiici nõ poteſt. Ita concludit Panor. & alii in c. Mihi, in. xij. coll. infr. de mu. petitio. glo. in. c. ij. §. Cuius in agendo. iij. quæſt. viij. Sed his videtur obſtare gl. in. d. Auten. Et conſequenter. C. de ſenten. & interlo. om. iud. quæ vult, quòd
36 Iudex, †ratione reconuentionis, de his cognoſcere poſsit, ſuper quibus tamen alioqui non poteſt eſſe Iudex. l. Quoties. C. de iud. Idẽ videtur probari per tex. in. l. Si idẽ cũ eodẽ. §. Quòd ſi mutuæ. ff. de iuriſd. om. iud. Vbi. habetur: Si tu me conuenis coram defenſore ciuitatis, poſſum te reconuenire de maiori ſumma, quàm ad eius iuriſdictionẽ pertineat. Ergo idem videtur dicendũ in cauſis ſpiritualibus per reconuentionem coram laico deductis. Sed ad hoc reſpondet Bart. in. d. Auten. Et conſequenter. poſt Inno. hoc modo: Quandoque Reus reconuenit Actorem ſuper eo, de quo Iudex non poterat alio qui cognoſcere, niſi partibus volentibus iuriſdictionem prorogare, & tunc reconuentio poteſt fieri: ꝙ in hoc procedũt. d. l. Si idem. & d. l. Quoties. Aut Actor reconuenitur ſuper re vel cauſa de qua Iudex nõ poteſt cognoſcere,
37 etiam parte vtraque volente. & †reconuentio locum non habet. Et in hoc caſu procedit deciſio noſtra. Vide Bart. in. d. Auten. Et conſequenter. & Cano. in. d. c. j. infr. de mut. petitio.
¶ Secundo caſu, quando ſcilicet laicus reconuenit Clericum coram Iudice laico de crimine, dic: Aut reconuenit eum de crimine criminaliter, aut ciui
38 liter. Si criminaliter †conuenit, accuſando ſcilicet & petendo, vt puniatur pœna corporali, vel depoſitiõe, & certum eſt, quòd illa reconuentio quoq; non habeat locum per iura hic in glo. alleg. Et eſt ratio, quia hoc caſu etiam inter laicos reconuentio corã Iudice alias incompetenti, vel non ſuo, nõ habet locum, Argu. l. ij. §. Sed ſi agãt. & ꝗ ibi no. ff. de iud. Vide. dd. in. d. Aut. Cõſequenter. & in. d. c. j. infr. de mu. petitio. Si verò Clericus reconuenitur de crimine non criminaliter, ſed ciuiliter, vt ſcilicet puniatur pœna pecuniaria Actori applicanda & in hac. q. ſunt opin. an habeat locũ recõuentio. Quidam enim dicunt. quòd locum habeat reconuentio & definitio, & ꝙ

Epiſc

Epiſcopus ad requiſitionem ipſius Iudicis ſecularis exequi debeat, Arg.cap. poſtulaſti,infr.de foro compet. Et hoc probant quoque ex illo, quia ſi Clericus agit contra laicum coram Iudice ſeculari, & ſuccumbit, quòd per eum damnari poterit in expenſis.c.Finem litibùs, infr.de dol.& contu. Ergo non videtur abſurdum, quòd etiam in cauſa recõuentionis condemnetur per laicum. Et illam opi.tenet glo.noſtra hic Pet.de Anch.in.c.j.infr.de Cler.coniu. Bal.in d.Authen. Et conſequenter. C. de ſent.& interloc.omn.iudic. Sed tamen communis opin.Cano.eſt in contrarium. Quia iura, reſpectu criminis, indiſtinctè videntur prohibere, ne Clericus à laico iudicetur.d.c.j. de Cler. coniug.in.vj.e.Clerici.infr.eod. Et allegat Panorm.rationem. Quia habito
39 †reſpectu ad perſonam Clerici,poteſt cauſa dici ſpiritualis, ita quòd non ſolùm deficit iuriſdictio reſpectu perſonæ,ſed etiam reſpectu cauſæ. Ita decidunt hic Ioan.de Imo.& Panor.Cano. in d.c.j. infr.de mu.petitio. Inno.in.c. Verum,infr.de fo.compe.Archid.in.d. c.vnico.de Cler.coniug.in.vj.Alias rationes ad hanc deciſionem audiemus in membro ſequenti.
40 ¶ Aut Clericus reconuenitur de†cauſa merè ciuili coram laico, vt fortè ſuper obliga.quadam orta ex contractu & in hac.q.dd.mirè variant. Nam glo. communiter tenent, quòd hæc reconuentio ſit licita, vt glo.in.d.§.Cuius in agendo. iij.q.viij. Innoc.in.c.ij.infr.de fo.compe.Petr.de Ancha.in.d.c.vnico, infr.de Cler.coniug.in.vj. Et eſt ratio illorum, quia iura indiſtinctè iuriſdictionem in cauſa reconuentionis prorogant, nec Clericos excipiunt. d.§. Cuius in agendo. d.l.Cum Papinian. cum Auten. Et conſequenter. d.c.j.& ij.infr.de mu.petitio. Ergo nec nos diſtinguere debemus per vulga. Et hanc opin. ſecundum Ioan.Andr. approbat antiqua conſuetudo, à qua temerè non eſt recedendum.l.Minimè. ff.de legib. Et, ſi ſecus diceretur, eſſet occaſio tyrannidis. Quia iniquum eſſet, quòd laicus teneatur reſpondere Clerico coram Iudice eccleſiaſtico in cauſa reconuentionis & Clericus viciſsim non reſponderet laico coram ſuo Iudice. Hæc & alia plura motiua pro hac opinio.vide apud Panor.& And.Barb.hic. Sed pro contraria opin.poſſunt quoq; adduci fortes rationes.

¶ Et primò, quòd Iura ponunt Regu-
41 lam † generalem negatiuam, cum adiectione pœnæ, ne Clericus trahatur ad Iudicem ſecularem. c.j.&.ij.xj q.j. d.c.vnico,de cler.coniug.in.vj.c.Qualiter,infr.eod.c.Si diligenti, infr.de foro compet.Aut.Statuimus.C.de Epiſc. & cleric. Ergo illa generalis & indiſtincta prohibitio tam de conuentione, quàm reconuentione intelligi debet, per d.regul. Vbi Iura non diſtinguunt, &c.

¶ Secundò conſtat, quòd certi caſus ſunt à Iure expreſsi, in quibus Clerici à Iudicibus ſecularibus iudicari poſſint, vt c.Cùm non ab homine, infr.eo. & inter iſtos non reperitur caſus reconuentionis. Ergo maneat ſub generali Regula negatiua, ſuprà tradita.
42 Quia ſatis eſt†quem habere regulam pro ſe, donec aduerſarius probet fallentiam à Regul.per vulgar. Et hanc opinionem tenent Iacob.Butr.& Petr. de Bel.p.vt refert Bartol.in dicta Auten. Et conſequenter.Archid.in dicto

c. vnico, cũ infinitis ſimilibus, de Cler. coniug. in vj. Igitur Iura generalia diſponẽtia in omnibus aliis caſibus intelligi debent, exceptis his, de quibus eſt prouiſum in ſpecie. l. Sanctio legum. ff. de pœ. c. Generi. j. de reg. iur. in vj.

¶ Secundò reſpondetur, quòd reconuẽ-
44 tio † prorogat iuriſdictionem accumulando, non autem mutãdo ad diuerſam ſpeciem. Sed ſi per reconuentionẽ laicus fieret Iudex Clerici, non fieret accumulatio, ſed potius iuriſdictionis mutatio. Igitur iura generalia de recõuentione diſponentia intelligẽda ſunt ſecũdum ſubiectam materiam, hoc eſt, vt alicui coram Iudice non ſuo, laico, alium laicum conueniens per recõuentionem ſortiatur forum, & Clericus coram Iudice eccleſiaſtico, nõ ſuo, alium Clericum cõueniens ſortiatur forum, ratione reconuentionis, vt ſic fiat accumulatio, quæ fieri poteſt. Quia in ha-
45 bentibus ſimilitudinẽ facilis † eſt tranſitus ad ſimilia. Non autem in habentibus diſsimilitudinem.

¶ Tertiò, eſſet valde abſurdum, quòd per ll. in materia reconuentionis generaliter diſponentes, tanta Clericorum priuilegia debeant lædi, quùm tamen ll. & Canon. dicant, quòd ea, quæ ſpe-
46 ciali nota. ſint digna, † niſi ſpecialiter exprimantur, videantur neglecta, nec ſub generali diſpoſitione comprehenſa, per text. in l. Item apud Labeo. §. Hoc edictum. ff. de iniur. c. Quamuis, de præben. in vj. Igitur quum priuilegia Clericorum ſint notatu digniſſ. nec reperiantur in ſpecie in materia reconuentionis ſublata, dici non debet, quòd ſub illa generalitate Clerici laicis ſubiiciantur, præſertim quum ſit
47 odioſa materia, & † odia reſtringi debeant, non ampliari. c. Odia, de reg. iur. in vj. Nec etiam hoc eſt ſine magna præſumptione, quòd poſt iura generalia de reconuentione tradita de Clericis reconueniendis coram laico, nulla facta eſt mentio. Et hæc opin. videtur firmior ſaltem iudicio Canon. Quum ergo dd. in hac q. tam ſint varii, tu cum Io. Andr. poteris concludere, quòd hoc
48 caſu aduertenda ſit conſuetudo, † quæ eſt optima ll. interpres. l. Si de interpretatione. ff. de legib.

¶ Ex hac vltima parte glo. poſſunt moueri quædam vtiles qq.

¶ Prima eſt, vtrum ciuiliter condemnatus de tali crimine, quod alioqui infamaret, ſi accuſatus fuiſſet criminaliter condemnatus, fiat infamis. Gloſ. tenet ſimpliciter hic, quòd non, nihil tamen allegat. Contrarium eſt verum, quòd imò hoc caſu infamet ſententia, ſiue quis in publico, ſiue in priuato delicto ciuiliter ſit condemnatus. Nam extant
49 iura apertiſſ. quòd † damnatum de delicto ſequatur infamia ſine diſtinctione. l. Infamem. ff. de publ. iud. l. j. in fin. ver. Qui in iudicio. & ver. Qui furti. & l. Athletas. §. Calumniator. & l. Furti, in princ. ff. de his qui not. infa. l. Non poteſt. ff. de furt. §. Ex quibuſdam. Inſtit. de pœ. teme. litig. & hoc tenent glo. & Bar. in d. l. Infamem. ff. de publ. iud. & glo. in c. Cùm te, in verb. Infamis, infr. de ſent. & re iud. Et ſic patet, quòd glo. noſtra in hac parte malè ſentit.

¶ Secundò poteſt q. moueri ex glo. quũ
50 hic conſtet ex tex. † quòd ſententia & confeſsio æquiparentur, & iam dictum eſt, quòd damnatus de crimine indiſtinctè ſit infamis, quæri poteſt, vtrum confeſſus de crimine quoq; efficiatur infamis, ſi nulla ſequatur ſentẽtia poſt

confeſsionem. Et videtur quòd ſequatur infamia ex confeſsione iudiciali ſi-
51 ne ſententia. Nam †certum eſt, quòd is, qui tranſigit vel paciſcitur ſuper crimine, incurrat infamiam non minus, quàm ſi per ſentẽtiam eſſet damnatus. d.l.j.§.Qui furti.ff.de his qui not.infa. l.Quoniam.ff.eo. Ergo quum in tranſactione ſiue pacto inſit tacita confeſsio criminis, propter quam ſequatur infamia, multò magis ex confeſsione expreſſa & iudiciali quis fit infamis: & hoc tenet gloſ.expreſſe in l.1ctus fuſtium.ff.eod.qui not.infa. Et Innoc.in c.Super his, de pœn.

¶Secundò facit ad hoc Reg.quæ ha-
52 bet: Vbi duo †in iure æquiparata ſunt, quod ſtatutum eſt in vno, habet quoq; locum in altero, ſecũdum gl.in c.Poſtquam.§.ver.Si verò, in verb.Mente.ĵ. de elect.in vj.& eſt tex.in c.ij.iunc.glo. ĵ.de confeſ.in vj. Sed ſententia & confeſsio iudicialis in Iure ſunt æquiparata.tex.eſt hic in ſpecie. Ergo confeſſus in iudicio de crimine fit infamis, ac ſi per ſententiam eſſet condemnatus.

¶Tertiò probatur per gloſ.ſing.in l. Quid ergo.§.Ex cõpromiſſo, in verbo, Non facit.ff.de his qui not.infa. Quia ibi quæritur, vtrum confeſsio corã arbitro facta infamet. Dicit gl.quòd nõ, & addit rationem, quia ſententia arbitri non infamat, Ergo nec cõfeſsio &c. Vnde colligitur per argumentũ à contrario ſenſu, quòd confeſsio facta coram iudice ordinario, cuius ſententia infamat, quoque infamet.

¶Quartò probatur. Nã ad hoc, vt quis
53 †repellatur à teſtimonio ferendo tanquam infamis, ſatis eſt quòd ſit condemnatus de crimine, vel conuictus ſua propria confeſsione, per tex.in.l.iij.§. Lege Iulia, iun.glo.in verb.Conuictus. ff.de teſtibus.c.Si teſtes.§.Lege Iulia. iiij.q.iiij.c.Super eo el.j.ĵ.de teſtib.

¶Quintò probatur per opt.tex.in l.Si tutor.iun.glo.in verb.Cõfeſſum. C.de interd. matrimo. int. tut.& pup.Sunt enim verba tex. Manet infamia contra eum velut cõfeſſum. Idẽ probatur per opt.glo.in l.Sed ſi poſſeſſor.§.Si cũ de hære.in verb.Probatum.ff.de iureiu.

54 ¶Sextò probatur. Nam †confeſſus habetur pro cõdemnato.l. vnica, cũ infi. ſimilibus.C.de confeſ.Quia per cõfeſſionẽ res eſt facta notoria. c.fi.ĵ.de co-
55 hab.cler.& mul. Et in notorio † Iudex punit ſine ſententia.d.c.fi.& Inno.in c. Qualiter.el.ij.ĵ.de accuſat.Ergo talis confeſsio habet vim ſententiæ.

¶Septimò probatur. Confeſsio ſufficit ad condemnationem, etiamſi proceſſus alioqui eſt nullus, vt not.Inno.in d.c. Qualiter. ver.Item ad prædictas.ĵ.de accuſ.Et illam opinionem tenet Inno. in.d.c.Super his.ĵ.de pœ. quem ſequitur hic Andr.Barb.

¶Pro contraria opinio.ſecundum Bar. in l.Infamem.ff.de publ.iud.facit text. in l.Si reus.ff.de procur. Quia ibi habetur: Si reus cõuenitur actione famoſa, & ipſe ante litem cõteſtatam ſoluit, quod debet, & in quo potuiſſet condemnari, licet per ſolutionẽ fateatur debitum, non tamen fit infamis propter illam confeſsionem, licet infamaretur, ſi ſententia fuiſſet ſecuta. Tu ſecũdum Bart.in.l.Infamem, pro euitanda contrarietate, hoc modo diſtingue.

56 ¶Aut quis †confeſſus crimen extra iudicium, & ex illa confeſsione nõ fit infamis, niſi in duobus caſibus.

¶Primus eſt, ſi poſt confeſsionem ſecuta eſt caſtigatio.d.l.1ctus fuſtium, cum glo.

glo.ff.de his,qui not.infa.

¶Secundus caſus eſt, Si non cõfitetur crimẽ ſimpliciter verbis, ſed re quoq;, vt paciſcendo ſiue tranſigẽdo ſuper crimine,quia talis confeſsio mixta eſt. Et in hoc caſu intelligi poteſt d.c.j.cũ ſimilib.ff.de his qui no.infa.& d.l.Si tutor.C.de interd.matrimo.inter tut.

¶Aut eſt cõfeſsio iudicialis,& dic:Aut
57 confeſsio† eſt facta in accuſatione criminali,ſuper crimine ſcilicet publico, & ſola cõfeſsio ſine ſentẽtia non facit quem infamẽ.Hoc probo, quia ad hoc,
58 vt † in criminalibus quis fiat infamis, requiritur quòd ſit de crimine damnatus,vel pactus.d.l.j.ff.de his qui no.infa.Sed in accuſatione criminali verbaliter confeſſus non habetur pro condemnato,per tex.expreſſ.in l.Si cõfeſſus, iunc.glo.ibi.ff.de cuſto.& exhib.reis. Ergo talis confeſsio in criminalibus non poteſt habere vim ſententiæ,& ſic per conſequens non infamare.Aut cõfeſsio iudicialiter facta eſt ſuper crimine priuato,ciuiliter intentato,vel alioquin actione famoſa ex cõtractu ,vel quaſi deſcendens, Et dic:Aut confeſsio eſt tacita, ſoluendo ſcilicet ante litem conteſtatam, vel ante condemnationẽ, id,in quo per ſententiam damnari poſſit,& non ſequitur inde infamia : & in hoc caſu proprio loquitur tex.in d.l.Si reus.ff.de procur.Et ideo dicit Bart.in d.l.Infamẽ, quem ſequitur hic Panor.
59 Si quis†in actione famoſa timet, quòd forte Iudex contra eum pronunciaturus ſit,eſſe remedium, vt ante litẽ conteſtatã, vel ante ſententiam condemnationis ſoluat id, in quod potuiſſet con-
60 demnari.d.l.Si reus.Aut eſt†confeſsio expreſſa coram Iudice, in crimine priuato,ciuiliter intẽtato,& ſequitur inde infamia, etiam ſi ſententia non ſequatur. Et in hoc caſu intelligẽda ſunt iura, quæ habent, quòd confeſſus habeatur pro condemnato, vt in d.l.vnica. cum infinitis ſimilibus.C.de confeſsis. Quia in ciuilibus (ſecundum Bart.in d.l.Infamem.ff.de publ.iud.) confeſſus habetur pro conuicto & condemnato. Hoc etiam pertinent iura ſuprà pro prima opin.allegata. Vide Bart.in d.l.Infamem. ver.Quæro, vtrum Panor.& Andr.Barb.hic.

¶Pro intellectu glo.in verbo, Legiti-
61 ma, dic, illos † teſtes dici omni exceptione maiores, qui nulla exceptione repelli poſſunt,hoc eſt, quibus nullum delictum,nec alia exceptio poteſt obiici,ſecundum glo.notab.in.§.Item verborum.in verb.Idonei.Inſtit.de inutil. ſtipul.& eſt glo.in c.j.in verb.Maiores. infr.de conſang.& affinit.

Idem Alex.III.

CAEterùm quia in eos, quos ab Eccleſia ſua conſtat poſſeſsiones tenere in feudum, occaſione ipſarũ excõmunicationis ſeu interdicti ſentẽtia promulgatur: Nos id diſtrictiùs inhibemus, quãdiu parati fuerint ſuper his in tua præſentia iuſtitiã exhibere.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Cognitio de feudo ad dominum feudi, non ordinarium,ſpectat.*

2 *Dominus feudi habet iuriſdictionem ordinariam à lege ſibi conceſſam.*

3 *Prælatus & ordinarius quilibet, de feudo alieno iudicare non debet, exceptis duobus caſibus.*
4 *Iuſtitiam denegans, iuriſdictionem à ſe repellit.*
5 *Negligenti feudi domino terminus, infra quem iuſtitiam adminiſtret, ab Ordinario præfigi poteſt.*
6 *Ordinarii ſententia ſuper feudo lata, an ſit nulla.*
7 *Inuito domino feudi iuriſdictionem alterius vaſallus non prorogat.*
8 *Vaſallo litigante coram ordinarii ſuper feudo, ſciente nec contradicente domino feudi, an Ordinarii ſententia valeat.*
9 *In dubio ſemper pro actu aliquo, iudiciali præcipuè, fit interpretatio, vt actus potius valeat quàm pereat.*
10 *Iudicare eſt honor, licet interdum etiam ſit onus.*
11 *Tacito conſenſu iuriſdictio prorogatur.*
12 *Sciens Procuratorem ſuum cauſam ipſi non commmiſſam agere, ſibi præiudicat.*
13 *Ob negligentiam domini, ad quem cognitio cauſæ feudis deuoluatur.*
14 *Res qualibet facilè ad ſuam naturam & originem reuertitur.*
15 *Actori, vbi dominus feudi iuſtitiam miniſtrare negligit duo competunt remedia.*
16 *Vaſalli coram domino feudi litigare nolentis pœna.*
17 *Cauſa poſſeſſoria feudi coram quo Iudice agitanda.*
18 *Cauſa poſſeſſoria feudi propriè non dicitur cauſa feudalis.*
19 *Domino ſpoliante vaſallum, an interdictũ vnde vi, vel actio in factum locum habeat, remiſſiuè.*
20 *Controuerſia de feudo inter dominum feudi & vaſallum exiſtente, cuius ſit cognitio.*
21 *Nemo in propria cauſa Iudex eſſe debet.*
22 *Pares curiæ qui ſint, & vnde ſic dicti.*
23 *Pares curiæ per quos eligendi.*
24 *Paribus curiæ deficientibus, ad quem feudi cognitio ſpectet.*
25 *Propter defectum parium curiæ res & iuriſdictio ad ſuum principium, hoc eſt, ordinarium redit.*
26 *Arbitri nec iuriſdi. nec cognitionem, ſed ſimplicem tantum notionem habent.*
27 *Pares curiæ iudiciarium proceſſum ſeu ordinem obſeruare debent.*
28 *Contentione inter duos vaſallos orta ſuper re feudali, vel non feudali quis ſit Iudex.*
29 *Lite inter dominum feudi & vaſallum, & tertium quendam exiſtente, ad quem ſpectet cognitio.*
30 *Caſus omiſſus in iure feudorum, iure communi decidendus.*
31 *Controuerſiam inter vaſallum, & non vaſallum quis iudicet.*

VASALLVS PARATUS coram domino reſpondere, coram alio ſuper feudo conueniri non debet, ſecundum Io. de Imo. Vel ſic: Cognitio feudi inter vaſallos ſpectet ad dominum feudi, ſecũdum Panor. Vel ſic: Vaſallus corã domino feudi conueniendos, etiã ſi dominus feudi ſit eccleſiaſtica perſona, dũmodo Actor poſsit ibi iuſtitiã cõſequi: aliàs loci ordinarius poterit adiri: & ſecundum hoc eſt caſus not. ſecundum Panormi.

¶ Caſus. Quidam vaſallus ſuper poſſeſ. feudi ſui cõueniebatur corã ordinario loci, hoc eſt corã, Epo, & cõuẽtus obiicit excep. declinato. fori, q. ſ. Epiſcopus non eſſet competẽs Iudex iſtius cauſæ, ſed dñs feudi: nec voluit rñdere. Ordinarius aũt hac exceptiõe nõ obſtante, proceſsit contra ipſum

tan

tanquã cõtra cõtra cõtumacẽ, & tulit
in ipſum ſententiã excõicationis, ſiue
interdicti.Quærebaĩ primò, vtrũ va-
ſallus teneretur coram ordinario loci,
qui non erat dominus feudi, ſuper feu
do reſpondere.Secundò, vtrũ ordina-
rius loci, Et ſic Epiſcopus nihilominᵘ
cõtra ipſum potuerit ferre ſententiã
excõicationis.Tertiò, vtrũ illa ſenten
tia valeat. Quod autem ad primam
q.attinet, decidit tex.noſter hic, ꝙ cau
1 ſæ † feudalis cognitio non ad ordina-
rium, ſed ad dominum feudi pertineat
ideoque debebat reus ſuper feudo co-
ram domino feudi conueniri. Et eſt
2 ratio, † quia dominus feudi, reſpectu
cauſæ cõcernentis, feudum, habet iu-
riſdi.ordinariam à lege, per text.in.c.
Imperialem.§.Si inter, de prohi.feu.
alie.per Fed.igitur ordinarius nõ de-
bebat ſe intromittere.
3 ¶ Secũda.q.quoque eſt plana.Nã † ec-
cſiaſti, prælati ſe intromittere nõ debẽt
vt iudicent de feudo aliorum.c. No-
uit.j.eo.c.Verum.j.de fo.compe. Igiẽ
quoque epiſcopᵘ loci nõ debebat ferre
ſententiã in cauſa aliena.Idẽ iuris eſt
in quolibet ordinario, hoc tamẽ fallit.
Primũ, quando vaſallus nõ vult corã
domino feudi reſpondere, nec iuſtitiã
exhibere, tũc poteſt ſe intromittere or
dinarius, per tex.hic in fin.ſumpto ar.
à contrario ſenſu.Secundò, ſi dominus
feudi nõ facit iuſtitiã Actori in cauſa
feudi, tunc quoque cognoſcit ordina-
4 rius.Iuriſdictionem † enim à ſe excu
tit is, qui denegat iuſtitiã exhibere.c.
Licet.&.c.ex tenore.j.de for.comp.Ita
colligit Bald.hic, & Io.de Imo.in.iiij.
nota.& dicit Panor.eſſe notab.limita-
tiones ad.d.c.Imperialẽ, & addit, do-
minus feudi fuerit negligens, ꝙ tunc
5 † ordinarius loci poſsit ei præfigere
terminum, intra quem iuſtitiam admi
niſtret: ꝙ ſi non fecerit, tunc eſſe iuriſ
dictionẽ deuolutam ad ordinarium.
Arg.c.irrefragabili.§.exceſſus.ſ.de of-
fi.ordi.& not.in.c.ex parte Aſtenſis.j.
de conceſ.præbend.Sed de hoc infrà
dicemus.
¶ Tertia.q.quoque eſt manifeſta, ſcili
cet, ſi dominus feudi nõ eſt negligẽs,
6 & ordinarius † fert ſententiam in cau-
ſa feudi, ſententia nulla eſt.Ita deci-
dit Hoſt.per tex.hic, in verb.Inhibe-
mus, & remittit ſe ad not.in.d.c.Licet.
j.de fo.compe.Panor.tamẽ in hoc di-
ſtinguit hic. Aut ſentẽtia excõicatio-
nis lata eſt in inuitũ, & nolentẽ corã
ordinario litigare: & hoc caſu appro-
bat opin.Hoſt.quiã talis ſentẽtia repe
ritur lata cõtra iuris prohibitionẽ, vt
in verbo, Inhibemus.Ergo nulla.l.Nõ
dubiũ.C.de.ll.c.At ſi clerici.ſ.eo. cum
inſi.ſimilib.
¶ Aut vaſallus volens litigat coram
Ordinario, & dic: Aut dñs ſciuit, aut
ignorauit.Si ignorauit dominus vaſal
lum litigare ſuper feudo. coram ordi-
nario, & non valet ſententia.Quia va
7 ſallus † nõ põt in cauſa feudi dño inui
to vel nõ conſentiẽte prorogare iuriſ-
dictionem alterius, ſecundũ Bar.in.l.
j.ff.de iudi.& in.l.j.§.Et poſt.ff.de no.
oper.nun.& glo.in.d.c.Imperialem.§.
Præterea, in verbo, Duos, in fi.cum ibi
no.per Doct.& fa.ad hoc q̃ no.in.c.Si-
gnificaſti.j.de fo.compe.Si autem dñs
ſciuit vaſallum coram ordinario liti-
gare, & diſtingue ſecundum Panor.
¶ Aut dominus contradixit, & certum
eſt ꝙ non valeat ſententia, tanquam à
Iudice non ſuo lata, vt.C.per tot.Si à
non compet.iudic.&.d.c. At ſi Clerici.

Quòd aũt ſit incõpetens Iudex, patet inde, ꝙ vaſallus ſine domini cõſenſu non poteſt alicuius iuriſdict. in cauſa feudali prorogare per iura.ſ.allegat. & prædictæ diſtin. non habent dubium.

¶ Aut dominus ſcit vaſallum litigare
8 † corã ordinario.& nõ cõtradixit, ſed tacuit dubiũ eſt, vtrũ ſentẽtia lata per ordinarium, valeat. Anto.de Bu.tenet, ꝙ non valeat talis ſententia, Nã cum hoc caſu non agatur de commodo: vel incommodo tacentis, non debet tacẽs haberi pro conſentiente Et fac.ad hoc quod ſupra dictum eſt, ꝙ tantũ in duobus caſibus ordinarius procedere põt, ſcilicet ſi reus, vel dominus denegant iuſtitiam. Ergo extra illos caſus non valet ordinarii ſententia. Præterea facit ad hoc, ꝙ vaſalli, mediante iuramẽto, obligantur dominis ſuis, vt eſt tot. titu.de fo.fidel. Item de noua for.fide. Ergo propter iſtud iuramentũ non poteſt ſe alibi ſubmittere. ſicuti in ſimili diximus de ſcholari, qui habet tres Iudices, vt in Autentica. Habita.C. Ne filius pro patre. & tamen, quum ſe ſcholaris intromittit coram vno reſpondere, non poterit forum declinare, ſicuti copioſè not. hic Andr. Barba.

¶ Hoc refert, quæ dicit Inn.in.c.In Geneſi, in verbo, collatio.ſ.de elec. Vbi diſputat de conſenſu tacito & expreſſo.& text.in.l.filiusfa. §. Inuitus, cum ibi not.ff.de procura.

¶ Cõtraria opi.eſt ꝙ ſentẽtia Ordinarii ſuper feudo, ſi dominus ſcit & non contradicit, valeat fauore iudiciorum.
9 Nam in dubio † ſemper fit interpretatio. vt actus, præſertim, iudicialis, magis valeat, quã pereat, vt ſit finis litiũ. c.finẽ litibus.& c.ſi.j̃.de dolo & cõtu.l. Quidã exiſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.l. Quoties, la.ij.ff.de ver.ob.gl.in.c.Delictum.j̃.de reg.iur.in.vj.

¶ Secundò facit, ꝙ in tali caſu nõ tractatur de graui præiudicio domini. Nã
10 & ſi † iudicare ſit honor.l.ſi.C.Quãdo prou.non eſt nec.Vt debitur, & in gl. ibi, in verbo, Si dicat.j̃.de app. Tamen quoque onus eſt, vt colligitur eſt text. c.Paſtoralis, in prin.in verbo, Exonerare, iunc.gl.ibi.ſ.de offic.dele.l.ſi.§.Iudicandi.ff.de mune.& hon.& eſt gl.in c.Si contra vnũ, in verbo. Probari.j̃. de off.dele.in.vj. Ergo vt dominꝰ hoc onus iudicandi euitet, ſatis põt dici p̃ſumi tacitum conſenſum.

¶ Tertiò facit pro hac opin. Nã ſicuti
11 ex parte † prorogantis ſufficit tacitus cõſenſus, ſecũdũ Inn.in.c.ad petitionẽ. j̃.de accu.& uo.in.d,l.j.ff.de iud. Ergo idẽ facit tacitus conſenſus ſuperioris habentis cõſentire per ea, quę no.in.c. Nonne.j̃.de præſum.& in.c. Significaſti.j̃.de fo.com. Et hanc opi.tenet Bal. in.c. vnico.ver.Quæro qñ iuriſdictio, de inue.in mar.facta.& in.d.c.Imperialem.§.ſi.ver.Quero, an vaſalli de prohi.feu.alie.per Fed.

¶ Sed pro concordandis iſtis duabus opinio. hoc modo diſtingue, ſecũdum Andr.de Iſer.in.d.§.Præterea ſi inter duos.ver.Vel diſtingue. Aut dominus ſciens vaſallum ſuum ſuper feudo litigare coram ordinario, nõ potuit prohibere, & dic. Aut impedimẽtum prohibitionis eſt ex perſona ipſius domini feudi, vt puta ꝙ erat in vinculis, vel abſens cauſa Reipu.vel ſimili cauſa, & ſuccurritur ei ex edicto prætoris, de quo in.l.j.ff.ex quib.cau maio.

¶ Aut impedimentum prohibitionis

erat

etat circa perſonam ordinarii cogno-
ſcentis,quia ſcilicet permittere noluit
ſibi denunciari : vel prohiberi ,& pro
denunciato & prohibito habetur, ita
ꝙ non valeat ſententia.l.Si ideo, in fi.
ff.de euic.Et in his duobus caſibus po-
teſt intelligi.j.opin.

¶ Aut dominus ſciens vaſallum litiga
re coram ordinario,potuit prohibere,
& tamé non prohibuit,& valet ſenté-
tia ordinarii.l.Sępe.§.Scienti. ff.de re
iudic.Sicut in ſimili dicitur in eo ,qui
12 † ſcit procuratoré ſuum cauſam ,quá
ei non commiſit,agere,ſibi præiudicat
quia contradicere debet per ea , quæ
habentur & not.in.c.Cum olim.el.j.ſ.
de offi.deleg.Et hanc diſtin.approbat
Aluaro.in.d.§ Præterea inter duos ,&
Panormi.hic,quæ etiam videtur iure
fundata.

¶ Glo.in verbo,Quãdiu, tractat.q. ad
qué ſpectet cognitio in cauſa feudali,
& diuiditur principaliter in tres par-
tes.In prima tractat ,cuius ſit cognitio
ſi duo vaſalli litigant ſuper feudo. In
ſecunda.quæ eſt ibi,ſed nota,tractat ſi
inter dominum & vaſallum eſt conté
tio,cuius ſit cognitio.In tertia,quæ eſt
ibi, ſi verò tractat,ſi vaſallus cum non
vaſallo litigat ſuper feudo , cuius ſit
cognitio.

¶ Prima pars ſubdiuiditur,ſecũdũ Pa.
in tres partes.Secũda eſt,ibi.& ſi alter
Tertia ibi,ſed in iudicio.

¶ Prima particula huius primæ partis
glo.non habet dubium. De hoc tamé
dubiũ eſt ,cũ glo.inter cætera cõclu-
dat,ſi dominus feudi fuerit negligens,
ꝙ iuriſdictio deuoluatur ad alium : &
tamen non exprimit quis ſit ille alius,
ad quem deuoluatur, propter domini
negligentiam.Et videtur ꝙ in hac.q.
ſint duæ opiniones,quæ habétur in gl.
d.c.Imperialem §.præterea.

¶ Prima eſt,ꝙ dominus feudi compel
li debeat per ſuperiorem , vt admini-
ſtret iuſtitiam.Et pro hac opi.facit pri
mò in ſimili tex.in.l.iij.§. Tametſi.ff.
de arbit.Vbi idem diſponitur de arbi-
tro negligente. Secundò eſt clari iu-
ris,ꝙ quilibet magiſtratus, qui ſemel
munus aſſumpſit,cogi poſsit ,vt ſuum
officium faciat.l. Si quis magiſtratus.
ff.de mun.& ho.§.Nos igitur.ver. Inte
rim.&.§.Si qua in Auté.de defen.ciui.
colla.iij.l.Nullus.la.j.C.de decu.li.x.
Et hanc opinio.tenet Iac.de Bel.in.d.
§. Præterea.

¶ Alia opinio eſt, ꝙ Actor domino
13 † feudi negligente, poterit reũ ſuper
feudo cõuenire corã Iudice ordinario
hoc eſt corã illo ,in cuiꝰ territorio res
feudalis ſita eſt.Et pro hac opi.fa.tex.
in.c.Ex tranſmiſſa.& quæ ibi not.&.c.
Licet,infra de foro competen.& text.
in.d.c.Irrefragabili. §. Exceſſus.ſ. de
offi.ord.Et habet hæc opi.bonã ratio-
14 nem ,quia Reg.habemus, † ꝙ res de
facili ad ſuam naturã & principiũ re-
uertitur.c.Ab exordia,cũ ſimili.xxxv.
diſt.Quum ergo feudum plerunque
perueniat ab ordinario,vtique iuriſdi
ctio eo negligente eo reuertitur. Et
hanc opi.tenent Ioã.de Imo.& Panor.
in.iiij.notab.& Fel.hic.Pan.in.c. Licet
ex ſuſcepto.ver. Excipit.ſ.de fo.com-
ro comp.& videtur tenere gl.hic,dum
dicit.Transferat a d aliũ.Idé videtur
ſentire glo.in.d.c.Imperialem.§.Præ-
terea &c.

¶ Tu autem dic breuib.In hac.q.non
eſſe duas contrarias opinio. ſed quòd
vtraque vera ſit , & quod ſint duo
remedia , circa quæ Actor habet ele-

ctionem,vt ſcilicet,ſi velit.petat ſupe-
riorem,vt dominus feudi cogatur ad-
miniſtrare iuſtitiam.Aut ſi malit, acce
15 dat ordinarium ipſius Rei. † Et quòd
ſint duo remedia competentia in caſu
negligentiæ tenent expreſſe Aluaro.&
Andr.de Iſer.in d.c.Imperialem.§.Prę
terea,& colligitur ex glo.ibi,dum dicit
vel etiam poterit Actor conuenire co-
ram Iudice Rei.Quia cùm gl.primum
remediũ de cogendo recenſuit,& poſt-
ea aliud recenſet, per dictionem vtiq;
ſignificat Actori vtrunq; competere.
Et idem in effectu ſentit hic And. Bar
ba.quod etiam tenendum eſt, quia tu-
tiſsimum & vtrunq; ſeruari poteſt. Et
tantum de prima particula primæ par
tis glo.principalis.
¶ Secunda particula gloſſ. diſponit de
contumacia † vaſalli punienda quando
coram domino feudi ſuper feudo liti-
gare non vult, nec tamē exprimit qua
pœna puniri debeat. Tu dic, ſi ſimpli-
citeŕ recuſat,nec vult coram eo ſuper
feudo litigare, quod propterea poſsit
priuari feudo,per tex.in c.vnico.§.Por
ro.ver.Illud tamen non lateat cum ibi
no.per glo.Bal.Andr.de Iſer. & Alua-
ro.in vſibus feud. quæ ſit prima cauſa
beneſ.amitt.& in eo lib.in c. vnico, &
quæ ibi not.per glo. & dd. de mil. va-
ſall. qui contu. eſt. Et idem in effectu
decidit Panor.hic.
¶ Tertia particula gloſ. habet q. Si de
feudo non agitur ſuper proprietate,
ſed tantum iudicio poſſeſſorio, hoc eſt
quòd quis intentat interdictũ. Vti poſ
17 ſidetis,vel. Vnde vi † ad quē pertineat
cognitio.Et reſpondet, quod ad Ordi-
narium,allegat ad hoc c.Ex parte infr.
de fo.comp. An autem hæc deciſio prō
betur in d.c.Ex parte,dubium eſt,quia
Inno.ibid.& Fel.hic in vlti. limitatio-
ne ſecundæ Reg.de prorogatione, di-
cunt, quòd d.c.Ex parte,loquatur, quā
do feudum habens eſt miſerabilis per-
ſona & ſic quod ibi cognitio feudi per-
tineat ad Ordinariũ, nō ratione ipſius
iudicii poſſeſſorii, ſed ratione perſo-
næ miſerabilis, ſic quod cauſa poſſeſ-
ſoria in feudo quoq; pertineat ad do-
minum feudi.
¶ Econtra autem Panorm.hic ver.vlti-
mo in tertia &c.& Hoſt.in ſumma ſua
§.fi,de feud.& Ioā. de Imo. hic tenent,
quod pertineat ad Ordinariũ. Et Bal.
in d.cap.Imperialem.§.Præterea,dicit
idem cum illa tamen limitatione, vt
quis ſimpliciter intentet interdictum
retinendæ vel recuperandæ, & quod
non obſit etiamſi ipſius feudi fiat men
tio enunciatiuè. Idem in effectu ſentit
hic Felin. verſ. In iudicio poſſeſſo. Et
18 quod cauſa † poſſeſſoria feudi propriè
non dicatur cauſa feudalis, probat Io.
de Imo.in ſimili.Quia poſſeſſoria ſpi-
ritualis propriè quoq; non dicitur ſpi
ritualis cauſa quum in ea iuretur de
calumnia,quod alioqui in merè ſpiri-
tualibus non habet locum.c. Literas.§.
Propterea,infr.de reſti.ſpolia.c.literas
iunct.glo.ibi in verbo,Rebus verſi. Et
nota.j.de iura.calum. Et de hoc latius
infrà dicemus in d.c.Ex parte. Nec ta-
men obſtat intellectus Inno.& Feli.de
d.c.Ex parte.Quia tex.ibi expreſſe ha
bet quod pars aduerſa obiecit except.
& tamen decidit text. quod hæc exce-
ptio tantum locum habeat in petito-
rio,non autem in poſſeſſorio. Inno.hic
diſtinguit inter Clericum & laicum &
immiſcet materiam ſacrilegii, tu ipſe
vide eius diſtinct. Similiter an locum
19 habeat interdictum. Vnde vi † quando
de

dominus ſpoliauit vaſallum, vel an detur Actio in factum propter reuerentiam, tu vide dd. hic, & præſertim Feli. & Panor.

¶ Secunda pars principalis gloſ. habet materiam, ſi inter dominum feudi &
20 vaſallum lis eſt eſt† cuius ſit cognitio & decidit quod per pares curię fieri debeat, concord. tex. in c. vnico. An apud iud. vel cu. & d. c. Imperialem. §. Præ-
21 terea. Et eſt ratio, quod dominus† non poteſt eſſe Iudex in propria cauſa, vt C. per tot. Ne quis in propr. cauſ. iudi. Dicuntur autem pares curiæ vaſalli
22 eiuſdem domini. d. §. Præterea† Et habent nomen inde, quòd habere debent conſimilia feuda. Vt ſi Comes contendit cum domino, pares curiæ cognoſcētes Comites eſſe debent: & ſic de ſimilibus, ſecundum Panor. hic ver. Qui autem, & Io. de Imo. Inno. & Hoſt. dicunt ideo dici pares quia ſint à paribus pariter eligendi. Sed vtrunq; poteſt habere locum, licet primum magis quadret ad d. §. Pręterea. Idem dicit Io. de Imo. hic. An autem omnes pares ſimul iudicent, ſi plurimi fuerint, eſt communis concluſio dd. nullo diſcrepante, quod non, ſed tantum eligantur quidam, qui
23 iudicent. De hoc autem† dubitatur, ad quē pertineat hæc electio, ad ipſas partes litigantes, hoc eſt, quod dominus & vaſallus eligant, & hanc opini. tenet Bal. hic per tex. in c. Si clericus aduerſus clericum. §. Vel certè. xj. q. j. & glo. in d. §. Præterea. & Alua. ibi. Alii dicūt quòd ipſi pares inter ſe eligāt quot voluerint, quia ipſorum eſt iuriſdictio. Cùm enim à lege hæc iuriſdictio eis data ſit, poſſunt eam ſi volunt, demandare per tex. in l. Et quia. ff. de iuriſdi. om. iud. & ff. per tot. de eo, cui manda. eſt iuriſd. allegant quoq; c. Paſtoralis. §. Ad quod. ſ. de reſcrip. & hæc opin. videtur placere Inno. & Panor. hic Sed prima opi. verior per text. in c. vnico, de controuer. feu. apud par. termi.

¶ Si autem dominus non habuerit va-
24 ſallos, & † ſic pares curiæ non extiterint, qui poſſint iudicare & in hoc quoque ſunt opiniones. Quidam enim dicunt, quòd hoc caſu communi conſenſu eligi debeant arbitri ad ſimilitudinem Iudicis ſuſpecti. c. Cum ſpeciali, infr. de appella. & c. Legitima. ĵ. de appella. in. vj. Et in hac opi. ſunt Inno. & Bal. hic. Alia opin. eſt Hoſt. qui diſtinguit in hoc. Aut dominus eſt Actor cō tra vaſallum ſuum, & tum eligantur arbitri, vt iam dictum eſt. Aut vaſallus eſt Actor, dominus verò Reus, & tunc non eliguntur arbitri, ſed cauſa immediatè pertinet ad Ordinarium d. c. Si clericus ver. Et ſi Clericus. xj. q. j.

¶ Tertia op. eſt glo. in d. c. Imperialem §. Præterea ſi inter. Quæ habet quòd
25 deficientibus† paribus curiæ, cognitio indiſtinctè pertineat ad Ordinarium. Nam quum modus à lege introductus ſcilicet de cognitione partium, ſeruari non poſſit, propter ipſorum defectum, vtiq; res & iuriſdictio ad ſui principiū, hoc eſt, ad ordinarium redire debet d. c. Ab exordio. xxxv. diſt. Præterea hæc iuriſdictio parium tanquam extraordinaria & ſuperinducta iuriſdictioni ordinariæ præiudicās eſt reſtringēda, & non amplianda. ſecundum gl. in c. fi. in verbo, Nolumus. ĵ. de offi. ordi. Et hāc opi. ſequitur Panor. hic & And. de Iſer. in d. §. Præterea, ver. In ſecundo dicto. quæ etiam eſt verior, quia diſputàmus hic de iuriſdictione & conuentione.
26 † Arbitri autem neq; iuriſdictionem,

c 5 neque

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

neq; cognitionem habent, ſed ſimplicem notionem, & iura pro prima opi. allegata loquuntur de arbitris. Item, qui tantum ſuper cauſis ſuſpectis cognoſcunt,& non ſuper negotia principali. Poſſent tamen partes, ſi vellent, compromittere, ſicut in aliis cauſis ad
27 ordinarium pertinétibus.† Seruabunt iſti pares in proceſſu ordinem iudiciarium,quia ſunt Iudices ordinarii,& habent iuriſdictionem à cõſuetudine feudorum per iura ſuprà allega. Ita colligunt dd.hic & in d.§. Præterea ſi inter. In quo loco autem iudicent ipſi pares vide glo.& ibi Feudiſt.in d. §. Præterea,de prohib.feu.alie.per Fred.

¶ Tertiapars gl.eſt facilis,nec opus habet explicatione multa.

¶ Pro intellectu autem totius materię tangentis quæſtionem de cognitione in cauſa feudali,tu poſt Io. de Imo. & Panor.hic & Iaco.de Belui.in c. vnico de inueſt. in mari. fact. hoc modo diſtingue. Aut contentio eſt inter duos vaſallos. Aut eſt contentio inter dominum & vaſallum. Aut eſt contentio inter vaſallum & non vaſallum.
28 ¶ Primò dicunt:† Aut eſt contentio inter duos, qui ſunt propriè Capitanei, vt Duces, Marchiones,& Comites, & tunc hæc quæſtio coram Imperatore vel Rege tractabitur.c.vnico in princ. apud quem vel quos conten.feud. ſi.c. vnico,in prin.de l.Corra. Idem dicendum eſt de aliis qui immediatè habent feudum ab imperatore vel Rege. Aut eſt quæſtio inter alios vaſallos.Et dic. Aut controuerſia inter ipſos non tangit feudum,nec naturam feudi, ſed fortè eſt ſuper iniuriis in feudo illatis,vel ſuper alia q.ex contractu, vel delicto orta,Et dic: Aut dominus feudi præter ius feudi habet quoq; iuriſdictionem in illo diſtrictu & territorio,& ſic eſt ordinarius, & pertinet cauſa ad ipſum, ratione iuriſdictionis ordinariæ, Arg.c.Romana.§.debet iunct.gl.infra. de appella.in.vj. Aut non habet aliam iuriſdictionem, niſi reſpectu feudi, & pertinebit ad ipſum talis cauſa, ſed ad ordinarium, quia iuriſdictio ipſius non extenditur vltra res feudales, vt hic in tex.in verbo. Occaſione ipſarũ. Aut eſt q. feudalis, ſeu tangens naturam feudi,& dic. Aut illi vaſalli recognoſcunt vnum dominum,& dic: Aut conſtat vtrunque vaſallum eſſe illius domini,etiam in aliis rebus, quàm de quibus contenditur, & dominus ſine dubio eſt Iudex.d.c.Imperialem.§.Prę terea.Aut conſtat vnum tantum ex vaſallis litigantibus habere aliud feudũ à domino,quàm de quo contenditur,& alter nihil ab ipſo prætendit ſe habere,quàm id de quo controuerſia eſt, & pares curię iudicabũt.c.Vnico,in prin. ibi cæteræ verò cauſæ de l.Corra.

¶ Aut neuter ipſorum prætendit aliud feudum ab illo domino,niſi de quo cõtenditur,ſe habere. Et dic.

¶ Aut vterque dicit feudum eſſe ſuum proprium & ſibi à domino conceſſum & ſic feudum nouum & cognitio pertinebit ad Ordinarium, vel ad arbitros. d.c.Vnico.§. Si autem,de l.Corra. Aut vnus dicit eſſe nouum, alter verò paternum ſeu antiquum,& quoq; pertinet cognitio ad Ordinarium, vel ad arbitros.cap.Vnico: de inueſti. in ma. fact.& hoc de iure antiquo, ſed hodie in hoc caſu, ſecundum Ioan. de Imol. hic cognoſcunt pares curiæ per tex. in c.Vnico.An apud iudi. vel co. Ver. Et reſponſum ſcio.Aut vterque dicit feudum

dum eſſe antiquum ſuorum progenitorum,& cognitio pertinet ad dominum & curiam.d.c.Vnico de inueſti. in ma. facta.Et tantum de eo, ſi vaſalli recognoſcunt eundem dominum.

¶ Aut prætendunt diuerſos inueſtitores & dominos, & cognitio pertinet ad Ordinarium vel arbitros. d. c. Vnico. §.Si autem, in verb. Siue diuerſos, de l.Corra. Et tantum de primo membro principali, quando ſcilicet eſt contentio inter duos vaſallos.

¶ Secundo caſu principali, quando ſcilicet eſt contentio cum domino feudi.

29 Et dic. Aut contentio† eſt inter dominum vel tertium quendam, qui nõ eſt vaſallus vt puta, quòd quis dicit dominum ſibi obligatum eſſe ad infeudandum, vel vendendum, vel quid ſimile, tunc ordinarius Rei iudicabit. Quia lex dat paribus curiæ in hoc caſu tantum iuriſdictio. quando lis eſt inter dominum & vaſallum ſuum.d.§.Præter-
30 ea. Et hic† caſus eſt omiſſus in Iure feudorum. Ergo manet ſub diſpoſitione iuris communis, Arg.c.ſuſceptum, infra de re reſcrip.in.vj.

¶ Aut cõtentio eſt inter dominum & vaſallum ſuum,& dic. Aut contenditur ſuper re vel iniuriis feudum non tangentibus,& cognitio eſt Ordinarii: quia is caſus quoq; eſt in iure omiſſus, manet ergo in diſpoſitione iuris communis.d.c. Suſceptum.l. Præcipimus, in fi.C.de appel.

¶ Aut q.eſt feudalis quoquo modo naturam feudi tangens, vt quòd agitur ad priuationem ad ſeruitia, vel quid ſimile.Et dic.

¶ Aut dominus habet alios vaſallos qui paria feuda habent cum vaſallo, qui litigat cum domino, & ad ipſos pertinet cognitio d.§.Præterea, cum ſimilibus, nec altera parte inuita deuoluitur hæc cognitio ad alium, cùm ſit beneficium à Iure indultum, vt d.§.Præterea, quod non eſt auferendum.cap.Indultum,de reg.iur.in.vj.

¶ Aut dominus non habet alios vaſallos, nec pares curiæ,& ſpectat cognitio ad Ordinarium, ſecundum glo. in d.§. Præterea, in verb. Per pares: & eſt ſu-
31 pra explicatum. Aut eſt† contentio inter vaſallum,& tertium, de quo conſtat, quòd vaſallus non ſit illius domini,& Ordinarius eſt Iudex, per glo. hic in.iij.parte, quæ eſt approbata per dd. hic & eſt glo.in d.§.Præterea, in verbo Terminentur, de prohib. feu. alie. per Frid. Et is caſus quoq; omiſſus in vſi. feudorum, remanet in diſpoſitione iuris communis d.c.Suſceptum d.l.Præcipimus. Reliquas qq. quæ per dd. motæ ſunt, tu ipſe vide.

Idem Alex. III. Exonen. Epiſcopo, & Capitulo Londonen.

Dilecti filii, Prior & Clerici de Guiſeburnen. cõtra Eboracenen. Archiepiſcopum ap.ſe.leg. grauem querimoniam tranſmiſerunt, & infrà. Prouideatis attentius, ne ita ſubtiliter, ſicut à multis fieri ſolet cuiuſmodi actio intentetur, inquiratis, ſed ſimpliciter & purè factum ipſum & rei veritatem, ſecundũ formã

Cano

Canonum,& ſanctorum Patrum inſtituta inueſtigare cũ retis.

SVMMA CAPITA.

1 Duplex huius.c.intellectus.
2 Iure Cano.cauſæ ad æquitatem iuriſgentiũ
3 redactæ ſunt.
Nudum pactum parit actionem, ſecundum ius Cano.Secus iure Ciuili.
4 Coram duob.teſtib.& Parocho conditum teſtamentum,iure Cano.valet.
5 Includendo ius Cano.excluditur ius Ciuile, aliud diſponens.
6 Cauſæ tamen Canonicæ ſecundum ius Ciuil.dijudicandæ,niſi aliter iure, Cano. cautum ſit.
7 Vſus actionum iure Cano.non eſt ſublatus.
8 Teſtamentum coram duobus teſtibus,& in præſentia Parochi conditum,valet quidem, etiam in terris Imperij, quo ad pias cauſas.
9 Libellus ſuſtentari debet,quantum eſt poſſibile.
10 Iudex ſecundum acta & probata iudicare & pronunciare debet.
11 Secus in notorio,vbi Iudex ſecũdum id, quod ſibi notoriè conſtat,iudicare poteſt.
12 Vis & ſignificatio dictionum,Purè & ſimpliciter.
13 Subſtantialibus iudiciarij proceſſus per partes renunciari non poteſt.
14 Subtilitas in Iure,quãdo approbãda,necne.
15 Subtilitas eſt triplex.
16 Craſſiores ſententiæ ſimplicitatis prætextu non amplectendæ.
17 Subtiles cauſæ ſubtilibus Aduocatis cõmittẽdæ.
18 Calumnias calumnijs,& quibuslibet fallacijs confutare & eludere licitum eſt.
19 Actionis nomen an ſit exprimendum.
20 Cauſa actionis in perſonali actione imprimis exprimenda.
21 Actio tripliciter in Iure capitur.
22 Factum,ex quo ius agendi reſultet, neceſſariò exponendum,& dilucidè deducendum.
23 Clauſula Libelli:Peto mihi ius & iuſtitiã miniſtrari,ſuſtentat libellũ aliàs inualidum.
24 Cõtra Emphyteutã,Canonẽ infra biẽnium, vel triẽniũ non ſoluentẽ,duæ cõpetũt actiões.
25 Sufficit libellũ habere formalẽ concluſionẽ.
26 Generalis libellus per Iudicem non facilè admittendus.
27 Generalis libellus poſtquã à Reo acceptatus eſt,valet,& ex eo ſequi poteſt condemnatio.

SVFFICIT Actori factum proponere,nec cogitur nomen actionis exprimere,h.d. ſecũdum.Ioãnẽ;Imo.Vel ſic ſecundum Bal,Sufficit Actori factum cum concluſione proponere,& rei veritatem intentare:nec cogitur Actor in libello nomen actionis exprimere.Vel ſic,& clarius:Exprimere nomen actionis in libello quis non tenetur.Debet enim ita clarè factum deducere,vt ex eo colligi poſſit ius agendi.h.d.ſecundum Feli.Panor.& Andræ.Barb.hic.

¶ Habet autem hoc.c.duos intellectus.
1 †Primus eſt Ant.de But.qui intelligit, ꝙ de iure Cano.& ſic ſecũdũ diſpoſitionẽ.c.noſtri vſus actionis omnino non ſit neceſſarius,ſed quòd ſufficit aliquã ſubeſſe æquitatem iuris agendi qualẽ
2 cunque.Quia†de iure Cano. cauſæ redactæ ſunt ad æquitatem Iuris gent. quæ erat antequã ius Ciuile eſſet conditum,qua etiã ſola æquitate naturali agebãt,& factũ ſimpliciter proponebatur,iuſtitiaq; manu regia adminiſtrabat.l.ij.cũ ſimilibus.ff.de orig.iu.Et facit pro hoc intellectu,ꝙ de iure Ciuili ex nudo pacto quis nõ agit.l.Iuris gẽtium

tium.§.Quinimo.ff.de pact.

3 ¶ De iure Cano.†autem eſt efficax in de ad petendum actio.c.j.cũ ibi not.ſupra de pact. Ergo de iure Cano.nõ ſeruatur ius agẽdi,ſed ſimpliciſſ.æquitas. ¶ Secũdò facit pro hoc intellectu,quòd de iure Ciuili teſtamenta nõ valent, niſi ſeptem teſtibus maſculis puberibus adhibitis.l.Hac conſultiſſ.cũ ſimilibus.C.de teſta.Et tñ de iure Cano.

4 tãtũ attenditur ęquitas† in teſtamentis,& valet teſtamẽtũ,in præſentia Parochi & duorũ teſtium factum.c.Cũ eſſes,&c.Relatũ,de teſta.Ergo huiuſmodi ſolennitates,quæ ſunt circa actiones,nõ attenduntur de iure Cano.

¶ Tertiò facit prò iſto intellectu text. noſter hic,dum dicit:Non ita ſubtiliter,ſed ſecundum formã Canonũ &c. Qua diſpoſitione videtur excluſiſſe

5 ius Ciuile,quia†includẽdo ius Cano. excluditur ius Ciuile,aliud diſponẽs, Arg.l.Cũ prætor,in prin. ff.de iud.c. Nonne,infr.de præſump.Addit tamẽ ſi Actor velit exprimere nomen actionis,ꝙ admitteretur de iure Cano.non tamẽ teneretur,nec compelleretur. Et hũc intellectũ Ant.ſequũtur hic Io.de Imo.in.v.no.& And.Barb.in.iiij. not. ¶ Panor.reprobat hic intellectum hũc, & ponit aliũ,quòd ſcilicet de iure Ca. vſus actionis non ſit ſublatus. Et pro

6 hac opin.facit primũm,quòd in†cauſis Cano.diiudicandis à iure Ciuili recedi non debeat niſi quatenus reperiatur expreſſum in Cano.c.j.infr.de no. oper.nun.Sed in iure Cano. nuſquam reperiẽ expreſſum,quòd ab vſu actionum ciuil.ſit receſſum.Nam text. qui ad hoc allegatur,non probat hoc, ſed hoc vult,quòd ſpecificum nomẽ actionis exprimi non debeat in libello. Per hoc autem non tollit vſum actionum. Poteſt autem actio in libello intentari,etiam ſi eius nomen non exprimatur.Exemplum.Poſſum in libello narrare,mihi ex pactis,ſtipulatione, ſiue ex præſcriptione eſſe quæſitum ius eũdi,ambulandi,&c.per fundum vicini. Quibus expreſsis actio cõfeſſoria eſt intentata,non tamen neceſſe eſt exprimi ſpecificè,quòd actio confeſſoria intentata ſit,ſed ſatis eſt factum ita proponere,quòd habeat medium concludendi,& quòd ſequatur ex narratione bona concluſio,hoc eſt,quod text. hic dicit:Simpliciter & purè factũ ipſum, & rei veritatem inueſtigare curetis. Neque etiam meminit text.hic ſubtilitatis iuris Ciuilis.Sed tamen hoc addit,ne ita ſubtiliter,ſicut à multis,ſcilicet Aduocatis,fieri ſolet &c. Et quòd

7 †vſus actionum iur.Cano.requiratur, probatur expreſsè per tex.in.c. Examinata,in fi.infr.eo.& in.c.j.infr. de for. compe.& in.c. cùm ad ſedem.§. Nos prio.in verbo, Interdictum Vnde vi, infr.de reſt.ſpolia. Et hanc approbat Bal.& Feli.in ſumma.Fatetur tamen Panor.quòd quandoq; non data forma litate agendi de iure Ciuil.ex quo ſub eſt ęquitas iuriſgent.poſsit agi de iu. Cano.& in hoc caſu propriè loquitur d.c.j.ſupr.de pact.Nec etiam obſtat.d.

8 c.Cùm eſſes.&.d.c.Relatum.Quia†tãtùm locũ habet in terris Eccleſiæ,& in terris Imperii in teſtamẽtis ad ad pias cauſas,ſecundum communiter.dd.ibi. Et de hoc infra latiùs dicemus,in glo. in verbo,Actio.

¶ No.ſecundum Panor.ex hoc tex.in verbo,Veritatem inueſtigare,quòd Iudex ex officio poteſt ſupplere ea,quæ deſunt libello,modò petitio & concluſio non

9 ſio nõ ſit omnino inepta, Debet†enim
libellus ſubſtentari quantum eſt poſ-
ſibile. De hoc vide quæ no.in.c.j. &.ij.
de libell.obla.& in Clemen, Sæpe, de
verb.ſig. Et in Auten. Offeratur. C. de
litis conteſt.cum ſimilib.& not.Inno.
in.c.j.de offi.iud. Et ex hoc vltrà infer
tur ſecundum Panor.quòd Iudex po-
teſt iudicare ſecũdum id quod ſibi eſt
notum, vt notorium. Tu dic breuibus
circa hoc dictum, quòd quilibet Iudex
10 †debet iudicare ſecundum acta & pro
bata,& ſic ſecundum id, quod ſibi con
ſtat vt iudici,& non vt priuato.c.Iudi
cet.iij.q.vij.l.Illicitas.§.Veritas.ff. de
offi.præſid.cum ibi nota.per.dd. Niſi
11 †quid ſit notorium, tunc poteſt iudica
re ſecundum id, de quo notoriè cõſtat.
l.j.iun.glo.ibi, in verbo, In conſilio,&
quæ ibi no.dd.C.Qui aduerſ.reſtit.nõ
poſ.Bal.in.d.l. Illicitas. Vel niſi ſit cau
ſa finium regundorum.l.Ad officium.
§.fin.ſecundum quæ ibi no.Bald.ff. Fi
nium regund. Alioqui Iudex debet iu
dicare ſecundum acta,& non ſecundũ
conſcientiam. Et hoc verum eſt in Iu-
dicibus inferioribus. Secus in Impera.
& Pontif.vt not.Bar.in.l.j.C. Vt quæ
deſ.aduo.iud.ſuppl.Inſtitutio.i.§.Sed
iſtæ.Inſt.de act. Et vide apoſt.ad Pa-
nor.hic. Et quia non eſt ordinarius lo
cus huic.q.hic nõ tractabimus copioſè.
12 ¶Secũdò no.ex tex.hic, quòd illa†ver
ba in cõmiſsionibus poſita: Purè & ſim
pliciter procedatis &c &c.ex propria
ſignificatione nihil aliud important,
quàm quòd inuolutio & malicia ſit ea
uendi, ſecundum glo.in Clem. Sæpe,
in prin.in verbo, Simpliciter, de verb.
ſig. Ergo per talia verba proceſſus &
ordo iudiciarius non cenſetur prohibi
tus, cùm ad inuentus Et non ad deci-
piendum, ſed potius vt deceptionibus
13 & malicii obuietur. Et hinc eſt, † quòd
ſubſtantialibus huius ordinis partes re
nunciare non poſsint, vt no.in.c.fi.inf.
de ſent.& re iu.in vj.& in.c. De cauſis,
in glo.in verbo, Conſenſu, ſupr.de off.
deleg. Sed circa hoc quæritur, Si verba
cõmiſsionis ita ſonant, procedas iuris
ordine non obſtante, quid hæc verba
importent. Dic breuibus, quòd per ea
verba ſublata ſit ſolennitas iuris Ciui
lis tãtùm,& nõ Iuris gent. Ideo in quo
libet caſu ſufficiunt duo teſtes, etiam
infames,& procedi poteſt die feriata
&c. Quæ autem Iuris gent.ſunt, ſerua
ri debent, vt Citatio, Libelli oblatio
&c.ſecundum Bar.in.l.Filiusf.ff.de do
na.& not.in Clem.Paſtoralis.§. Cæte
rum, de ſen.& re iud.& in.l. Meminе-
rint.C.Vnde vi.& vide hic Panor.&
Andræ.Barba.
¶Glo.in verbo, Subtiliter, allegat iura
concord. Sed contra tex.& glo. oppo-
14 nunt hic.dd. Imo†ſubtilitas nõ eſt im
probanda, ſed amplectenda tam de iu-
re Cano.quàm Ciuili. De iure Cano.
eſt text.in.c.Capellanus, in verbo, Sub
tili ratione. Vbi ſummus Pontifex ſub
ſcribit ſententiæ, quæ nititur ſubtilio
ri ratiõe, licet altera appareat æquior
& ſimplicior. De iure Ciuili eſt text.
in.l.Vnica.C.de profeſſo.qui in vrbe
Conſtantino.lib.xij. Vbi text. requirit
ſubtilitatem in docẽdo. Panor.hic poſt
Vincen.Hoſtien.& Io.And. quos recẽ
ſet, reſpõdet in effectu, hoc mõ: Quòd
15 †ſubtilitas ſit triplex. Quædam enim
tendit ad eliciendam veritatem iuris.
Quædam verò ad eliciendam verita-
tem facti. Quædam verò ad decipien-
dos & circumueniendos homines.
¶primo caſu, quando ſcilicet tendit
ad eli

ad eliciendam veritatem iuris, quod interpretando, docendo, vel conſulendo fit, & tunc ſi hæc ſubtilitas eſt rationabilis, & Iuri conſentanea, non eſt improbanda. Et in hoc caſu loquitur. d. c. Capellanus. & d. l. Vnica. & facit ad hoc. l. Non poſſunt. ff. de. ll. Et hinc eſt quòd Imperator in. l. Cum acutiſsimi. C. de fideicom. ſupra modum commẽdat ingenium Papiniani, & alibi quoque ingenia aliorum: & hęc ſubtilitas,
16 vt diximus, eſt neceſſaria. Nã † groſsiores ſententiæ ſub ſpecie ſimplicitatis nullo modo amplectendæ ſunt. l. fin. & quæ ibi no. C. de hæred. inſt. Per quem
17 text. decidit Bal. quòd † ſubtiles cauſę ſubtilibus Aduocatis & Iudicibus cõmitti debeant: & facit ad hoc. c. Intelligentia, & c. Propterea, infr. de verbo. ſign. Aut illa ſubtilitas circa eruendã veritatem iuris non eſt rationabilis, nec Iuri cõſentanea, ſed verba peruertuntur ita, quòd ſubtilizantes ſe ipſos non intelligant: & hæc ſubtilitas, quæ potius cauillatio eſt, improbari & vitari debet. c. Hinc enim. §. Paruo. ver. Sed ſunt nonnulli, xlix. diſt. l. vnic. in fin. C. Vt acti. ab hær. cõtra hær. Et de hac ſubtilitate loquitur Imp. in. l. fi. §. Cum igitur. C. de. ll.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet ſubtilitas tendit ad eliciendam veritatem facti, vt in probationib. atteſtatio. & inquiſitionib. &c. & quoque non eſt improbanda, ſed diligenter obſeruanda. c. Cum cauſam, & c. Venerandi, cum ſi milib. infr. de teſtib. c. In cauſis, infr. de ſenten. & re iud. Et hac ſubtilitate vſus eſt Daniel pro liberanda Suſanna. Da. xiij.

¶ Tertio caſu, quando ſcilicet ſubtilitas tendit ad decipiendos & circumueniendos homines, cõtra veritatẽ iuris vel facti, & improbatur hæc ſubtilitas ſiue fiat in iudicio, ſiue extra. Et de hac ſubtilitate loquitur tex. cum iurib. cõcor. in glo. hic alleg. & eſt opt. tex. in. c.
18 Si cupis. xvj. q. j. Et aduerſus † huiuſmodi ſubtilitates, quæ potius calumniæ ſunt, permiſſum eſt aduerſario quibuſcunque calũniis & inſidiis vti, ſecũdũ glo. in. c. Dominus, in verb. Ex inſidiis. xxiij. q. ij. & glo. in. c. Cupientes, in verbo. Malignantium, infr. de elect. in vj. Vide Bald. Panor. & An. Barb. hic.

¶ Glo. in verbo, Actio, ſecundum dd. hic, diuidit principaliter in duas partes. Secũda eſt ibi, Actio eñ eſt ius. In
19 prima parte gl. diſputat. q. Vtrũ † Actor teneatur Actionẽ proponere, & in ſumma hoc modo breuibus concludit.

¶ Aut de iure ciuili quæris, & proponi debet. Aut de iure Cano. & ſubdiſtingue. Quãdoque ex vna cauſa, ſiue vno facto oriuntur plures actiones, vt ex furto oritur Actio ad exhibendũ, Rei vend. Cõdictio furtiua, & quoq; Actio furti, quarum quælibet habet ſpecialẽ petitionem. Item, ex legato oritur rei vendicatio, & Actio ex teſta. & neceſſe eſt agentem in his & ſimilibus caſibus exprimere nomen Actionis, vt cõſtet quam elegerit, vt poſtea certa poſsit fieri ſententia,

¶ Quandoq; verò oritur tantum vna. Actio, vt ex Mutuo, cõdictio certi, ex ſtipulatione, Actio ex ſtipulatu. &c. & hoc caſu Actionem proponere, facultatis eſt, nõ neceſsitatis, cauſa tñ actio-
20 nis, † ex qua oritur, proponi debet, in actione perſonali, in reali verò nõ itẽ Sicut hæc omnia probantur per iura in glo. alleg. Sed has deciſiones gl. nũc ordine explicabimus.

Et

21 ¶ Et dic, quòd hæc vox, † Actio, poteſt capi tribus modis.

¶ Primo capitur pro quadam antiqua ſolennitate & formula verborum, in qua qui cadebat ſyllaba, cadebat cauſa. Et hanc ſolennitatem ſeruari neque de iure Ciuili, neque iure Cano. neceſſe eſt. l. prima. C. de formu. & impetra. act. ſubla.

¶ Secundo capitur pro iure incorporali, quatenus dicitur ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Et iſtud ius non poteſt exprimi, vt no. in l. Edi-
22 ta. C. de æden. Sed ipſum † factum, ex quo oritur tale ius, exprimi debet. c. fi. infr. de libel. oblat.

¶ Tertio modo capitur pro nomine ipſius iuris agendi, & mediante quo ipſæ actiones à ſe mutuò ſecernuntur, vt cùm dico: Rei vendicatio, vel Publiciana, Condictio certi &c. Et hoc caſu, an expreſsio fieri debeat, hoc eſt, vtrum quis in libello dicere teneatur: Intento rei vendicationem, vel publicia. vel ſatis ſit exprimere ipſum factum, ex quo Actio oritur, dubitari poterit. Et primum, quod attinet ad ius Cano. quidam ſunt qui indiſtinctè tenent, Actionem neceſſariò non eſſe exprimendam, vt not. Inno. hic. Alii ſunt, qui tenent diſtinct. gloſ. quam ſuprà tradidimus, & addit Hoſtien. quòd regulariter ſecundum Cano. ſufficit exprimere factum, niſi Iudex rationabili ex cauſa videat reum decipi poſſe, ſi non vltrà exprimatur, tunc ſuppleat Iudex ex officio ſuo, ſicuti in ſimili permittitur Aduocatis reſpondere ad poſitiones propter ſimplicitatem clientuli. c. Paſtoralis, infr. eod. Et hoc tenet Lauren. ſicuti referunt Panor. & And. Barb. hic. Et ita quoq; in effectu decidit Feli. hic. Quod verò ad ius Ciuile attinet, quoq; ſunt opinio. Nam Inno. hic decidit, quòd ſecundum ll. actio debeat exprimi: allegat ad hoc l. Quoties. §. j. ff. de admini. tut. & Inſti. de actio. in prin. Sed ſecundum Panor. melius allegaſſet. l. fi. C. de interd. Et hanc opi. tenet glo. hic, in verbo, Actio. Secundum ll. verò & glo. in. l. j. in verbo, Vt proinde. & in verbo, Edere. ff. de eden.

¶ In contrarium eſt communis opin. Legiſtarum, quòd ſcilicet nõ ſit neceſſe exprimere nomẽ actionis, ſed ſatis eſſe formaliter factum narrare, & petitionem formare, ex qua facti propoſitione Iudex nomẽ actionis propoſitæ intelligat, etiamſi nõ exprimatur. Et probatur hæc opin. ſecundum Bal. hic per text. in. l. j. §. Quia autem. ff. Quorum lega. Et tenet eam glo. in c. Quo iure, viij. diſt. & glo. §. Sancimus, in verbo, Libellus, in Auten. de exhib. & introd. reis, Colla. v. dicit de conſuetudine obſeruari, quòd non exprimatur nomen actionis. Nam cùm reus poſsit eſſe certus per propoſitionem facti, & petitionem ſecutam, idem eſt ac ſi actio expreſſa eſſet, cùm expreſsio fiat in illum finem, vt reus certior fiat. d. l. j. in prin. in. ij. reſpon. ff. de eden. Et hanc opinio. tenent quoque hic Panor. Ant. de Butr. & And. Barb. & ſeruatur hodie de conſuetudine, quòd nomen actionis non exprimatur. Vide de hac q. quoque Spec. in verbo, Vtrum actio, in tit. De actio. & petitio. Ioan. de Imo. breuibus diſtinguit. Quandoque Actor nõ aptè proponit factum, nec medium concludendi, & in libello omnino generaliter concludit, vtputa, quòd tantùm dicat: Peto mihi ius & iuſtitiã miniſtrari &c.
23 Quæ † clauſula alioqui libellum non ſatis

ſatis aptum, ſuſtentat, vt not. Inno. in c. ij. j. de ord. cogn. tunc cogitur nomen actionis exprimere, ſi non vult ſuccumbere: & in hoc caſu dicit intelligi poſſe primam opinio. Aut aptè proponit factum & medium concludendi, & nõ eſt neceſſe exprimere nomẽ actionis. Et in hoc caſu loquitur ſecunda opin. Quia autem ex eodem facto oriuntur ſæpe plures actiones, vt ſupra diximus, & iã concluſum eſt, non eſſe neceſſarium in libello exprimere nomen actionis, dubitari poterit, ſi in libello tale factum proponatur, ex quo plures actiones oriuntur, & tamen nulla exprimitur, quænam iſtarum actionum, quæ ex facto propoſito oriuntur, cenſeatur intẽtata. Cy. in d. l. Edita. C. de eden. quem referunt & ſequuntur hic Ant. de Butr. Panor. & And. Barb. hoc modo diſtinguit: Aut ſunt plures actiones compe-tẽtes ad diuerſa, & præſumitur illa intentata, quæ magis competit ſecũdum naturam petitionis. Allegant ad hoc in arg. l. Gallus. §. j. ff. de libe. & poſthum. Exemplum: Si Emphyteuta non ſoluit intra biennium, vel triennium an-
24 nuum Canonem, ex illo facto † oriuntur duæ actiones. Vna eſt, quòd agat ad priuationem rei emphyteuticæ. l. ij. C. de iure emphyt. c. Potuit, infr. locat. Altera eſt, vt agat contra eum pro ſolutione Canonis, vt not. in c. Conſtitutus. glo. in verbo, Iuxta ratam, infr. de relig. domib. Idẽ dic de actionibus quæ petuntur ex facto.

¶ Aut plures actiones ex eodẽ facto deſcendentes tẽdunt ad idem, ſicuti ex legato plures actiones cõpetunt, quæ tamen omnes eò tendunt, vt Actor cõſequatur rem legatam, Et dic: Aut vna eſt generalis, & altera ſpecialis: aut omnes ſunt generales, aut ſpeciales.

¶ Primo caſu dic, quòd cenſeatur intẽtata actio ſpecialis. Exemplum pone. Pater habens filium impuberem, fideiuſsit pro quodam debitore, & illũ debitorẽ conſtituit filio ſuo impuberi tutorem, cõuentus autem à creditoribus debitum non ſoluit, ſed pupillus pubefactus propter fideiuſsionẽ patris ſoluit. Ex hoc facto oriũtur duæ actiones, actio tutelæ, quæ eſt generalis, & actio mandati, quæ hoc caſu eſt ſpecialis. d. l. Quoties. §. Nequaquam. ff. de adminiſtrat. tutor.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet ambæ ſunt generales, vt negociorũ geſtorum, Tutelę, Pro ſocio &c. de quibus Bar. in d. l. j. ff. de eden. Aut ambæ ſpeciales, vt rei vendicat. hypothecaria &c. Et ſubdiſtingue: Aut ex facti propoſitione vtraq; colligi poteſt, & dic: Aut ſecundum naturã vnius actionis aliquid in libello eſt ſuperfluè narratum, ſecundum naturam verò alterius non item. Et cenſetur intentata illa, ſecundũ cuius naturam nulla eſt ſuperfluitas in narratione, quia verba debent aliquid operari. c. Cùm Papa, j. de priuileg. lib. vj. Exemplum. Ex legato cõpetunt plures actiones. l. j. C. Commu. de lega. & no. in c. Rainutius. & c. Rainaldus. j. de teſta. Si nũc Actor in libello dicit: Teſtator domum ſuam mihi legauit, illa particula. Suam, reſpectu actionis perſonalis, quæ competit pro legato, eſt omnino ſuperflua, quia res aliena etiam legari poteſt. §. Non ſolum. Inſti. de legat. Reſpectu verò rei vendicat. quæ quoq; pro legato cõpetit, non eſt vſq; adeò ſuperflua. Ergo cenſetur hoc caſu rei vẽdicatio potius, quàm actio perſonal. intentata. Aut ſecundum naturam

vtriuſq; actionis eſt ſuperfluitas in narratione, & præſumitur intentata illa actio, ſecundum cuius naturam eſt minus ſuperfluitatis, vt in prædicto exẽplo, cùm ſcilicet alter dicit, rem teſtatoris ſibi legatã. Nam ſi quis dicat, actionem ex teſta. eſſe inſtitutã, eſſet ſuperfluitas in verbo, Teſtatoris, cùm res aliena poſsit legari. d. §. Non ſolum. Si verò dicat, rei vendicationẽ eſſe intentatam, quoq; eſſet ſuperfluitas, ſed non tanta. Quia in hoc tantùm eſſet ſuperfluum, quòd in rei vendicatione nõ eſt neceſſe exprimere cauſam remotã, ſed propinquam, vtputa, quòd Actor ſit dominus, vt infrà dicemus. Ergo cùm in rei vendicatione minus ſit ſuperfluitatis, cenſetur ipſa intentata. d. c. Si Papa. Et ideo dicunt dd. in d. l. j. ff. de eden. & referunt dd. hic, quòd ſi libellus eſt formatus ita quòd concludat, ſtatim ſciri poteſt, quæ actio intẽtetur, cùm omnes actiones de mundo habeant media di-

25 ſtincta. † Quapropter non eſt neceſſe actionem exprimi, ſecũdum Bar. Ang. & Bal. in d. l. j. ff. de eden. Bal. in repet. d. l. Edita. Anto. de Butr. Panor. Andr. Barb. hic. Et ex hoc quoque poteſt reſpõderi ad d. l. Si pupilli. ff. de neg. geſt. Vbi habetur quòd nemo ſine actione experitur. Quia hoc eſt verũ, quod nemo ſine competenti actione experiri poſsit. Inde autem non ſequitur, quòd nomen actionis in libello teneatur exprimere, & ſic ſatis eſt, quòd ſibi cõpetat ius agendi. Nota tamen ſecundum Inno. in d. c. ij. j. de ord. cogn. quòd Iu-

26 dex † prouidus nõ facilè admittere debeat libellum generalẽ, cùm varii modi ſint agẽdi, & ex vna cauſa aliter fiat condemnatio, quàm ex alia, Ideo libello generali oblato cõſilium eſſet Actorem compellere, vt exprimat nomen

27 actionis. Si tamẽ † libellus generalis eſt exceptus, valet. l. fi. C. de anna. excep. & fiet condemnatio ſecundum illam, quę minorem condemnationem requirit. l. Semper. & l. Fauorabiliores. ff. de reg. iur. Item c. Inter dilectos. infra de fide inſtru. Neceſſe eſt tamen, quòd Actor poſt litem conteſtatam clarè probet ſuam intẽtionem, aliàs ſuccumbit, Argumen. l. Si in rem, & quæ ibi not. ff. de rei vend. Et tantum de hac q.

Lucius tertius Strigon. Archiepiſcopo.

Clerici, & infrà. Quũ Imperator dicat, ꝙ leges non dedignantur ſacros Canones imitari: in q. bus generaliter traditur, vt de omni crimine Clericus debeat coram eccleſiaſtico Iudice cõueniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua cõſuetudine præiudicium generari.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Conſuetudo Iuri ſcripto derogare quidem poteſt. ſi ſit rationabilis.*

2 *Conſuetudines & ſtatuta contra Eccleſiæ, & eccleſiaſt. perſonarum libertatem tendentia, ſunt ipſo iure nulla.*

3 *Leges cedunt Canonibus, in cauſis ſcilicet eccleſiaſticis.*

4 *Mulier nubens infra tempus luctus, iure Cano. infamia non notatur.*

5 *Vſuræ ſecundum Canon. illicitæ & prohibitæ ſunt.*

Concub

6 *Concubinatus ſecundum Cano. eſt improbatus & prohibitus.*
7 *Præſcriptio item longiſs. temporis cum mala fide, iure Cano. non procedit.*
8 *Ll. & Canonibus diſcordantibus, ll. in Imperij terris, Cano. verò in terris Eccleſiæ ſeruandi, vbi ſcilicet de cauſis eccleſiaſticis non agitur.*
9 *Argumentum à lege ad conſuetudinem, tanquam à maiori ad minus negatiuè valet.*
10 *Expreſſum plus operatur, quàm tacitum.*
11 *Conſuetudo tres habet proprietates.*
12 *Conſuetudo debilior & inferior eſt lege, ita quòd faciliùs tollatur conſuetudo per l. quàm lex per conſuetudinem.*
13 *Tam in ciuilibus, quàm in criminalibus laicus Clerici Iudex non eſſe poteſt.*

CLERICVS de omni crimine
debet coram eccleſiaſtico Iu-
dice conueniri, nec valet con-
ſuetudo contraria. Ita ſummatur ſecun
dum omnes. Caſus.
¶ Cõſuetudo erat in quodã loco, quòd
Iudex laicus ſimpliciter omnes delin-
quẽtes punire potuit. Igitur virtute ta-
lis cõſuetudinis, Iudex laicus quoq; vo
lebat punire Clericos delinquentes.
Quærebatur, vtrũ talis cõſuetudo, quo
ad Clericos, valeat. Et videtur, quòd
ſic, quia, licet Iure ſcripto cautum ſit,
quòd Clerici à iuriſdictione laicorum
ſint exempti. c. At ſi Clerici. ſ. eod. c. Si
diligenti, cũ infinitis ſimilibus. j. de fo.
1 comp. Tamen certũ eſt, †quòd conſue-
tudo poſsit derogare iuri ſcripto. l. De
quibus, in fi. ff. de legi. c. fi. cum ibi no. ſ.
de cõſuet. Ergo videtur, quòd talis cõ-
ſuetudo valeat. Tamen decidit tex. no-
ſter cõtrarium, quòd ſcilicet talis con-
ſuetudo non valeat, neq; quo ad crimi-
nales, neq; quo ad ciuiles cauſas. Nam
nulla cõſuetudo irrationalis valere po
teſt. d. c. fi. in fi. ſ. de cõſue. At cõſuetudo
ſubiiciens Clericos iuriſdictioni laico-
rum, eſt irrationabilis, hoc probo. Quia
ex iure Diuino, Ciuili, & Can. patet, ꝙ
Clerici ſemper fuerint immunes, & iu
riſdictionibus laicorum non ſubiecti.
¶ De Iure diuino eſt tex. iij. Eſdræ c.
vij. Vbi rex Darius omnibus miniſtris
templi tribuit immunitatem. De iure
Ciuili eſt tex. in Autẽ. Statuimus. C. de
Epiſc. & Cler. De iure Cano. ſunt mul-
ti tex. d. c. At ſi Clerici. ſ. eod. c. Si dili-
genti. j. de fo. compet. cum infinitis ſi-
milibus. Ergo conſuetudo cõtraria non
poteſt eſſe rationabilis.
¶ Secundò probatur. Iure cautum eſt,
2 quòd †omnes conſuetudines & ſtatuta
contra libertatẽ Eccleſię, vel eccleſiaſt.
perſonarũ tendẽtia, ſunt ipſo iure nul-
la. Auten. Caſſa. C. de Sacroſan. Eccl. &
eſt opt. tex. in c. j. de iureiur. in vj. c. Ad
audientiam. c. Cùm inter. ſ. de conſuet.
c. Cùm terra. §. Quia igitur. ſ. de elect.
Sed huiuſmodi cõſuetudines, quæ ex-
tendunt laicorũ iuriſdictionem in Cle
ricos, ſunt contra libertatẽ eccleſiaſt. vt
ex ſuperioribus colligitur. Ergo tan-
quã irrationabiles ſunt ipſo iure nulla.
¶ Tertiò probatur, quòd in huiuſmodi
cauſis eccleſiaſt. ll. vniuerſales Impera
torum cedũt Canonibus, per tex. hic, &
iura in glo. allegata. Ergo multò magis
locales & particulares locorum cõſue-
tudines, in huiuſmodi cauſis, Canoni-
bus cedere debent. Et hęc eſt propriiſs.
decidendi ratio, in hoc c. noſtrò, ſecun-
dum Ioã. And. Et ſic conſtat illas con-
ſuetudines tantùm tollere ius ſcriptũ,
quæ ſunt rationabiles. Irrationabiles
verò non item. Et per hoc ſit explicata
glo. in verbo, Conſuetudine.

¶No.primò ex tex.& glo.hic,in verb.
3 Non† dedignantur,quod.ll.ciuiles ſe-
quuntur dignitatem cano.

¶ Aut tractatur de materia, quæ ſpe-
ctat ad Eccleſiã,vel elleſias perſonas,
vt ſunt cauſæ Matrimoniales,vſurarũ
præſcriptionũ,& ſimiles,& tunc.ll.ce
dunt Canonibus.Et in hoc caſu loqui
tur tex.noſter,& iura in glo.& alle.Et
inde poteſt colligi,licet mulier nubẽs
infra annum luctus efficiatur infamis,
iure Ciuili.l.j.§.Qui eam.ff.de his qui
not.infa.Tamen,quia Canon permit-
4 tit iſtas nuptias infra † tempus luctus
mulier hoc modo nubens nõ incurrit
infamiam.c.pe.& vlt.ĩ.de ſec.nupt.Et
hæc cauſa eſt eccleſia.

5 ¶Item,de iure Ciuili vſuræ† ſunt per-
miſſæ,vt.ff.per tot.de vſu.De iure ve-
rò Canonico ſunt prohibitæ, vt.ĩ.per
6 tot.de vſu. Itẽ, † cõcubinatus de iure
Ciuili eſt permiſſus: vt.ff.per tot.de
concu.De iure verò Cano.ſecundũ ꝙ
omnis coitus extra Matrimoniũ prohi
betur.c.Nemo ſibi blandiatur.c. Sicu
ti.c.Meretrices.xxxij.q.iiij.eſt prohi-
7 bitus.Item præſcriptio longiſ.tempo-
ris cum mala fide,de iure Ciuili proce
dit.l.Si quis emptiõis.§.Quod ſi quis.
C.de præſcrip.xxx.vel.xl.anno.De iu
re Cano.non item.c.Vigilanti.ĩ.de
præſcri.In his ergo & ſimilibus caſi-
bus Canones derogant legibus. Aut
non eſt materia eccleſiaſtica. Et tunc
8 † ſi Cano.&.ll.pugnant,ſeruantur
Cano.in terris Eccleſiæ.&.ll.in terris
Imperij,ſecundum glo.& quæ ibi no.
in.c.Poſſeſſor.ĩ.de reg.iur.in.vj.gl.in
c.ij.in verbo,Lex ciuilis.ĩ.de arbit.&
noui ope.nun.cum ſimilibus. Exẽpla
habes in.l.Si in tres.ff.de ar.& in.c.fi.
de arbit.in.vj.Item in.l.Imperatores.
ff.de appel.& in.c.j.cum ibi no.de ap
pel.in.vj.& in.l.ante ſentẽtiæ.C.Quo
appel.non recip.Inde ſumpta occaſio-
ne quærunt Docto.hic de locatione &
dignitate Docto.& quæ facultas præ-
ferri debeat.Tu ipſe vide hanc diſpu-
tationem.quia non eſt difficilis.

¶Secundò no.ex tex.ſecundũ Docto.
9 hic,ꝙ eſt bonum † argumentũ à lege
ad conſuetudinem.à maiori ad minus,
hoc modo argumentando; Per legem
induci non poteſt,Ergo per conſuetu
nem quoque non poteſt induci :vt hic
per tex.noſtrum.Et probatur cõſequẽ
tia,quia lex inducitur expreſſo populi
conſenſu.l.Omnes populi.ff.de iuſt.
& iu.§.Ius autẽ ciuile,Inſti.de iure na
tu.gen.& ciui.c.Lex,cũ ſimili.ij.diſt.
Cõſuetudo aũt inducitur tacito popu-
li conſenſu.d.l.De quibus.ff.de.ll.d.c.
10 ſi,cum ſimilibus.ſ.de conſuetu.† Ex-
preſſum autem ſemper eſt validius,&
plus operatur quã tacitum, vt not.in
Clem.Sæpe,in ſi.de verb.ſigni.ſuper
verb.Partibus.&.l.Expreſſa.ff.de reg.
iur.Vbi decidit & not.Paul.de Caſtr.
in.l.j.C.Qui admit.ad bon.poſſ.Ergo
ipſa lex,quæ expreſſo conſenſu indu-
citur,validior eſt quã conſuetudo ta-
cito conſenſu inducta; & per conſe-
quens,quod per legem induci non po
teſt,multò minus per conſuetudinem
induci poterit.

¶Nec obſtat ſi obiiceretur,ꝙ cõſuetu
do poſſit derogare iuri ſcripto.d.l.De
legibus,Ergo ſit validius quã ius ſcri
ptum.Quia ad hoc reſpondetur,licet
11 conſuetudo † habeat tres proprieta-
tes,ſecundum glo.in.§.Ex nõ ſcripto,
in verbo,Imitantur.Inſti.de iur.natu.
gent.& ciui. Vt primò,quòd imitatur
legem,quia ſuccedit loco legis, vbi
lex

lex deficit.d.l.De quibus,in prin.c.In his.xj.diſtin.Secundò,ꝙ interpretatur legem.l.Si de interpretatione.ff.de.ll. c.cũ dilectus.ſ.de cóſ. Tertiò,ꝙ dero gat legi.d.l.De quibus,in fi.&.d.c.fin. ſ.de conſuetu.Tamen illa omnia habet conſuetudo ex autoritate & permiſsione legis,alioqui neque interpretari.neque abrogare legem,quæ eſt ſuperior conſuetudine,poſſet,quum inferior non habeat ius in ſuperiorem. l.Nam magiſtratus.ff.de arbi.Cle.Ne Romani.in prin.de elect. Quare non poteſt dici,ꝙ ſit fortior & validior le
12 ge: Imo † ipſa lex facilius tollit conſuetudinem, quã conſuetudo legem: cum conſuetudo expreſſo populi conſenſu contrario ſtatim tollatur; Lex autem non ſtatim, ſed requiritur ꝙ per lapſum.x.anno. durauerit tacitus conſenſus populi ad tollendam legem d.c.fi.ſ.de conſue.

¶ Tertiò not.licet hic in text.noſtro
13 tantum fiat mentio cauſarũ criminalium,tamẽ idẽ eſt in cauſis ciuili,vt.j. dicemus.in.c.Si diligẽti.j.de fo.comp. & in.c.Cum non ab homine.j.eod.

Clemens Tertius.

Cauſam,quæ vertitur inter fratres Dulmen.monaſterii, & monachos ſancti Albani,& infrà. Prouideas inter cætera,vt fratres Dulmen.monaſterii cum autoritate, & aſſenſu Epiſcopi ſui ingrediantur negotium.

Ne ſi fratres ſancti Albani obtineant Epiſcopus idem Abbatem monaſterii ſe proponens litem ſopitam valeat ſuſcitare.

SVMMA CAPITA.

1 *Iudex.officium ſuum non impertit,niſi ſit imploratum.*
2 *Iudex ea quæ ſunt iuris, non facti, ſupplere poteſt.*
3 *Collegium in cauſa,quam cum prælato habet communem,in iudicio abſque prælati conſenſu eſſe non poteſt,& econtra.*
4 *Lites facilè finiri Reipu intereſt.*
5 *Iudex ad nullius petitionem, ſuo ex officio tantum poteſt alienationẽ interdicere,ne fruſtra litigetur.*
6 *Iudex vt de accuſantis perſona & habilitate,ita & de procuratoris habilitate ex officio inquirit.*
7 *Iudex ea,quorum omiſsio proceſſum vitiaret ſup plere poteſt.*
8 *Iudex tamen & ea,quæ ſunt facti, ſi ſcilicet ea ſibi tanquam Iudici conſtent, licite ſupplet.*
9 *Collegium licet ſine prælati ſui conſenſu agere regulariter non poſsit, ſi tamen commiſsionem vel delegationem aliquam impetrauerit, valet illa commiſsio,etiam abſque prælati conſenſu.*
10 *Collegio ſine prælati conſenſu ligante,& ſententia pro ipſo lata, an valeat.*
11 *Sententia pro Minore,& ſic perſona non legitima,ratione ætatis,lat, valet: Secus ſi contra ipſum lata eſſet.*
12 *Sententia pro non legitime citato lata, non valet.*
13 *Eccleſia & Minor æquiparantur.*

4 *Subſtantialia proceſſus vbi deſunt, ibi nec*
ſententia lata valet.
15 *Sententia etiam pro Minore, qui ſolus iudicio*
interfuit, lata, non valet.
16 *Conciliatio duarum opinionum per diſtin.*

IUDEX prouidere debet, ne col-
legium litiget in iudicio, ſine autori
tate prælati. h.d. ſecundum commu
niter Doct. Vel ſic generalius ſecun-
dum Pan. Iudex ex officio prouidere
debet, vt debitæ ſolēnitates ſeruētur
in iudicio, quibus omiſsis iudicium
reddatur fruſtratorium.

¶ Caſus. Quoddam collegium habe
bat negotium cum alio Collegio, &
ſine autoritate Prælati ſui impetrauit
ꝙ cauſa committebatur Iudici dele-
gato. Inter cætera autem committeba
tur Iudici delegato, ꝙ Collegium im-
petrans & agens inciperet negotium
& litem cum autoritate & conſenſu
ſui prælati, ne prçlatus, ſi fortè aduer-
ſa pars obtineret, litem de nouo ſuſci
taret, & ſic iudicium habitum reddere
tur eluſorium. Quærebatur igitur pri
mò, vtrum Collegium poſſet ſine con-
ſenſu ſui prælati agere, vtrum Iudex
ex officio, ſi non fuiſſet à parte petitū
poſſet hoc ſupplere, vt. ſ. perſona legi
timaretur. Et quod ad primam. q. atti
net, videtur ꝙ potuerit ſine conſenſu
prælati agere, quia prælatus ſine con-
ſenſu Collegii poteſt eſſe in iudicio:
c. Edoceri, de reſcri. Ergo collegiū ſine
conſenſu prælati hoc quoque poteſt.
Quod verò ad. ij. q. attinet, videtur ꝙ
Iudex ex officio non poſsit prouidere
vt adhibeatur prælatus, ſi non fuerit
hoc à partibus petitum. Quia iudex
officium ſuum interponere nō poteſt,
quando non eſt petitum. l. iiij. §. Hoc
autem iudicium. ff. de dam. infec. Secū
2 dò, Iudex † tantum illa ſupplet, quæ
ſunt iuris, nō aūt quæ ſunt facti. l. Vni
ca, cum ibi no. C. vt quæ deſ. aduo. iud.
ſuppl. Sed an perſona agens legitima
ſit, necne, vtique facti, & non iuris
eſt. Ergo &c.

¶ Tertiò facit, quod expreſsè decidit
Bar. in. l. inter quos. §. Alieno. ff. de dā.
infec. Vbi dicit, Iſtæ excep. ſcilicet, Tu
non es procurator &c. non ſunt oppo
nendæ per Iudicē, ſed legitimatur pro
curatoris perſona, quando quæritur
de nullitate proceſſus. Ergo videtur ꝙ
Iudex illud non poſsit ſupplere, quā-
do non eſt petitum.

¶ Sed his non obſtantibus, decidit tex.
noſter in vtraque. q. contrarium. Et
3 primò, ꝙ † Collegium in negotio, ꝙ
ipſi Collegio & Prælato cōe eſt, ſine
autoritate prælati in iudicio eſſe non
poſsit, ſicut econtra prælatus ſine con
ſenſu Collegii nec agere, nec conueni
ri poteſt, per iura hic in glo. allegata.
Et hæc. q. principaliter huc non perti
net. ſed ad deciſionē. d. c. edoceri. Quod
verò ad ſecundam qō. attinet, decidit,
ad officium Iudicis pertinere, vt pro-
uideat ꝙ perſona litigantium ſint le-
gitimæ. Rationem decidendi allegat
tex. hic. Nam ſi collegium litigaret ſi-
ne prælati conſenſu, & pars aduerſa
obtineret. poſſet prælatus totum pro-
ceſſum impugnare, & per hoc fieret iu
dicium habitum eluſorium, & fierent
lites infinitæ, ꝙ Iudex prouidere de-
4 bet, quum † Reipu. interſit, vt ſit litiū
finis. l. fi. ff. pro ſuo. c. Finem, cū ſimili.
ī. de dolo & cōtu. Et allegat An. Barb.
multa fundamenta in ſimili. Et primò
tex. in. c. Eccleſia. el. j. ī. Vt lite pē. Vbi
5 iudex † ex officio ad nullius petitionē
pro

prohibet alienationem, nè fruſtra litigetur. Secundò tex. in c. Quendam. ij. q. vij. Vbi habetur, ꝙ Iudex ex officio
6 inquirere poteſt † de accuſantis perſona & habilitate. Ergo de procuratoris habilitate quoque ex officio inquirere poteſt, cum ſit perſona ſubſtantialis iudicij, quum in eius perſonam feratur ſententia, vt in. l. j. C. de ſen. & inter. om. iud. Tertiò eſt gl. in. c. Cupiétes. §. Cæterũ, in verb. Contumacia. ĩ. de elec. in. vj. quæ expreſsè tenet. quòd
7 Iudex † ea poteſt ſupplere, quorum omiſsio redderet proceſſum nullum. Sed exce. falſi procuratoris reddit iudicium retrò nullum. l. Licet. C. de procu. Ergo poterit Iudex opponere, qđ Collegium ſine mandato & autoritate prælati agere non poſsit. Quartò facit quod dicit Bald. in. l. Quos prohibet. ff. de poſtul. Vbi inter cætera dicit. aliquem non debere audiri, tunc Iudex ex officio debet eum repellere. Suprà autem dictum eſt, Collegium non audiri ſine prælato, Ergo &c. Quintò facit, ꝙ no. Bald. in. l. vnica. §. Si curatores. ff. de magiſt. conue. Vbi dicit: Iudex debet interrogare & inquirere de conditione teſtium, etiã ſi pars non petierit &c. Alios multos caſus recenſet And. Bar. in quibus Iudex ex officio ſuo põt ſupplere. Ergo idẽ facere põt in caſu noſtro, pͤſertim qñ expreſſe in. c. noſtro deciſum eſt.

¶ Nec obſtãt iura in cõtrariũ allegata Et primò, nihil facit allegata Regu. ꝙ Iudex ſuũ officiũ interponere nõ poſſit, quando non eſt petitum. d. l. iiij. &c. quia ad hoc reſpondetur: quòd in illa Regu. non traditur generalis Reg. ſed tantũ habetur, ꝙ cautio dãni infe. Iudicis ex officio nõ detur, niſi ſit poſtulata, vel pro tribunali petita.

¶ Secundò, etiam ſi eſſet Re. generalis, ſicuti tamen non eſt, tamen quia hic habemus expreſſum tex. in ſpecie, haberet locũ Regula: Generi derogatur per ſpeciem. c. Generi. infrà de regu. iuris. in. vj.

¶ Secundò, nihil facit Regu. ꝙ Iudex nõ poſsit ſupplere ea: quæ ſunt facti,
8 quia reſpõdetur primò, ꝙ Iudex † quę facti ſunt, ſupplere poteſt quæ cõſtant ei: vt iudici, & non vt priuato. l. Illicitas. §. Veritas. ff. de offi. præſid. Sed qñ Collegiũ agit ſine cõſenſu prælati, poteſt Iudici conſtare, vt Iudici, ex eo. ſ. quòd in actis iudiciariis non extat aliquod mandatũ prælati. Et tamen Iure cautum eſt. ꝙ ſine autoritate prælati agere non poſsit. Ergo ſi apparet ex actis non extare mandatũ, poterit Iudex ex officio excep. opponere, etiam parte non petente.

¶ Tertiò, nihil facit deciſio Bart. quia Ang. in. d. l. Inter quos. §. Alieno, reprobat eam, & poteſt reprobari ex rationibus. ſ. allega.

¶ No. primò ex hoc tex. ſecundũ Doc.
9 ꝙ licet collegium † ſimpliciter non poſsit agere ſine conſenſu prælati, tamẽ ſi ſine eius autoritate commiſsionẽ vel delegationem impetrauerit, valet commiſsio ſiue reſcriptum, & ſic tãtũ requiritur conſenſus in actu agendi. vt patet ex tex. hic. Not. idem Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de reſcri. præſen. ratione etiam eius, in fin. & probatur hoc à ſimili. Nam licet filiusfamiliâs non poſsit ſtare in iudicio ſine conſenſu patris, tamen poteſt impetrare Iudicis officium. Idem tenet Bald. ibi, & in. l. fi. §. Neceſsitatem. ver. Quæro vtrum poſsit. C. de bon. quæ libe.

Præterea patet, quòd excommunicatus poteſt impetrare literas ad proſequendam appellationem, vt habetur in c.fin.j.de excep. Ergo multò magis potuit hoc facere Collegium ſine conſenſu prælati.

¶ Dd.quærunt hic,quia in text. noſtro habetur,quod Collegium ideo cum autoritate prælati litem ingredi debeat, ne, ſi ſuccumbat, prælatus ex defectu conſenſus ſui,litem ſopitam reſuſcitare poſsit,& ſic vult text. quòd non valeat ſententia lata contra Collegium, ſine conſenſu prælati. Sed nunc dubi-
10 tari poteſt † ſi ſententia eſſet lata pro Collegio ſine conſenſu prælati litigante,vtrum talis ſententia valeat. In hac q.ſunt opinio.Nam Pet.vt refert Ioã. And.tenet,quòd valeat in eius fauorẽ, & probat hoc à ſimili. Nam ſententia lata contra Minorem, qui ſine curatoris autoritate litigarit,eſt nullæ.Et tamen,ſi hoc caſu pro ipſo fuerit lata nõ eſt nulla,ſed valet.l.Non eo minus.C.
11 de procura.Ergo† Idem dicendum eſt in ſententia lata in fauorem Collegii. Et cum hac opinio.tranſeunt communiter dd.ſecundum Panor.hic. Contrariam tamen opin.tenet Anto. de Butr. quod ſcilicet non valeat ſententia,etiã in eius fauorem lata:& hoc quoq; probat à ſimili.Nam ſi quis citatus eſt, & cum citatione non deprehenſus, ſi non comparet,non eſt contumax. Et tamẽ
12 ſi Iudex procedit ferendo † ſententiam etiam pro illo abſente illa ſentẽtia eſt nulla,ideo quia non fuit ſeruata debita citationis forma per text. iunct.glo. & quæ ibi not.in l. Ea quæ. C. Quo & quan.Iud. Ergo idem dicendum in noſtro caſu, cum ſolennitas Iuris quoq; non ſit ſeruata,hoc eſt,collegium contra Iuris prohibitionem ſine autoritate prælati admiſſum. Secundo facit, quod pro furioſo ſine curatore litigante ſententia lata non valet. l. Furioſo. ff.de re iudi.Ergo pro Collegio prælato non adhibito ſententia lata quoque non valet.Nec obſtat ſecundum eum quod dicitur de Minore in d.l.Non eo minus.Quia hoc procedit,quando nullitas ſurgit à principio meri fauoris, hic autem nullitas non ſurgit ex mero fauore Conuenti,ſed ex defectu poteſtatis,cum Collegium poteſtatem non habeat cauſam ſine autoritate prælati in iudicium deducere,in præiudicium Eccleſiæ,Ideo ſententia etiam pro Cõuentu lala non valet,

¶ Et pro hac opin.facit, quod licet aduerſarius non oppoſuit except. tamen Iudex debebat opponere, vt ſupra dictum eſt. Et ideo aduerſarius ſciebat ius ſibi competens duraturum, ex quo iudicium non habuit fundamentum formale propter defectum ſcilicet habilitatis perſonæ.c. Quærendum.cap. Sunt nonnulli.c.Alieni.ij.q. vij. Et licet Panor. hic dicat, ſe fuiſſe ſecutum aliquando hanc ſecundum opin. tamẽ poſt longiorem inueſtigationẽ ſe primam approbaſſe, & addit quaſdam rationes.Et primo gloſſ.in l.Si tutor, in verbo,Firmitatem.C.Quib.in cau.reſti. in integr. non eſt neceſſ. Vbi dicit tex. quòd ſententia lata contra tutorẽ qui non cauit rem pupilli ſaluam fore eſt nulla.Et tamen glo.addit, ſi ſententia lata fuiſſet in fauorem pupilli, tenuiſſet iure ſingulari,id eſt,fauore pupilli,Arg.d.l.Non eo minus. Et ſic ſententia ibi nulla erat ex defectu poteſtatis, qua tutor non poterat adminiſtrare propterea quod non cauerat, & tamen

tamen valet in fauorem pupilli, iure ſingulari. Ergo idem in Eccleſia quæ vtitur iure Minoris.c.j.de reſt. in inte. Præterea dicit Pontificem modo in illum finem commiſiſſe prouideri, ne Epiſcopus litem ſopitam reſuſcitaret, ſi Collegium ſuccubuiſſet. Ergo cum Collegium non ſuccubuerit, ſed obtinuerit, videtur quod commiſsio ſe eo non extendat, Argu. c. Nonne, infr.de præſump. His & ſimilibus argumentis nititur Panor.primam opinionem defendere.

¶ Sed tamen ſecunda opinio videtur verior, & eam poſt Anto.de but.tenent Bal.& And. Barb. hic & vltra iura alleg. Anto. de But.probatur ex ratione text. hic. Quia ratio commiſsionis de prouiſione, hoc eſt, ne prælatus impugnet proceſſum, ſi Collegium ſuccumbat, poteſt quoq; militare in diuerſa parte, hoc eſt, ſi ſententia fuiſſet lata pro collegio cōtra partem ream quòd ipſa quoque poſsit allegare defectum
24 † in partibus ſubſtantialibus proceſſus hoc eſt, perſonam agentis non fuiſſe legitimatam, & per conſequens proceſſum non valuiſſe. Ergo nec ſentētiam ſecutam valere poſſe. Nec obſtant iura in contrarium alleg. Et primo nihil facit d.l. Non eo minus. Quia Bal. hic
25 reſpondet, quòd etiam † ſententia pro minore lata; qui ſolus eſt in iudicio, valere non poſsit. Quòd autem in terminis d.l. Nō eo minus, valet, hoc ideo fit, quod Minor ſolus non fuerat in iudicio, ſed vnà cum Maiore, Ideo ſuccurritur ei propter illam circunſtantiam. Idem reſponderi poteſt ad gl. in d.l. Si tutor.C.In qui.cau. reſt. in inte.
26 ¶ Tu autem breuibus diſtingue:† Aut prælatus non habet ratam ſententiam pro Collegio latam, & non valet argu c.noſtri. Aut habet ratam & dic.: Aut pars aduerſa appellauit.j.x. dies ab illa ſententia & in ipſa appellatione impugnauit ſententiā ex cauſa, quod perſonæ litigantium non erant legitimatæ, & poteſt illa ſententia in ſecunda inſtantia ex huiuſmodi cauſa impugnari. Aut nō appellat, ſed tacet & cenſetur conſentire, & iuri ſuo quæſito renunciare. præſertim quia ſententia lata per prælatum, eſt ratificata. Arg.gl. l.Si mater.§.Hoc iure, in verbo, Deducit.ff.de excep.rei iudi.l.iij. §. Falſus. ff.Rem rat.hab.

Celeſtinus Tertius.

QVia Gu. qui violenter dicebatur Eccleſiam P. Clerici occupaſſe, defunctus eſt, vt accepimus, & R. poſtmodum eam eſt ingreſſus: Præcipimus, vt ſecundū formam priorum literarum inter ipſos R. & P. ſub iiſdem iudicibus, mediante ratione, ſicut inter P. eundē & præfatum Gu. ſi viueret, negotium terminetur.

SVMMA CAPITA

1 *Per reſcriptum impetratum contra violentiam, conuenitur eius ſucceſſor, qui ſcienter in vicium ſucceßit.*
2 *Triplex huius c. intellectus.*
3 *Lege ſiue Canone, duplicem intellectum quorum alter dubitabilis eſt alter verò non habente, dubitabilis eſt acceptandus, vt ſcilicet lex aliquid operetur.*

4 Boni Iudicis eſt lites citò dirimere.
5 Dolus & fraus nemini patrocinari debent.
6 Succeſſor in vitio cenſetur eadem perſona cũ ſpoliatore.
7 Condictio ex c. Sæpe, de reſt. ſpol. aduerſus ſucceſſorem ſpoliatoris, vbi lis cum ſpoliatore incepta non fuit, intentari poteſt.
8 Inſtãtia cœpta quãdo ad ſucceſſorẽ tranſeat.
9 Quinq; caſus vbi inſtantia ad ſucceſſorem tranſit.
10 Accuſationem cœptam accuſatore mortuo, an Iudex proſequi poſſit.
11 Sextus caſus vbi inſtantia, inchoata contra prædeceſſorem continuatur in ſingularem ſucceſſorem ex quadam iuris æquitate.

1 PER †. Reſcriptum impetratũ contra violentum conuenitur eius ſucceſſor, qui ſcienter ſuccedit in vicium. Ita ſummatur per Bal. Io. de Imo. & Panor. ſecundum primã Lecturam glo. Vel ſic, ſecundum eundem Bald. Singularis ſucceſſor conuenitur autoritate literarum, quæ obtentæ ſunt contra defunctum. Caſus.

¶ Pone, Titius fuit in poſſeſsione cuiuſdam Eccleſiæ, & per Sempronium per vim depulſus & eiectus. Igitur Titius impetrauit reſcriptum & Iudices delegatos contra ſuum ſpoliatorẽ corã quibus cauſam illam agitaret, ſed ſpoliator deceſsit & Caius ſciẽs vicium poſſeſsionem eam ingreſſus eſt nec voluit Titium ſpoliatum reſtituere. Titius conuenit Caium, virtute primi reſcripti, coram Iudicibus delegatis. Caius oppoſuit ſe non teneri coram eius reſpondere. Quia in reſcripto nulla de eo facta eſſet mentio. Delegati autem ipſi cauſam eam reduxerunt ad ſummum Pontificem, qui reſpondit, vt ſecundum formam priorum literarum inter Caium & Titium ſub iiſdem Iudicibus, mediante ratione, ſicut inter Titium & Sempronium, ſi viueret negotium terminaretur. Iam quæritur de intellectu iſtius deciſionis, vtrum ſcilicet Titius poſsit Caium corã iiſdem Iudicibus virtute priorum literarum conuenire, vel an cõueniat ipſum virtute literarum ſequentium. Item an eadem actio, ſcilicet interdictum Vnde vi, cõtra Caium habeat locum quæ competebat contra Sempronium, an vero alia actione conueniri debeat.

¶ Ad hoc reſpondetur, quòd hoc c. legatur & † intelligatur tribus modis. Quia
2 gl. hic in verbo. Sicut ponit duos intellectus, & Dn. Card. ponit tertium.

¶ Primus ergo intellectus glo. is eſt, ꝙ Actor coram Iudicibus delegatis virtute priorum literarum poſsit contra Caium, qui ſucceſsit in vicium, agere, ſicut patet ex verbo, Priorum literarũ, & ponit glo. in prin. iura concord. Sed in ſecunda parte, quæ eſt, ſed cõtra gl. opponit contra hunc intellectum.

¶ Imò videtur, quod vigore iſtius reſcripti contra prædeceſſorem impetrati non poſsit conueniri ſucceſſor. Nam reſcripta nõ extenduntur ad perſonas in eis non expreſſas per tex. expreſſum in c. P. & G. ſupr. de offi. deleg.

¶ Secundò patet, quòd reſcriptum non extenditur ad ſucceſſorem vniuerſalẽ c. Significauit, ſ. de reſcrip. Ergo multò minus ad ſingularem ſucceſſorem extenditur.

¶ Tertiò oppo. Certum eſt, ꝙ datio Iudicis non tranſit ad hæredem illius qui non erat in rebus humanis, quando reſcriptum eſt impetratum. l. ij. ff. Quæ ſen. ſine appel. reſcind. Ergo multò minus in ſingularẽ ſucceſſorem tranſit.

¶ Glo. in tertia parte, quæ eſt ibi, verũ eſt, ſoluit diſtinguendo. Aut quis bona fide ſuccedit alicui defuncto ſiue ſit ſucceſſor ſingularis ſiue vniuerſalis, & certum eſt, quod reſcriptum contra anteceſſorem ipſius impetratum ad ipſum non pertinet. Et ita loquuntur iura contraria.

¶ Aut mala fide ſuccedit, vt puta, quod ſcit anteceſſorem ſuum alter ius poſſ. per vim occupaſſe, & ipſe ſciens in vicium ſuccedit, & tunc poterit ille, qui hoc modo ſuccedit in vicium, virtute reſcripti cõtra anteceſſorem ſuum impetrati corã iiſdem iudicibus conueniri. Quia iuris fictione cenſet eadẽ perſona cum ſpoliatore. Et in hoc caſu loquuntur tex. ſecundum hanc primam L ecturam & iura in prin. allegata. & c. Sæpe cum aliis hic in gl. alleg.

¶ Et Panor. adducit pro hoc intellectu alias rationes. Et primo allegat autoritatem Io. And. in c. Is qui in ius. j. de reg. iu. in vj. Vbi diſtinguit, quando reſcriptum tranſeat in ſucceſſorem & dicit quod tranſeat in eum, qui ſcienter ſuccedit in vicium.

3 ¶ Secundò, † quoties l. aliqua, ſeu Canon, põt habere duos intellectus, quorum alter eſt dubitabilis alter verò nõ ſequi debemus intellectum, qui dubitabilis eſt, ad hoc vt lex aliquid operetur ſiue Canon. l. Quod Labeo. ff. de Carbo. edict. l. j. in fi. ff. Ad municipa. c. Rurſus. j. Qui cler. vel vo. Sed hic primus intellectus dubitabilis, ſcilicet, vtrum Iudices contra ſucceſſorẽ in vicio poſſint procedere vigore priorum literarum. Alter verò intellectus, quod procedãt vigore ſecundi reſcripti, & quod primum non extendatur ad ſucceſſorem, non eſt dubitabilis, quia de hoc caſu in multis locis prouiſum eſt, vt d. c. P. & G. ſup. de of. dele. d. c. Significauit. ſupr. de reſcrip.

¶ Ergo primum intellectum qui dubitabilis eſt, ſequi debemus, alioqui hoc c. noſtrum nihil operaretur, & eſſet cõtra procem. Decreta. in fin. quod vult, quod hæ Decret. epiſtolæ debeant eſſe vſui in Iudiciis, & in Scholis, & eſſet quoq; contra d. c. ſi Romanorũ. 19. diſt.

¶ Tertiò fac. quod hic intellectus eſt æquitati conformis. Nam hoc valde æquum, & iuri conſentaneum eſt, ne ſpoliatus multiplici proceſſu, varia literarũ interpretatione & expenſis vexetur, Argu. c. j. de reſtit. ſpol. in. vj. Et

4 alioqui † boni Iudicis eſt, lites citò dirimere. l. Quidam æſtimauerunt. ff. Si cer. pe. c. Finem litibus. j. de dolo & cõtumacia. Ergo quoq; æquum eſt quòd vigore literarum priorum procedatur præſertim quum hoc caſu non tractetur de magno præiudicio partis aduerſæ, qui nihilominus reſpondere cogeretur nouo reſcripto & ſic prodeſt hic intellectus Actori & Reo non nocet. Quare merito ſeruari debet. l. Reſcripta. ff. de pre. Impe. off.

5 ¶ Quartò certum eſt, quòd † dolus & fraus nemini prodeſſe & patrocinari debet. l. Ne ex dolo. ff. de do. c. j. de alie. iud. mu. cauſa fa.

¶ Prodeſſet autem dolus ſi Actor non poſſet agere virtute primi reſcripti ſed teneretur aliud impetrare. Ergo ne dolus patrocinetur doloſo, hic intellectus tanquam æquus ſeruandus eſt, præ-

9 ſertim quum ſuccedens † in vicium, iuris fictione cenſeatur eadem perſona cum anteceſſore ſuo, ſicuti hæres cenſetur iuris fictione vna eademque perſona cum defuncto. Vt in Autent.

de iureiur.à mor.præſtit.in princ.

¶Quintò facit, quòd Pontifex ſimili æquitate motus introduxit nouum remedium contra iſtos, qui ſcienter ſuccedunt in vicium, vt in.c.Sæpe, infra de reſtit.ſpolia. Ergo eius primum reſcriptum quoque hoc modo extendendum eſt. Et ſic apparet ex prædictis, ꝙ hæc Decretal. ſecundum hunc primũ intellectum tantùm procedit, quando ſucceſſor eſt vicioſus, vt quia ſciebat, vel ſcire debebat, rem eſſe inuaſam, & nihilominus eam occupet. Secus eſſet, ſi ſine vitio poſſeſſ. fuiſſet ingreſſus, tunc hic text. ſecundum hunc intellectum non procederet, licet contra poſſeſſorem competeret condictio.c. Reintegranda.iij.quæſt.j.

¶Sed huic Lecturæ obſtat text. hic, in eo quòd mandat procedi, ſicut fuiſſet proceſſum contra ſpoliatorem, quum tamẽ eadem actio non habeat locum contra ſpoliatorem, & tertium poſſeſſorem, quia contra ſpoliatorem datur interdictum Vnde vi, vt in.c.Cùm ad ſedem.infr.de reſtit.ſpolia. contra ſucceſſorem habet locum.c.Sæpe, infr. de reſti.ſpol. Tu dic: Aut iudicium fuit inceptum cùm ſpoliatore, & poteſt eodem proceſſu & actione finiri contra ſucceſſorem in vicio, & hoc nõ de rigore Iuris, ſed ex æquitate ſcripta huius.c. ſecundum Bald. hic. Et videtur hoc mirabile, quia verba interdicti Vnde vi, ſonãt in perſonam ſpoliantis.l. Cum à te.ff.de vi & vi ar. & verba reſcripti huius.c. ſonant in rem, mediante interpretatione extenſiua, quia, vt diximus, ſucceſſor in vicio cenſetur eadem perſona cum ſpoliatore, & hãc ſol. ſequitur Panor.

¶Aut iudicium non erat inceptum cũ ſpoliatore, & nihilominus potuit ſpoliatus virtute primi reſcripti agere cõtra ſucceſſorem in vicio. Sed hoc caſu
7 conſultius eſſet † intentare condictionem ex.d.c.Sępe. & non interdictum Vnde vi.d.c.Cum ad ſedem. Quia in reſcripto non præſcribitur Actori forma agendi, ſed Iudici datur poteſtas procedendi contra ſpoliatorem, quæ durare poteſt, etiam ſpoliatore mortuo, contra ſucceſſorem vicioſum, vt per t x.noſtrum hic. Et ſic dictio Sicut hic poſita, hoc caſu non denotat omnimodam ſimilitudinem, ſicut in ſimili habetur in.c.ij.ver.Volo.ſupr.de ſum. trin.& fide catho. Et hanc primam Lecturam glo. in effectu tenet Inno. hic, ver. Niſi ſcienter accepiſſet. Bald. Io. de Imol. Anto.de But. ac Panor.

¶Secundus intellectus eſt, quòd Iudices in terminis noſtri.c. procedere debeant, non virtute literarum priorum, ſed virtute ſecundi reſcripti. Sed glo. hanc Lect. non approbat. Sed tamẽ hãc opi. tenent Gloſ. Inno. & Hoſti. vt refert hic And. Bar. & mouentur præcipuè propter verbũ, Præcipimus, quod videtur importare nouum reſcriptũ. Sed ſi bene conſideres Inno. vterque intellectus locum habet contra illum ſucceſſorem, qui ſciens ſuccedit ſpoliato in vicium. Secũdus autẽ intellectus locũ habet cõtra eũ, qui bona fide ſuccedit: & hæc concord. colligitur ex verbo. Inno. qui tamen ſecundã opin. tenet. Dicit enim Inno. Non agetur contra ſucceſſorem interdicto Vnde vi, niſi ſcienter accepiſſet à ſpoliato, præſertim ſi in priori reſcripto de poſſeſſorio & petitorio nulla mentio fuiſſet facta. Et prima Lectura ſeruãda eſt propter autoritatẽ gl. & fundamentorũ ſuprà al

prà allegatorum.

¶ Hinc ſumpta occaſione monent.dd.
8 hic.q.An † & quando inſtãtia incœpta tranſeat in ſucceſſorem, hoc eſt, ſi præ deceſſor poſt litis conteſt.deceſsit, quã do & quibus caſibus inſtãtia incœpta in ſucceſſorem cõtinuetur. Et, licet nõ reſpondeat decidendo, & regulam po-
9 nendo, tamen ponit quoſdam † certos caſus, vbi inſtantia in ſucceſſorẽ tranſ it, quibus cognitis facilem cognoſcere poterimus, in quibus non tranſeat. Quia contrariorũ eſt eadem diſciplina.l.j.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.

¶ Primus caſus eſt, de filio defuncto in patrem. Nã licet pater propriè loquendo, non dicatur hæres filio, quia iure veteri quidquid filius acquirebat, patri acquirebat.l.Placet.ff.de acq. hær. cum ſimilib. Tamen, quia vna perſona fingitur cum eo, per repræſentationẽ, inſtantia cum filio inchoata, in patrẽ tranſit.l.Tam ex contractibus.ff.de iu. di.fa.l.Patri pro filio, in princip.ff.de Mino. Licet hodie in caſtrenſibus & quaſi caſtreñ.poſsit dici hæres, In aduentitiis verò & profectitiis non item cùm filius habeat plenum dominium in caſtrenſ.& quaſ. Ergo & hæres dici poteſt.vt in.§.Si igitur defunctus deſcendentes, in Auten.de hær.ab inteſt. ve.colla.ix. Vide de hoc Iaſ.in.l.j.C. Qui admit.ad bo.& Paul.de Caſtr.in l.Qui contra.ff.de fideiuſſ.

¶ Secundus caſus eſt de quolibet defuncto in hæredem vniuerſalem.l.ij. in fi.&.quę ibi no.ff.de pięto ſtip.Bar. in.l.Si eum.ff.de fideiuſſ.

¶ Tertius, Quãdo inſtantia fuit inchoata cum defuncto in dignitate vel admi niſtratiõe exiſtẽte, ſed in hoc caſu dic.

¶ Aut fuit inchoata cum defuncto, ratione ipſius dignitatis, & non iuris ſui proprii, & tranſit inſtantia in ſucceſſorem in dignitate ſiue officio.c.Dilecti. & ibi glo.in verbo, Contra.infr. de fo. comp.& no.Inno.in.c.Significante, ſu prà.de reſcrip.

¶ Aut inſtantia incœpta eſt cum defuncto, non ratione dignitatis ſiue iuris ipſius Eccleſiæ, ſed iuris proprii cauſã, & tranſit inſtantia, vt no.in.c.ij. Vt lite penden.in vj.

¶ Quartus caſus eſt, quando quis litigauit per procuratorem tantùm, eo defuncto, vel mutato, tranſit inſtantia in dominum.l.In cauſæ.ff.de procura. Et vide de hoc Bart.in.l.Mutari.ff. de procura. Et illi quatuor caſus non habent impugnationem.

10 ¶ Quintus eſt, quando † mortuo, vel abſente accuſatore conſtat de crimine accuſati per eius cõfeſsionem. Quia tũc ne delictum maneat impunitum, Iudex proſequendo iſtam inſtantiam, ratione publi.intereſſe, puniet eũ.l.Quã uis.C.de adult. Nam & hoc faceret, etiam ſi accuſator omnino deſiſteret. c.j.&.ij.infr.de colluſ.de teg.

¶ Sed contra hoc decidit Bar.expreſsẽ iu.l.Dies cautioni.§.Hoc autem iudicium.ver.Tertio caſu.ff.de dam.infec. quòd ſcilicet inſtantia incœpta cum accuſatore non tranſeat ad Iudicem. Sed tamen prima opinio videtur verior, & eam quoque ſequitur Feli.hic, qui allegat tex.in.l.penult.in princip. ff.de publ.iud. Diſtinguit igitur Feli. Aut accuſator mortuus eſt, ſiue impeditus longo & ineuitabili impedimento, & potuit Iudex procedere. Aut breui impedimento, & debet accuſator expectari: & in hoc caſu intelligitur Barto.& addit Feli. quòd nedum Iudex

dex,ſed quilibet alius mortuo accuſatore.vel impedito,poſsit ex eadem inſtantia primam accuſationem proſequi,dummodo repetat eam intra.xxx. dies.Allegat tex.in.l.Libellorum. §.fi. ibi Bart.ff.de accuſa.l.Si quis repetere.ff.Ad Turpilia.Vide Feli.

¶His poteſt addi ſextus caſus, ſcilicet,
11 quòd†inſtantia inchoata contra prædeceſſorem continuetur in ſucceſſorẽ ſingularem in vicium.Et hoc tamẽ nõ ex rigore Iuris,ſed ex æquitate huius. c.quod reſcriptum impetratum extendit contra eius ſucceſſorem.Et hoc videtur ſentire Innoc.hic,quem ſequuntur Anto.de But.& Panor.

Innocentius tertius Epiſcopo Helienen.

PAſtoralis,& infrà. Statuimus præter ea, vt principales perſonæ, non per Aduocatos,ſed per ſe ipſas factum proponant: Niſi fortè ſint adeò indiſcretæ, vt earum defectus de Iudicis ſententia, per alios ſuppleatur.

SVMMA CAPITA.

1 Principalis perſona per ſe,non per Aduocatum,factum in iudicio proponere debet, niſi ſit perſona indiſcreta.

2 Aduocati officium in ijs,quæ ſunt Iuris,non facti,potiſsimùm conſiſtit.

3 Partes ipſæ ad poſitiones reſpondere debent.

4 Fallentiæ ſup.d.Reg.Quãdo ſcilicet principalis ipſe factũ narrare,nec reſpõdere cogatur.

5 Indiſcretus quis dicatur.

6 Principalis ipſe de calumnia iurare non tenetur,ſed eius loco Procurator,ſpeciale habens mandatum,admittitur.

7 Propoſitio facti Aduocatis interdicta,an cõprehendat etiam Procuratores.

8 Lex exprimens vnam perſonam frequentioris vſus gratia, & alias ſimiles incluſiſſe videtur.

9 Appellatione Procuratoris venit principalis.

10 Dominus ſi ſit iuſtior, meliuſque veritatem nouerit,quàm Procurator, ad narrandum & reſpondendum cogendus.

11 Quibus in caſibus perſonaliter quis comparere teneatur,remiſsio.

1 PRINCIPALIS † perſona per
ſe,non per Aduocatum in Iudicio factum proponere debet.niſi ſit indiſcreta.In hoc Summa.cõprehenſa eſt deciſio huius.c.nec opus eſt figuratione caſus.Rationes autem quare principales perſonæ reſpondere debeant.Primò,quòd veritas exquirẽda eſt ab his, qui melius eam norunt.c. Scriptum.§.Per Apoſtolicum,ſupr.de electio.c.Videtur,infr.Qui matrimo. accu.poſ.c.Præſentium,infr.de teſtib. in.vj.Sed veritas magis præſumitur ſciri per ipſos principales, quàm per Aduocatos,vel alios.l.fi.ff. Pro ſuo.c. Ab excommunicato, ſupr.de reſcrip. Ergo commodius eſt,quòd ipſæ principales perſonæ reſpondeat.Secũnda ra
2 tio eſt,quòd† Aduocatorum officium conſiſtit non in iis,quæ facti,ſed quæ Iuris ſunt: Quia partes deferunt factum ad ipſos,qui poſtea muniunt & deducunt fundamentis Iuris. Et ideo dicit gloſſ.in.c.j.de confeſſ.in vj.quòd
3 ad poſitiones debent †reſpondere ipſæ partes,non Aduocati: & addit, quòd cauti Iudices ſoleant Aduocatos reſpõ

dentes

dentes repellere:& vide ibi de pœna Aduocati docentis clientulum falſum reſpondere. Sed tamen per hoc officiū Aduocatorum non eſt excluſum. Nā Aduocatus admittitur, vt formaliter & aptè concipiat libellū, alioqui libellus ineptus reiiceretur. c. Examinata, infr. eo. cum ſimilibus. Item verſatur officium ipſius in excep. & poſitio. formandis, & ſimilibus. Item poterit intereſſe reſponſionibus ad poſitiones, vt caueat ne cautiloſa poſitione, obſcura vel multiplici clientulus circumueniatur:& ita intelligit Hoſt. l. Nec quicquam. §. Circa Aduocatos. ff. de offic. proconſ. An autem valeat propoſitio facti per Aduocatum, clientulo præſente & tacente, infrà dicemus. Et ſic eſt Regu. quòd factū principales perſonæ proponere debeant, & non Aduo-
4 cati. † Hæc Regula habet aliquot fallē tias. Primam fallentiam ponit tex. hic. Aliæ ſunt in ij. parte glo. Prima eſt, niſi principales perſonæ ſint adeò indiſcretæ, vt earum defectus iudicis licentia ſuppleatur, tamen reſpondere poſſunt per Aduocatos.

5 ¶ Dicuntur † autem indiſcreti non illi, qui omnino carent ſenſu, ſed ſimplices perſonæ, quæ non omnino carent diſcretione, ſecundum Inn. Io. de Imo. Panor. & alios hic. & addit Inno. quem ſequitur Io. de Imo. quòd non eſſet malum, quòd tales perſonæ ſimplices cogerentur per alium factum proponere, & reſpondere, vnde videtur ꝙ Iudex poſſit interdū, attenta perſona & qualitate Rei vel Actoris, permittere, ꝙ reſpondeant per Procuratores vel Aduocatos. Et hoc etiam tenet Hoſtiē. hic. in c. Dilecti, ſuprà. eod.

¶ Glo. vnic. in verbo, Factum proponant, diuiditur in duas partes. In prima ponit actus, in quibus quoque principales perſonæ reſpondere debēt, ſed
6 tu dic, quòd hodie quis † non cogitur in propria perſona iurare de calūnia, ſed admittitur procurator, qui ad hoc habeat ſpeciale mandatum, per tex. in c. fin. infr. de iur. cal. in vj.

¶ Glo. in. ij. parte ponit fallēt. à regula. Prima fallētia eſt in procuratore, qui ratione officii poteſt factū proponere. Circa hanc fallentiam oritur diſputatio inter. dd. Quidam ſunt qui conclu-
7 dunt, quòd text. noſter excludens † Aduocatos à propoſitione facti, quoque excludat pro curatores:& ſic quòd ex diſpoſitione tex. noſtri s procurator nō admittatur ad propoſitionem facti. Igitur meritò glo. poſuerit fallentiam. Et in hac opin. ſunt Io. de Imo. Feli. & communiter Mod. & allegat Fel. Reg.
8 Quando tex. † exprimit vnam perſonā, gratia frequentioris vſus. non videtur excludere alias perſonas ſimiles, ſecundū gl. in Clem. j. in verbo, Præſidētes, de reſcrip. Sed hęc Decreta. expreſſit Aduocatos propterea, quòd ipſi frequentius committunt fraudem, ſecundum gl. in. l. Ab Anaſtaſio, in verb. Morantur. C. Manda. Ergo nō videtur excluſiſſe procuratores.

¶ Contrarium tenet Panor. quòd ſcilicet hic propoſitio facti Aduocatis interdicta, nō cōprehēdat procuratores, & ſic hæc fallentia non ſit aptè poſita,
9 hoc probat, Quia † appellatione principaliū veniunt procuratores: hoc patet inde, per litis conteſta. enim fiunt domini litis & inſtantiæ. capit. j. §. Licet, infr. de procura. in vj. Et hoc adeò verū eſt, ꝙ ipſæ ſentētiæ in ipſos ferātur procuratores, & non principales perſ

perſonas.l.j.C.de ſent.& interlo.omn. iud. Ergo comprehenduntur ſub Reg. nec opus eſt poni in fallentiis: & fac. quod no. Inno.hic, qui dicit, quòd quilibet poteſt per procuratorem narrare & reſpõdere, cùm poſsit per eum litem conteſtari, quæ fit per narrationem & reſponſionem.c.j.ꝟ.de litis conte. Con-
10 cludunt tamé,† ſi dominus melius ſciret veritatem, vel etiam eſſet iuſtior, quàm procurator, tunc cogi poteſt factum proponere & reſpõdere.l.fi.C.de procur.glo.fi.in c.j.de iud.in vj. Et hæc opinio poſterior ſeruantur in practica. ¶ De ſecunda fallentia idem dici poteſt, quod de prima: quia quod eſt procurator reſpectu ſingularis, hoc eſt Syndicus, reſpectu vniuerſitatis, propterea omittemus diſputationẽ, & non eſt dubiũ hodie, quin Vniuerſitas poſsit iurare per Syndicum, de calumnia, ſpeciale mandatum habẽtem.d.c.fi.de iura.cal.in vj. Idem dicendum de iij.iiij. & v.fallen. qui reſpondent per procuratores, & non Aduocatos. Idem ſentit Panor. dicendum de aliis fallent. vt de Minore, furioſo, & prodigis, quia quoq; reſpõdent per curatores. Et ſic vult Panor. quòd tex.hic tãtùm prohibeat reſpondere per Aduocatos, nõ autem per Procuratores, Syndicos, vel Curatores. Ideo concludit, quòd omnes fallentiæ in glo.poſitæ, impropriè habeãtur pro fallentiis, exceptis duabus. Prima eſt, ſi pars fuerit indiſcreta, de qua ſuprà. Secunda eſt, ſi mulier fuerit luxurioſa, quod intelligitur, ſiue fuerit libidinoſa, ſiue prodiga, vt not.in l.Et mulieri. ff.de cura.furio. Et quia ſecundum Io. Andr. quem refert hic Andr.Barb. hæc Decretal. non eſt in vſu, non copioſius diſputabimus de eius materia: in qui-
11 bus † autem caſibus quis teneatur perſonaliter comparere, vide c.j.de iudiciis.in vj.

Innocentius III. nobili viro, Matthæo de Riparia.

EXaminata cauſa, quæ vertitur inter te & milites Campaniæ, & infrà, Actionem quam ſuper iure patronatus eiuſdem Eccleſiæ cõtra præfatos milites intentabas, incongruentem cognouimus, & ineptam. Quia cum teſtes induxeris ad probandũ, quòd quando præfatus A, vicedominus, Eccleſiam eandẽ, tanquam ſequeſtratam, accepit, tu Ius patronatus ipſius Eccleſiæ poſsidebas, profectò nec rei vendicationem intentare, nec ipſius reſtitutionem poteras poſtulare. Vnde intẽtionẽ tuam in hac parte pronunciauimus non tenere, Abſoluẽtes eoſdem milites ab eadem. Ita tamen, quòd ſi congruentẽ & aptam intẽtare volueris actionẽ, reſpondere tibi nihilominus teneantur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Vſus actionum iure Cano. non eſt ſublatus, vt ſupr. in c. Dilecti, ſupr. eod.*

Inept;

2 *Ineptitudo intentionis Actoris quando apparet, reus ſimpliciter abſoluendus.*

3 *Intentio Actoris licet ſit inepta, ſi tamen de iure Actoris conſtet, an pro parte rei abſolutoria ferenda, & ſuper Actoris iure pronunciandum ſit.*

4 *In rei vendicat. duæ copulatiuè requiruntur. Ex parte Actoris dominium, & à Rei parte poſſeſſio.*

5 *Actore rem vendicante, quam tertius quidam poſſidet, licet Reum poſſidere putet, poteſt ſententia ferri in fauorem vtriuſque, ita vt Reus abſoluatur. & Actor declaretur dominus.*

6 *Quis ſit effectus, quòd dominus declaretur dominus, quum tamen ipſius actio fuerit inepta.*

7 *Intentione Actoris inepta exiſtente, an Reus non tantùm abſoluendus, ſed ius Rei, de quo conſtet, etiam declarandum.*

8 *Rei exceptiones eò tendunt, vt Actoris intentio elidatur, non vt Actor ex ijs condemnetur.*

9 *Vna res diuerſos effectus habere non poteſt.*

10 *Sententia definitiua non eſt ferenda, niſi Libellus ſit oblatus, litq; conteſtata.*

11 *Sententia condemnatoria ſicut libello conformis eſſe debet, ita & abſolutoria conformis exceptioni eſſe debet.*

12 *Caſus, vbi Libelli oblatio, litis conteſtatio, & ius vtriuſque partis in iudicium deductum præſumatur.*

13 *In Matrimonialibus, & alijs cauſis, in quibus vertitur periculū animæ. ſententia non tranſit in rem iudicatam.*

14 *Reus probans dominium per viam except. in Actoris actione inepta, non ſimpliciter, ſed cum cautela abſoluendus.*

15 *Forma ſententiæ, vbi Reus exceptiuè dominium probauit.*

16 *Effectus talis ſententiæ.*

17 *Quod quis articulat, id videtur confiteri.*

18 *Ineptam actionem proponens non perdit cauſam, ſed inſtantiam, ideoq; proponendo aptam admittendus iterum.*

19 *Ineptè agens licet ter repulſus, denuò tamen aptè agendo audiendus eſt, refuſis tamen expenſis.*

20 *Accuſatus de percuſſione & vulneratione, ſeu ſanguinis effuſione, probata tantùm percuſſione, Reus abſoluendus.*

21 *Ius patronatus varijs modis vendicari poteſt.*

22 *Incorporalia, quæ veniunt acceſſoriè ad corporalia, vnà cum corporalib. vendicari poſſunt.*

23 *Mobiles non ſolùm, ſed etiam immobiles res ſequeſtrari poſſunt.*

24 *Cauſam abſolutionis in ſententia exprimendam, quò conſtet, an Reus ab inſtantia, vel definitiuè abſolutus ſit.*

23 *Item cauſa in abſolutoria ſententia exprimenda, quò Actor ex vna cauſa ſuccumbens, denuò ex alia agere poſſit.*

26 *Sequeſter quis, & quotuplex ſequeſtratio, Voluntaria ſcilicet, & neceſſaria.*

27 *Quibus in caſibus ſequeſtratio locum habeat.*

28 *Sequeſter an & quando poſſideat rem ſequeſtratam.*

29 *Facta partium latiùs interpretanda, quàm Iudicis.*

30 *Quæ actiones ex ſequeſtro competant.*

31 *Sicut Rei vendicat. datur pro reb. corporalib. contra poſſeſſores, Ita confeſſoria pro rebus incorporalib. contra eos, qui dominium eiecerunt ex q. poſſeſſ. hoc procedit in petitorio.*

32 *Iudex an ineptam actionem ſtatim reijcere debeat.*

SI ACTOR ineptā Actionem proponit, Reus abſoluitur: Si tamē poſtea aptā proponat, Reus reſpondere cogitur. h.d. ſecundū Io. de Imo. Panor. & cōmuniter dd. Caſus. ¶ Pone, Inter Titium & Sempronium erat cōtentio ſuper iure patronatus cu-

iuſdam Eccleſiæ, vtroq; dicēte & contendente, hoc ius ad ſe pertinere, propterea cōmuni partium conſenſu Eccleſia depoſita eſt apud Sequeſtrū, Eccleſia autē ſequeſtrata, inſtituit Titius contra Sempronium actionem, & petiit pronunciari Ius patronatus ad ſe pertinere Semproniumq́; condemnari ad reſtitutionem poſſeſ. iſtius Eccleſiæ. Et quia Sempronius reus cōteſtatus eſt litem negatiuè, Titio Actori impoſitum eſt, vt intentionē actionis ſuæ probaret, propterea produxit teſtes, quorum dicta quum eſſent publicata, & debebat ferri ſentētia definitiua, cōſtabat ex teſtium dictis & depoſitionibus, Titium ius patronatus cū ſequeſtra. poſſediſſe. Nunc quæritur, vtrū actio per Titium intentata, ſit apta & cōgruens, ita quòd ſententia definitiua poſſit ferri: & decidit tex. quòd actio ſit ineptè propoſita, & quòd intentio Actoris non teneat, ſed Reum abſoluendum ab inſtantia. Ratio iſtius ineptitudinis eſt, quòd ex petitione colligitur, Titium inſtituiſſe rei vendicationē, & quoq; interdictum recuperandæ ſimul, quarum actionum neutra competit. Quòd autē rei vendicatio non cōpetat, eſt præciſè hæc ratio, quòd rei vendicatio nō datur, niſi contra poſſeſſorē. §. Namq; agit, cum ſimilib. Inſt. de actio. Sempronius autem non erat in poſſeſ. iſtius iuris patronatus, probo ſic: Quia, vt dictū eſt, ex teſtiū Actoris dictis apparet, ipſum Actorē tēpore Sequeſtri fuiſſe in poſſeſſ. Ergo poſſeſsio adhuc fuit penes ipſum Actorē, vel penes Sequeſtrum, cùm re ſequeſtrata ſequeſtrator regulariter nō acquirat poſſeſsionē, ſed nudam cuſtodiam, niſi ſpecialiter exprimatur, vt infrà dicemus, in gl. in verb. Poſsidebas. Cùm ergo neutro caſu penes Reum erat poſſeſsio, vtiq; contra ipſum non potuit habere locū rei vendicatio, & ſic hæc actio ineptè erat propoſita. An autem ex illo capite quoq; cenſeatur inepta, quòd Ius patronatus ſit ius incorporale, & rei vēdicatio detur pro rebus corporalibus, quoq; infrà dicemus. Similiter interdictū recuperandæ quoq; non erat aptè propoſitum, cùm hoc caſu quoq; detur contra ſpoliatorem & poſſeſſorem. Cùm ergo hic Reus non poſſederit, nō poteſt peti vt condemnetur ad reſtitutionē. Quare meritò abſolutus eſt. Nihilominus tamē ſi aliam actionē aptam poſtea inſtituerit, admittendus eſt. Eſſet autem apta actio, ſi inſtituiſſet interdictū. Vti poſsidetis, quo narraret ſe eſſe in poſſeſsione iſtius iuris patronatus, & per Sempronium turbari, & peteret ipſum condemnari, vt deſiſtat à turbatione, & caueat de non turbādo in poſterum. Et hæc pro explicatione text. dixiſſe ſufficiat. Circa glo. in verbo, Poſsidebas, copioſè diſputabimus.

1 ¶ Not. primò ex † hoc text. quòd vſus actionum de iure Cano. non eſt ſublatus, ſicut de hoc ſuprà diximus in cap. Dilecti. ſuprà eod.

2 ¶ Secundò not. ſecundum. Panor. hic, quòd † ſi de ineptitudine intentionis ipſius Actoris cōſtet, antequam liqueat de iure ipſius, ſimpliciter ferēda eſt abſolutoria pro Reo, nec quidquam pronunciatur pro Actore, niſi quòd ei reſeruari poteſt, vt proponat poſtmodū aptam actionem, vt hic & hoc non ha-

3 bet dubiū, ſed de hoc dubitatur, Si † intētio Actoris inepta eſt, reſpectu ipſius conuenti, vtputa, non probauit Reum poſsidere, & tamen ex actis conſtat de iure

iure ſuo, hoc eſt, rem petitam ad ſe pertinere, vtrum quoque debeat tantùm ferri abſolutoria, an verò vnà cum abſolutoria poſsit etiam ſuper iure Actoris pronunciari, & ipſe nihilominus declarari dominus.

¶ Et in hac quæſtione, licet Panor. ſimpliciter pro parte affirmatiua decidat, ſunt opiniones. Nam primò videtur, quòd tantùm debeat ferri abſolutoria, nec procedi ad declarationem domi-nii. hoc probatur, quia clariſs. iuris eſt,
4 † quòd duo requiruntur copulatiuè ad hoc, vt rei vendicatio locum habeat. Primum eſt à parte agentis, vt ſcilicet ipſe ſit dominus: A parte Rei ſiue conuenti requiritur, quòd ipſe ſit poſſeſſor. l. Si in rem. & l. Officium. ff. de rei vendicat. Et, ſi vnum ex iſtis duobus deficit, licet aliud ſit probatum, tantùm debet ferri abſolutoria, nec procedi ad declarationem dominii, vt habetur in c. Rainaldus. §. Cæterùm, iuncta glo. in verb. Cùm nihil de petitis. infrà. de teſt. & in. l. Qui petitorio, in pri. ff. de rei vend. Quia ibi dicitur fruſtra eum rei vendicatione experiri, qui non probat poſſeſ. aduerſarii. Et hanc opin. vt refert Ang. in. §. Omniũ, in vlt. q. Inſt. de actio. tenet Flor. in. l. Circa. ff. de probat. & videtur ſequi Bal. in l. Licet minimum. ff. de petit. hæred.

¶ In contrarium facit tex. notab. & aureis literis ſignandus, ſecundum Bart. ibi in. l. Si à te. §. Si quis fundum. ff. de except. rei iudic. ſecundum tertiam & notabiliorem Lecturam ibi, quia ſecundum illam Lecturam habetur ibi, quòd Actor intentauit rei vendicatio. contra Titium, probauit dominium à parte ſua, poſſeſsionem verò à parte Rei non probauit, & tamen fertur ſententia in fauorem vtriuſque, hoc eſt, Actor declaratur dominus, quia dominium pro parte ſua probauit, & Reus abſoluitur, quia poſſeſsio contra ipſum non eſt probata. Idem decidit Ang. in dicto. §. Omnium, in l. Cogi, in fi. C. de petit. hæred. Bart. in dicta. l. Si à te. Panor. & Felin. hic. Nec obſtant huic opi. tex. in dicto c. Rainaldus. & in d. l. Qui petitorio. Quia primò reſpondetur ad d. c. Rainaldus, quia non habetur, quòd declaratio in fauorem Actoris fieri nõ debeat, poſſeſſ. non probata: ſed hoc, quòd Reus malè condemnatur, contra quem poſſeſsio non probata, & ad dicta. l. Qui petitorio, reſpondet Angelus, & Baldus, in præallegat. locis, quòd verum ſit quem fruſtra experiri poſſeſſ. non probata, quo ad compulſionem & condemnationem Rei, non autem quo ad dominii declarationem. dicta l. Si à te. Tu autem in hac quæſtio. ſecundum Felin. hic in effectu hoc modo diſtingue.

¶ Aut non conſtat ex actis de iure & dominio Actoris, ſiue Rei, ſed tantùm de ineptitudine intentionis Actoris, & non eſt dubium, quin Reus abſoluatur, nec procedatur vltrà ad declarationem iuris Actoris.

¶ Aut conſtat tum de ineptitudine intentionis & iure partium ſimul, & dic.

¶ Aut conſtat de iure Actoris, Aut de iure Rei. Primo caſu diſtingue: Aut ipſe Actor poſsidet rem quam petit, & non pronunciatur ſuper iure ſiue dominio ipſius Actoris, ſed Reus ſimpliciter abſoluitur. Ratio, quia rei vendicatio Actori non competebat, propterea quòd ipſe poſsidebat. Et in hoc caſu intelligitur text. noſter. Aut neque Actor, neque Reus poſsidet rem, ſed

tertius quidam, Et dic.

¶ Aut actor ſciuit tertium,& non Reũ poſsidere,& tamen inſtituit actionem aduerſus Reum,& tantũ fertur abſolutoria,nec fit declaratio iuris Actoris, & iam ſi de conſtat,cũ Actor ſe ipſum ſciens deceperit.l.Nam & ſi Actor.ff. de rei vendica.

¶ Aut tertius poſsidet & Actor putat Reum poſsidere,& hoc caſu ſi conſtat de dominio & iure Actoris,licet intentio alioquin ſit inepta,
5 † tñ pōt ferri ſententia in fauorem vtriuſque hoc eſt,ꝙ Actor declaretur dominus,& tamen reus abſoluatur: quia hoc caſu competit Actori rei vendicatio,licet non contra reum,ſed contra alium.Et hoc caſu propriè loquitur & intelligitur,d.l.Si à à te.Sed circa hoc membrũ quæri poteſt,cuiuſnam vſus ſiue effectus ſit hæc ſententia ſuper declaratione dominii,ſi reus abſoluitur. Ad hoc
6 reſpōdetur eſſe magni effectus.† Nam ſi Reus poſtea adipiſcatur poſſeſſ.illius rei petitæ,poſsit fieri cōtra ipſum executio virtute prioris ſententię,nec poſſet ſe defendere except.rei iud.d.l. Si à te.§.Si quis fundum,in ij.reſpon. Et licet quidam hic diſputent,ꝙ hoc poſterius locum habeat, quando poſſ. ſimpliciter reperiatur penes abſolutũ ſi adeptus eſſet illam à tertio,qui forte eam tueri potuiſſet &c. Tum hæc opin.confunditur,per text.in.d.l.Si à te.Vbi eſt expreſſus caſus ꝙ abſolutus emerat rem ab alio,& tamen locũ habet præcedens deciſio.Vide Aret.in.l. Naturaliter.§.Nihil commune. ff.de acquir.poſſ.& Fel.hic. Et tantum de Actore.

¶ Secundo verò caſu, quando ſcilicet
7 conſtat ex actis de ineptitudine † intentionis Actoris, & quoque de iure Rei ſimul, hoc eſt, ꝙ Actor probauit quidem poſ.à parte Rei,nō autem dominium à parte ſua, Reus aũt probauit dominium rei,quam Actor petit, ad ſe pertinere.Quæritur an hoc caſu tantum debeat ferri abſolutoria,an verò declarari quoque debeat ius Rei.ſ. quòd ad ipſum pertineat dominium. Et in hac.qō.quoque ſunt opinio. Quidam enim ſunt, qui tenent,quòd Reus nō tantũ debeat abſolui,ſed quoque de eius iure pronunciari: & hanc opinionem tenet Felſ.hic,Inno.Anto. de But.& Io.de Imo.in.c. Ex cōqōne. ĵ.de reſ.ſpol.Bal.in.l.cũ Papinianus. ver.Ex iſta glo.C.de ſen.& interl.om. iud.& in.l.hæreditas.C.de peti.hæred. Et facit pro hac opi.tex.in.d.c.Ex cōqueſtione.Vbi expreſsè habetur,quod quidam accuſabat matrimoniũ, quod habebat cum vxore ſua propter conſanguinitatem, Ipſa autem oppoſuit excep.ſpoliationis,& probat eã:& pronunciatũ eſt, ꝙ debebat reſtitui,licet ipſa rea eſſet.

¶ Secundò facit ad hoc tex.in.l.Circa. ff.de probat.Vbi eſt apertus tex.quod patronus egit contra quendã,& petebat declarari quod libertus ſuus eſſet, Reus oppoſuit excep.ingenuitatis,& probauit eam,decidit text.ferendam eſſe ſententiam ipſum ingenuum eſſe. Et dicit ibi glo.in ver.Iuris,idem eſſe dicendum in aliis caſibus.Et habet bonam rationem.Quia ſi ſuper iure Rei non debeat pronunciari,fruſtra admitteretur ad probationem iuris ſui,cũ propter defectum probationis Actoris abſolueretur,etiam ſi ipſe nihil probaret.l.Qui accuſare.C.de eden.Et hæc opi.vt refert Ioã.de Imo.eſt communis

nis.Et vide multa concord.in apoſtil. ad Panor.in.d.c.Ex conquæſtione. in verb.Tenet.

¶ Contraria opinio eſt, ꝙ tantum debeat ferri abſolutoria pro Reo,nec debeat ferri declaratoria ſuper iure ipſius,etiam ſi probauerit. Et hanc opinionem tenet Hoſtien.Ianor.& Henr. Bo.in.d.c.Ex cõqueſtione.& probatur per tex.expreſſum,in.c.Cum dilectus. ĵ.de ord.cogn.Vbi expreſsè deciditur, ꝙ tum demum reſtituitur ſpoliatus ,ſi reſtituitur per viam actionis petitur, non autem ſi per viam exce.Secundò facit pro hac opi.glo.in.d.l.Papinia.in verb.Condemnare.C.de ſent.&c.quæ dicit,& ſuper iure Rei non poteſt pronunciari,niſi in cauſa reconuentionis. Et habet hæc opin.quoque opt.rationem.Nam certum eſt,ꝙ Reus,inquan-

8 tum † Reus tantũ vtitur exceptionib⁹ & defenſionibus, quæ in illum finem proponuntur, vt Actoris intentio excludatur.iux.l.ij.cum ſimilib.ff.de excep.Ergo Rei excep.non poſſunt hoc operari ,ꝙ virtute earum quis condẽnetur,propter Reg.quæ habet: Quod

9 † eadem res non poteſt operari duos contrarios effectus,vt no.in.d.c. Cum dilectus.Exceptio aũt operaretur duos contrarios effectus,ſi per ipſam poſsit ſuper iure pronunciari, & Actor condemnari, quia exceptionis Rei finis eſt, vt impetret abſolutionem. Ergo

10 &c. Secunda ratio eſt, quod † nulla ſententia definitiua ferri poteſt in aliqua re, niſi ſuper ea ſit libellus oblatus,& lis conteſtata.vt.ĵ.per tot.Vt lite non conteſta.Sed Reus,inquantum Reus,& excipiendo non offert libellũ nec ſit ſuper eius excep.litis conteſtatio,Ergo quoque ſuper eius dominio per viam excep.deducto & probato non poteſt pronunciari, & alioqui

11 dici ſolet,ꝙ ſicut ſententia † condemnatoria debeat eſſe conformis libello. l. Vt fundus.ff. Communi diuid. Ita quoque ſentẽtia abſolutoria debet eſſe conformis except.in qua de ſui natura tantum petitur abſolutio.d.l.ij.ff. de except.

¶ In hac opinionum diuerſitate ſecũdum Panor.& Hen.Bo.in.d.c.Ex conqueſtione ,dici põt ,ꝙ ſecunda opinio de rigore Iuris & regulariter vera ſit, & ꝙ in quibuſdam caſibus fallat. Vt

12 primò in actione† confeſſo.& negato. in quibus videtur libellus oblatus & lis conteſtata, ſuper iure partis vtriuſque,& vtriuſque Ius videtur in iudicium deductum.

¶ Secundò,in cõmunibus Iudiciis, vt Fami.her.Cõmuni diui.& Finiũ regũ. In quibus vterque eſt Actor & Reus, vt habetur.in.c.Ex literis.ĵ.de pro.

¶ Tertiò in terminis.d.l.Circa vbi eſt caſus ſpecialis fauore libertatis.

¶ Quarto,quãdo Reus offert ſe probaturum dominiũ rei petitæ ad ipſum ſpectare,tali pacto inito cũ Actore,ꝙ ſi probauerit,res petita ſibi adiudicetur: & ita intelligitur gloſſ.in .d.l. Circa.

13 ¶ Quintò,in cauſis †Matrimonialibus in quibus caſibus loquitur.d.c.Ex conquæſt.Quia in his cauſis non attenditur rigor Iuris, neque proceſſus ordinarius , ſed procedit de ſimplici & plano, & adeo non ſeruatur ,ꝙ etiã ſententia non tranſeat in rem iudicatã.c. Lator.ĵ.de ſent.& re iudi.Idem dicunt de quibuſdam aliis cauſis, & præſertim de his, circa quæ vertitur periculum animæ. Et ſic ſecundum eos

e 3 iura

iura pro prima opi.adducta tantū cō-
tinent caſus ſpeciales à regula,quæ cō
prehenditur in ſecūda opi.Io.de Imol.
dicit,primam opinionem ſapere æqui
tatem,ſecundam verò rigorem , & ꝙ
communiter tenetur prima.Sed Bald.
poſt Iac. Butr.in.d.c. Ex conquæſtio.
melius reſpondet,quā alii & ex eius re
ſponſione poteſt ſatisfieri rationibus,
quæ pro vtraque opinio.adductæ ſunt
14 Dicit enim, quando † Reus per viam
excep.probat dominium vel ius ſuum
tum in ſententia dominium ſeu ius
probatum nec omnino præteriri,neq;
etiam expreſſe ei adiudicari debet.

¶ Præteriri non debet,propter rationē
pro prima opinione adductam . ſ.ne
fruſtra ſit grauatus onere probādi do-
minium,Adiudicari quoque non de-
bet,propter rationem pro ſecūda opi-
nione adductam,ſcilicet ꝙ non obtu-
lit libellum , nec eſt lis ſuper eius pe-
titione conteſtata. Igitur eligenda eſt
media via,in qua vtraque ratio mili-
tare poſsit,ſcilicet ꝙ Reus abſoluen-
dus eſt,non ſimpliciter,ſed cū clauſu-
la.quia probauit dominium , ſiue ius
ad ſe pertinere,& ſic verba ſententiæ
ita poterant eſſe concepta: † Abſoluo
Titium,quia probauit dominium &c.
Quæ ſententia abſolutoria cum tali
16 cauſa inſerta prodeſſet Reo, † ſi poſt-
ea caderet à poſſ.hoc eſt.ꝙ virtute ta-
lis ſententiæ poſsit intentare actionē.
l.Sed & ſi poſſeſſori,in ver.Proinde.ff.
de iureiu.l.Eum qui.§.Si petēti. ff.de
public.in rem act.Et hæc concordia
opinio.tanquam æquiſ.ſecundū Bald.
tenenda eſt.

¶ Tertio no.ex hoc.tex.hic,in.§.Quia
17 cum teſtes,† ꝙ quis videtur confiteri,
quod in articulis,ſuis ponit.Nā hic
tex.poteſt intelligi etiam in hoc caſu
quod teſtes nondū erāt examinati, ſed
tantū Articuli exhibiti,in quis Actor
ponit,ſe eſſe in poſſeſ.iuris patronatus
ſed hoc notab.non pertinet propriè ad
propoſitum.c.noſtri,propterea diffuſè
non diſputabimus.Vide tu doct.hic,&
in.c.j.de confeſſ.in.vj.& in.Cū in po-
ſitio.de iureiu.in.vj.& in.c.ſi.cū ſimili.
j.de confeſ.

18 ¶ Quartò no.ex tex.hic,ꝙ ex † pro-
ſitione actionis vel intentionis ineptæ
quis non perdit cauſam,ſed tantū fru-
ſtratur inſtantia iudicii,ideo poteſt re
dire cum alia apta actione . Text .eſt
hic perpetuò ad hoc notan. Et hoc ha-
19 bet locum.etiam ſi inepte † agens ter
fuiſſet repulſus,quia nihilominus po-
terit redire ad congruam actionem.
Tex.eſt in ſimili in Cle.ſi.iunc.glo. in
verbo,ineptè.de appella. Condēnatur
tamen Reo in expenſis ,quotieſcūque
proter ineptitudinem repulſus fuerit
per ea,quæ no.in.l.Non ignoret ,cum
ſimilibus.C .de fruct.& lit.expen. Et
ex hoc colligunt doct.poſt Cy.& Bal.
in.l.ij.C.de proba.Si in inquiſitione,
20 vel † accuſatione dictum eſt de per-
cuſsione cum ſanguinis effuſione,poſt
ea tamen probatur tantum de percuſ-
ſione, debet ſequi abſolutio. Tu vide
de hac.q.Docto.hic. Et prædicta om-
nia vera ſunt ſecundùm primum in-
tellectum.

¶ Secundus vero intellectus eſt,quòd
non tantum intentio Actoris erit in-
epta,ſed etiam Actio,quia intendebat
rei vendica.quæ pro iure patronatus
non poterat competere.Hoc probatur
primò: Quia ius patronatus eſt ius
quoddam incorporale, vt not.per dd.
in.§.æquè.Inſt.de act.& per Bal.ſuper
Rubri.

Rubr. C. de ſer. Sed pro rebus incorporalibus non datur rei vēdicatio, ſed tantùm pro rebus corporalibus. d. §. Namque agit, ibi, veluti ſi rem corporalem poſsideat. Inſtit. de actio. l. Vendicatio. ff. de rei vend. Ergo rei vendicatio ineptè eſt pro iure patronatus intentata.

¶ Secundò probatur, quod res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ vendicari nō poſſunt, quia in nullius dominio ſunt. l. in rem. §. Loca ſacra. ff. de rei vendic. Ergo ius patronatus tanquam res ſacra quoque non potuit vendicari.

¶ Sed tamen hic intellectus commu-
21 niter reprobatur. Nam † ius patronatus Eccleſiæ licet ſit res ſacra, poteſt variis modis vendicari. Nam primò licet res ſacræ vendicari non poſsint, tanquam noſtræ, poſſunt tamen vendicari pro iure, quod in eis habemus, adiecta cauſa de iure Cano. ſecūdum glo. Bartol. & alios, & d. §. Loca ſacra. & eſt de hoc tex. in c. Venerabilis. ij. de excep. Vbi Epiſcopus vendicat Eccleſiam propter ius ſibi cōpetens in illa Eccleſia. Et fa. ad hoc tex. in l. Qui tabernas. ff. de contrah. empt. & l. Si domus. §. Si fundus, de leg. j.

¶ Secundò, licet pro huiuſmodi rebus non detur directa rei vendi. cōpetit tamen vtilis rei vendi. pro iure ꝙ quis habet in illa re. l. Sācimus, la. j. ibi modis omnibus vendicari. C. de Sacro. Eccl. Tertiò, licet regulariter pro incorporalibus non detur rei vend. d. l.
22 Vendicatio, Tamen † vbi incorporalia veniunt acceſſoriè ad corporalia, vnà cū corporalibus quoque poſſunt vēdicari, Arg. l. j. §. Planè ſi quæ res. & §. ſi fundus. ff. de vi & vi arm. Ibi enim habetur, licet interdictum Vnde vi. non detur pro rebus mobilibus principaliter, tamen in conſequentiā datur, quando accedunt rei immobili. Item hic dicendum: & hoc tenent hic Inn. Io. de Imo. Pan And. Bar. & Feli. Spec. in tit. de relig. domib. ver. Illud aūt. & vide hic iura concor. per. Feli. alle. Igitur poterit rei vendicatio intentari, ſi modo poſſeſsio à parte Rei potuiſſet probari, & ſic ſecundus intellectus non procedit.

¶ Io. de Imo. poſt Inno. ponit tertium intellectum, ꝙ nomen. Vendicatio, ponatur impropriè pro actione quadam reali, & non pro rei vendi, ſed improbatur, quia proximè dictum eſt, quomodo intelligatur vendicatio. Idē reſpondetur ad expoſitionem Inno. qui exponit, Vendicatio. i. actio confeſſoria. Non enim eſt opus iſta expoſitiōe cum detur vtilis rei vendicatio, vt dictum eſt.

23 ¶ Quartò no. ꝙ † non tantū res mobilis, ſed etiā immobilis pōt ſequeſtrari propter ius incorporale, ꝙ in re immobili alicui cōpetit, vt hic patet in verb. Eccleſiam eandem ſequeſtratā. Quinto īducit hic Pan. hūc tex. ad practica, qū. ſ. apparet Actoris intentionē eſſe ineptā, debet Iudex Reum nō ſimpliciter abſoluere, ſed adiecta cauſa, ꝙ Actoris intentio inepta ſit. Et ſic ſecū dum eum vult hic tex. ꝙ Iudex in ſententia debeat exprimere cauſam abſolutionis. & pro hac opi. fa. text. in §. Oportet, iunc. gl. in ver. Sua, in Aut. de iud. vt nulla, Col vj. Vbi dicitur, quā iudex vult aliquem abſoluere ab expenſis debet hoc exprimere. Et dicit Anto. de But. ꝙ aliter non abſolutio, niſi cauſa exprimatur: & dicit idem tenere Ioan. Andr. in c. fina. ij. de dol.

& contu. Sed in contrarium eſt tex. expreſſus in cap. Sicut. ĵ. de ſen. & re iudi. Ideo dicũt Bar. Bal. & alii dd. in l. Qui teſtamenta. §. Item quæro. ff. de excuſ. tut. Iudicem eſſe fatuum, qui in ſententia exprimit cauſam. Nihil enim aliud facit, niſi quod occaſionem præbet calumniandi & diſputandi de cauſa ſententiæ inſerta. Nec obſtat text. in d. §. Oportet, quia ibi non habetur, quòd debeat cauſa exprimi, ſed tantum hoc habetur ſi Iudex vult ab expẽſis abſoluere, debeat exprimere abſolutionem, nec meminit de cauſa abſolutionis. Communis tamen opinio eſt, vtile eſ-
24 ſe, quod in ſententia abſolutoria † cauſa exprimatur. Primum ideo, vt cõſtet an Reus ſit abſolutus tantum ab inſtãtia, vel an ſit abſolutus definitiuè. l. Properandum. §. Illo, iunct. g' oſſ. in verbo. Sententia. C. de iudi. Si tamen non exprimit, valet ſententia, ſecundum gloſ. in. l. j. in verbo, Nec temerè. ff. ſi menſ. fal. menſ. dix. & probatur hoc à ſimili. Nam quando tutor, vt ſuſpectus, remouetur, debet in decreto exprimi cauſa remotionis, vt inde apparere poſſit an propterea fiat infamis. necne, & tamen ſi remouetur, cauſa non expreſſa, valet remotio, & præſumitur in dubio remotus ex faciliori cauſa, quæ non infamat l. Hæ cauſæ. ff. de ſuſpect. tut. Secundò
25 † vtile eſt cauſam exprimi in ſententia abſolutoria. quia ſi Actor ex vna cauſa agens ſuccumbit, ideo quod Reus abſoluitur, poteſt ex alia cauſa agere, nec obſtat ei excep. rei iudi. l. Cùm quæritur. ff. de excep. rei iud. Ergo commodum eſſet cauſam abſolutionis exprimere, vt conſtare poſſit ex qua cauſa primum actum eſſet, & quod ex alia cauſa ſecundò agatur. glo. eſt in. l. ij. §. Senatus in verb. Id comprehendiſſe. ff. de iure fiſ. Sunt quoq; caſus ſpeciales. in quibus requiritur in ſentẽtia cauſæ expreſſio. Quia autem hæc q. propriè pertinet ad materiam d. c. Sicut. ĵ. de ſen. & re iudi. nos differemus eam. Tu interim vide dd. ibi, & Felin. & Panor. cũ addit. D. Iaſ. in l. Edita. C. de eden.

¶ Vlti. no. ex hoc text. Licet iure cautũ ſit, quod is, qui in rei vendi. obtulit ſe defenſioni rei quam non poſſidet, non debeat abſolui, ſi Actor fuit ignorans. l. Is qui ſe obtulit. ff. de rei vend. tñ hoc non poteſt verificari in eo, qui libellũ Actoris quidem ſuſcipit, & conteſtatur litem negatiuè, quia is abſolui poteſt, vt colligitur ex tex. & tex. in d. l. Is qui ſe obt. Intelligitur de eo, qui interrogatus an poſſideret, reſpondit ſe poſſidere, tamen propter affirmatiuam reſponſionem abſolui non poteſt. Secus ſi recipit libellum, & conteſtatur tantũ litem.

¶ Gloſ. in verb. Tanquam ſequeſtratã ponit definitionem ſequeſtri, quã examinabimus, quia autem hæc materia ſequeſtrationis propriè non pertinet ad hoc c. noſtrum. ſed ad tit. ĵ. de ſeque ſtra. poſſ. & fruct. nos quoq; breuiores hic erimus, & copioſius tractabimus
26 ſuo loco. Dic ergo quòd † Sequeſter in genere is dicitur, apud quẽ res, de qua duo vel plures contendunt, deponitur. l. Sequeſter. ff. de verb. ſignifi. Dicitur autem in definitione, Duo vel plures, ad differentiam depoſitarii, apud quẽ res vnius vel plurium, communis quoque deponitur, ſed talis res, de qua non eſt controuerſia. l. Licet. ff. depoſiti. Verbum autem, Contendunt, in definitione poſitum, intelligi poteſt ſiue ſit contentio iudicialis, ſiue extraiudicialis,

quia

quia ad hoc vt habeat locum ſequeſtra
tio, non eſt neceſſe quòd ſit res dedu-
cta in iudicium, ſed ſatis eſt, quòd ſu-
per eius iure poſsit diſceptari. Poteſt
enim verbum Lis, verificari etiam in
actu extraiudiciali, vt habetur expreſ-
ſe in c.Sæpe.in fi.j̄.de appell.& no.hic
in glo.dum dicit litigium. Idem tenẽt
Ant.de But.& Panor.hic.

¶ Eſt autem ſequeſtratio duplex. Vo-
luntaria,& neceſſaria. Voluntaria dici
tur, quæ fit cum conſenſu & volunta-
te vtriuſq; partis, vt no.dd.hic, & Bar.
in l.Intereſſe puto.ff.de acqui.poſſ.Et
hæc ſequeſtratio ſemper eſt permiſſa.
l.ſi ſolutus,& quæ ibi no.ff. de ſolutio.
Bart. in d.l. Intereſſe puto. Et in hac
quoq; ſequeſtratione regulariter trãſ-
it poſſeſsio in ſequeſtrum. d. l. Inter-
eſſe puto,& ibi Bar.Fel. hic. Et de hac
ſequeſtratione intelligi poteſt defini-
tio glo.hic. Neceſſaria dicitur, quæ fit
per Iudicem, partib.etiam non conſen
tientibus. Et fit duob.modis. Quando-
que enim Iudex ex officio à partibus
ad hoc non requiſitus, facit ſequeſtra-
tionem, Vt ſi videt inter duos eſſe con-
tentionem ſuper re aliqua, vtroq; con-
tendente poſſeſ. ad ſe pertinere, & eſt
timendum ne veniant ad arma & rixas
poteſt Iudex officium ſuum interpo-
nere, & rem litigioſam ſequeſtrare. l.
Aequiſsimũ, in pri.ff.de vſuf.& no.dd.
in c.ij.j̄.de ſequeſt.poſ.& fruct.Et hæc
ſequeſtratio quoq; eſt permiſſa.d.l.Ae
quiſsimum. Quandoq; vero fit talis ſe
queſtratio per Iudicem, ad requiſitio-
nem vnius partis, altera non cõſentien
te, Vt ſi Actor petit ſequeſtrari bona
Rei,& hęc ſequeſtratio regulariter pro
hibita eſt vt habetur.C.per tot. de pro
27 hi.ſequeſ.pe. Sunt tamẽ † quidã caſus
ſpeciales in quib. talis ſequeſtratio ne
ceſſaria eſt, quia ad petitionem vnius
& ſine conſenſu alterius quoq; eſt lici
ta. Vt primo quando eſt timor ne fru-
ctus depopulentur & diſsipentur. l. Si
cum dotem.§.Si autem.ver.Si verò, in
verb.Sequeſtrari, iunct.gl.ff. Sol.mat.
& in l.Imperatores.§.fi.ff.de app. Mul
tos alios caſus in quib. ſequeſtratio ne
ceſſaria licita eſt, vide in gl.& dd.l.vni.
C.de proh.ſequeſtr. pe. per tot.&.j̄.de
ſequeſt.poſſ.

¶ Glo.in ver.Poſsidebas, quærit de ra-
tione decidendi, quare milites fuerint
abſoluti. Et reſpondet, quòd intentaue
rint rei vend. quæ non datur ipſi poſsi
denti, ſed contra poſſeſſorem: ſed ex
proceſſu apparet Actorem poſſediſſe
Eccleſiam,& fuiſſe depoſitam penes ſe
quæſtrum, Ergo neceſſe eſt quod poſſe
derit eam, aut ante ſequeſtrũ, aut poſt
ſequeſtrum. Si ante ſequeſtrum eam
poſſederit, ſequitur quod tempore litis
fuerit in poſſeſſ. cum ſequeſter nõ fiat
poſſeſſor, ſed cuſtos, niſi ſpecialiter a-
ctum ſit. Ergo neq; rei vendi. neq; poſ-
ſeſſorium recuperandæ locum habere
poteſt cum vtrunq; detur contra poſ-
ſeſſorem. Si verò poſt depoſitionem pe
nes ſequeſtrum poſſedit Actor, multò
minus illæ actiones locum habent. Er-
go meritò ſunt abſoluti milites. Addit
tamen gloſſ. quòd aliis actio. potuiſſet
Actor experiri. Nam contra ſequeſtrũ
competiiſſet actio depoſiti, contra mi-
lites verò actio confeſſo. vel nega. An
autem illa omnia vera ſint, audiemus
infra. Et primo, quod glo. in princ. hic
28 decidit † poſſeſsionem rei ſequeſtratæ
non tranſire in ſequeſtros, ſed mane-
re penes ipſum, qui ante ſequeſtratio-
nem in poſſeſſ. fuit, impugnatur, & pri

mò per glo.in Cle.vnica, in verb. Beneficium,de ſequeſt.poſ.& fruct. Dicit enim,Iura beneficii & beneficiati exercebit ſequeſter,qui poſsidet. Secundò probatur per glo.& quæ ibi no.Barto. in d.l.Intereſſe puto.in verb.Approbatum.ff.de acq.poſſ. Vbi habetur, quòd in dubio præſumitur actum quo perdatur poſſeſsio, niſi probetur contrarium.Tertiò eſt de hoc text. expreſſus in d.l.licet.in fin.ff.depoſiti. Vbi text. facit differentiam inter depoſitarium & ſequeſtrum, quod ſcilicet depoſitarius non poſsideat, ſequeſter verò ſic: & addit glo.ibi in verbo, Agitur quod hoc ſemper præſumatur,donec contrarium probetur. Idem tenet gloſſ. in l. Vnica, in verb. Sequeſtrationis. C.de prohib.ſequeſt.

¶ Dd.in hac q.ita communiter diſtinguunt:Aut loquimur de ſequeſt.neceſſaria, quæ ſcilicet fit autoritate Iudicis,etiam partibus non conſentientib. & tunc non tranſit poſſeſsio in ſequeſtrum,niſi expreſſe agatur, & in hoc caſu intelligitur glo.noſtra.

¶ Aut loquimur de voluntaria, quando ſcilicet fit vtriuſque partis conſenſu,& transfertur poſſeſſ.in ſequeſtrum & in hoc caſu loquuntur alia iura, & ita diſtinguunt Cy.in d.l.j. C.de proh. ſequeſt.pe.Bar. & alii in d. l. Intereſſe puto.Panor.Fel.& And.Barb.hic adducunt ſimile in nouatione. Nam ſicuti ſequeſtratio diuiditur in voluntariam & neceſſariam,ita quoq; diuiditur nouatio. Item ſatiſdatio &c. in voluntariam & neceſſariam. Voluntaria nouatio efficacior eſt quàm neceſſaria quia tollit omnia priuilegia antiquæ obligationis,fideiuſsionis, & oppignorationis,quod neceſſaria non faceret.l. Aliã ff.de noua.Sic quoq; voluntaria ſatiſdatio tantum aſſumitur in illo, vbi de eo conuenitur, Neceſſaria verò etiam in aliis locis.l.Si fideiuſſor.§. Si neceſſaria.ff.ſi quis cautio.Ergo meritò voluntaria ſequeſtratio efficacior quoq; eſſe debet,quàm neceſſaria, Et ſi obiiciatur.quod Iudex facit idem eſſe,ac ſi pars faceret.l.ſi ob cau.C.de euict. Reſponderi poteſt ſecundum Panor. hoc
29 verum eſſe,nihilominus tamen† latius interpretamur facta partium,quàm Iudicis. Partes enim ſequeſtrando poſſunt expreſſe conuenire, ne transferatur poſſeſ.d.l.Intereſſe puto.Vnde imputandum eſt eis, ſi ſimpliciter depoſuerint,Arg.l.Quicquid adſtringẽdæ. ff de verb. oblig. Vide dd. in præallegatis locis vt d.l.Vnica.C.de prohi. ſequæſt.pe.& infr.& in vj.& Cle. de ſequeſt.poſ.in c.Locupletari,de reg.iur. in vj.& in d.l.Licet.

¶ Secundò dicit gl.hic,in ver. Sed contra ſequeſtrum,quòd iſte nobilis pote-
30 rat agere† contra ſequeſtrum actione depoſiti. Tu in hoc membro ſecundum Io.And.Hoſt.Pan.& And. Barb. hic diſtingue:Aut conditio ſequeſtri nondũ eſt completa, hoc eſt, res ſequeſtrata nondum eſt aſsignata vincenti,Et dic: Aut ſtat per aduerſarium, quò minus impleatur illa conditio, vtpura, quod aduerſarius iudicium ſuſcipere nolit, & agitur contra ſequeſtrum præſcriptis verbis,& contra aduerſarium de dolo.l.Si oleum.in prin.ff.de dolo.Aut non ſtat per aduerſarium,& nulla datur actio vt colligitur ex d.l.Si oleum Si verò conditio ſequeſtri eſt completa,hoc eſt, ꝙ res eſt aſsignata vincenti tunc agit contra ſequeſtrũ actione depoſiti.d.l.Ei apud quem.§.j.ff.de poſ.

In

¶ In tertia parte,quæ eſt ibi, Quandoque tamen gl.dicit ꝙ contra detentorem licet non poſsidentẽ detur rei vẽ. An hoc indiſtinctè verum ſit,remittũt ſe dd.ad c.quoniam frequenter.§.quod ſi ſuper reb.j.Vt lite non conteſt.& ibi dicemus.

¶ Poſtremò vult glo.ꝙ iſte nobilis potuiſſet intentare confeſſo.& negat. ſed contra videtur,ꝙ illas acti. non potuerit intentare. Nam in confeſſo. requiruntur duo extrema, ſcilicet prædium dominans,& prædium ſeruiẽs.l.ij.ff.ſi ſer.ven.§.æquè.Inſt.de act. Sed à parte nobilis agẽtis de quo in caſu noſtro non extat prædiũ dominans, & à parte militum reorũ non extat prædium ſeruiens quia agit de iure patronatus in quadã eccleſia,Ergo non cõpetit cõfeſſoria. Negatoria quoq; ex eadẽ ratione non poteſt cõpetere,quia is qui agit negatoria prætendit ſe eſſe dominũ fundi liberi nemini ſeruiẽtis. Aduerſarius verò prætendit,illud prædiũ ſuo prædio ſeruire.d.§. Aequè ver. Et contra. Sed illa quoq; non concurrũt in caſu noſtro,& ſic patet, ꝙ in vtraq; actione tam confeſſo. quã negato. requirit̃ dominium à parte vtriuſq; hoc eſt, quod Actor ſit dominus prædii dominantis, vel in quo negat alteri ſeruitutem deberi,aduerſario negante, quæ hic non conueniunt quare neutra conuenit.

¶ Dd.hic variè reſpondent ad hanc obiect.Gof.& Hoſt.dicunt actionẽ cõfeſſo.& negato.eſſe duplicẽ: Directum & vtilem.Directã vocant quæ datur pro ſeruit.realib.vt qñ res ſeruit rei.: Vtilẽ vocant quæ datur pro ſeruitutib.perſonalibus vt quãdo res ſeruit perſonę.Et addunt ꝙ iura ſuprà allegata locũ habeant in actio.directis. In vtilib. verò non item, ſicuti videmus in conducto re vectigaliũ.l.Ei qui.ff.de ſeruit.& de poſteriori intelligitur glo. noſtra. Sed hæc ſol.nihil valet.Quia tex. in d.l.ij. iun.gl.& d. §. Aequè, expreſſe dicunt, quod actio confeſſo. & negato. directè dantur pro ſeruitutib. realib. & perſonalib. Idem habet̃ in l. Vti frui in prin. ff.ſi vſusfr.pet.Ideo Io.And. aliter reſpondet, ꝙ licet patronus non habeat dominiũ Eccleſiæ.tamen habet ius patronatus in ea,quod habet̃ loco dominii, & propter hoc ius cõpetunt Confeſſo.& Negato.Tu dic breuibus,quòd neutra iſtarũ actionum,ſtrictè & propriè loquẽdo cõpetere poſsit. Hoc pro
31 batur.Nam † ſicuti rei vend.'datur pro reb.corporalib.contra poſſeſſores,non ipſi poſſeſſori.Ita quoq; datur cõfeſſo. pro reb.incorporalib. contra dominos prædiorũ qui eos eiecerũt ex q.poſ.iuris ſeruitutis,& hoc verũ in petitorio. In poſſeſſorio verò daretur vtile interdictũ Vnde vi,vt no.copioſè Spe.in ti. de reſt.ſpol.§.Nunc dicamus.Sed quia conſtat hic ex tex.ꝙ nobilis agens erat in poſſ.iurisipatronatus, non poteſt dici quod confeſſoriam intentare potuiſſet.Si autem non fuiſſet in poſ.habuiſſet tamen illud ius,tum haberet locum deciſio gl.Quia autem vt dictum eſt, fuit in poſſeſ.propriiſsima actio fuiſſet quòd intentaſſet vtile interdictum Vti poſsidetis, in quo ſcilicet narraſſet ſe eſſe q.poſſeſſorem iuris patronatus, & per aduerſarios turbari.Hæc actio fuiſſet congrua,& de hac act.vide Spec.in d.§.Nunc dicamus.

¶ Glo.fin.diuiditur in duas partes. Secunda eſt ibi,Dicunt tamen. In prima opponitur contra text. Imò videtur,
32 † quòd Iudex nõ debuit cauſam differre,&

re,& expectare vt poſſet reum abſoluere,ſed à principio debebat ex officio ſuo libellum reiicere, per iura hic in glo.alleg.Glo.ſoluit diſtinguendo. Aut vicium libelli eſt patens,& procedit contrarium,& ita quoque dicit Inno.hic. Aut non eſt patens,& non debet in continenti rei cere, quia non debet ſupplere de facto,ſed expectare donec cõſtet ſibi de ineptitudine ex probationibus.Sed hæc ratio cum ſupletione de facto impugnatur. Nam cognoſcere an libellus ſit aptus, non dicitur ſuppletio de facto,ſed de iure, cùm iura formas actionum præſcripſerint,& Iudex ea ſupplere poteſt, quæ ſunt iuris,vt.C. per tot. Vt quæ deſ.aduo.iud.ſuppl.Ergo videtur glo. malè diſtinguere.Tu poſt Io.And. & Panor.dic in hac.q. breuib. Quandoque libelli ineptitudo conſiſtit in facto,& tunc non eſt dubium, quòd Iudex libellum ſtatim reiicere non poſſit.Exemplũ.Quãdo Actor eſt in poſſeſſ.& nihilominus intentet rei vendi. vtique ineptè agit, & hæc ineptitudo in facto cõſiſtit,quia primùm dubitatur,vtrum Actor vel reus poſsideat. Quare Iudex ſupplere non poteſt,nec ſtatim reiicere,ſed expectare debet donec conſtet ex proba.Et in hoc caſu proprie loquitur tex.noſt.& glo.

¶Quandoque verò ineptitudo conſiſtit in Iure,& tunc ſiue illa ineptitudo ſit ex iure ſcripto,ſiue conſuetudine,& Iudex ſtatim poteſt reiicere,Vt ſi quis in libello narrat,fratrem ſuum vendidiſſe domum ſine ipſius conſenſu,& petat declarari contractum nullũ eſſe, ineptitudo iuris eſſet.l.Dudum. C.de contrah.empt.Aliud exemplum habes in.l.Cæterum.§. Mala medicamenta. ff.Famil.herciſc.Idem Iuris eſt, ſi libellus eſt notoriè contra veritatem,ſecundũ Inno.in.c.j.de offi. vica. & eſt de hoc glo.in.l.Qui cùm natu maior, in verbo,Calumnioſam.ff.de bo.liber. Vide de hac.q. clopiosè Dn.Iaſ.in.l.j. ſuper gloſſ.in verbo,Libellis.ff.de off. aſſeſſ.& vide quæ diximus ſuprà in.c. Cauſam,eo.Et tantum de prima parte glo.Secunda pars eſt explicita in.c.Dilecti,ſupra.eod.

Innocentius. III.

CAuſam,quæ inter Abbatem & Conuentum Vindoñ. & Archidiaconũ Carnoteñ. ſuper quibuſdam procurationibus vertitur, vobis & Archidiacono Pariſieñ. meminimus commiſiſſe,& infrà. Quia verò, cùm eundem Archidiaconum ſimilis penè cauſa contingat,nimis fauorabilis parti alteri videretur, Nos te fili Decane,loco ipſius Archidiaconi ſurrogãtes,Mãdamus quatenus non obſtantibus prioribus literis,in cauſa ratione præuia procedatis.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Iudex habens cauſam priuatam ſimilem illi,de qua iudicare debet,eſt à iudicando remouendus.*

2 *Teſtis ex ſimilitudine cauſæ,cum producentis cauſa,à teſtimonio repellendus.*

Non

3 *Non exacta,ſed qualiſcunque ſimilitudo in cauſarum qualitate conſideratur,& hæc Iudicis arbitrio cognoſcenda relinquitur.*
4 *Cauſarum ſimilitudo duplex.*
5 *Recuſatio Iudicis & ſurrogatio,licet aliquomodo differant,tamen ad ſurrogationem non peruenitur,niſi recuſatio præceſſerit.*
6 *Similitudo cauſæ ſufficiens eſt recuſandi Iudicis cauſa.*

1 IVDEX †habens cauſam vt priuatus,quaſi ſimilem cauſæ,quam habet vt Iudex,remouetur à iudicando.h.d.ſecundum communiter.dd.

¶ Caſus. Quidam Actor impetrauit duos Iudices delegatos quorum alter, vt priuatus,habebat cauſam,quę penè conſimilis erat cauſæ Actoris, propterea Reus recuſauit eam tanquam ſuſpectam,& ſuſpitionis cauſam probauit,quòd vt priuatus,conſimilem cauſam haberet.Quærebatur,vtrum ex tali ſimilitudine cauſarum ſufficiẽs oriatur ſuſpitio contra illum delegatum, ita quòd recuſari,& alius in eius locũ ſurrogari debeat.Et videtur primò,ꝙ non.Quia certũ eſt,ꝙ Iudices tenẽtur iudicare ſecundũ.ll.& non ſecundum exempla:nec etiam debet eos mouere ſententia in ſimili cauſa lata,per tex. in.l.Nemo.C de ſen.& interlo.om. iudi.Quare etiam ſi is delegatus, vt priuatus litigans coram alio Iudice obtinuerit ſententiam,illam ſequi non tenetur,ſed debet illa non obſtante, ſecũdum.ll.iudicare, quare nulla videtur ſubeſſe efficax ſuſpicio.

¶ Contrarium decidit tex.noſter,quòd ſcilicet in locum delegati penè conſimilẽ cauſam habẽtis, alius ſurrogari debeat:& addit gl.hic in prima parte rationẽ decidendi.Quia ex illa cauſarum ſimilitudine præſumptiuè magis 2 fauet parti†conſimilem cauſam habẽti,& propterea facilius pro ea fert ſententiam. Secundò fortificat hoc glo.à ſimili,quia teſtis conſimilem cauſam habens,repellitur à teſtimonio.c. Perſonas,infr.de teſtibus.Ergo Iudex quoque debet repelli à iudicando,per tex. hic. Quia autem ſecundum Inno.& alios.dd.hic,vix aut rariſsimè inueniũtur cauſę omnino ſimiles in omnibus circunſtantiis,igitur ne hæc Decretal. 3 ſit ſuperflua,& ſine effectu†ſatis eſt ꝙ aliquo modo ſit ſimilitudo,ſicuti patet hic ex text.in verbo,Penè,quod nõ requirit omnimodam ſimilitudinem. Quę autem cauſa dicatur ſimilis,relinquitur arbitrio Iudicis,ſecundum Innoc.Io.de Imo.Panor.& And.Bar.hic. Et pro intellectu huius materiæ,dic ſecundum gloſſ.hic in ſecunda parte, ꝙ 4 † ſimilitudo cauſarum eſt duplex. Quædam enim cauſæ ſunt inter ſe ſimiles in genere,vt ſi delegatus haberet cauſam decimarum,vel beneficiorum, & pars coram eo litigans quoque haberet huiuſmodi cauſas,hęc ſimilitudo nihil obeſſet delegato,ſecundum primã Lecturam approbatam ab ipſa gloſſ.& dd.Quædã verò ſimilitudo cauſæ eſt in ſpecie,vt quia Iudex habet vt priuatus,cauſam ſuper exceptione,& cõmittitur ſibi ſimilis cauſa ſuper exceptione,Vel ipſe litigat ſuper quibuſdã verbis priuilegii,& pars ſuper ſimilibus verbis &c.tunc,quia Iudicis cauſa quam habet cum alio,fortior fieret,repellitur.Et dicit Anto.de Bur.tunc ſimilitudinem cauſæ dari,quãdo ex deciſione cauſæ corã Iudice cõcluditur ad deciſionem cauſæ,quã habet vt priuatus.Quia qua ratione putat æquum quod

quirere intendentes, & procedentes etiam ad receptionem teſtium, lite nondũ ſuper eodem negotio cõteſtata. Quare prælatus electus noſtram audientiam appellauit, & infrà. Quia vero non in modũ inquiſitionis, ſed commiſsiónis, negotium extitit delegatum, Mandamus quatenus, ſi ex dictis grauaminibus, vel aliquo ipſorum appellatum conſtiterit, reuocato in irritũ quicquid poſt appellationem huiuſmodi inueneritis attentatũ, in cauſa ipſa iuxta priorum continentiam literarum, ratione præuia, procedatis.

SVMMA CAPITA.

1 *A Iudicibus de principali negocio, & præiudicialibus exceptionibus ſimul cognoſcentibus, vel teſtes lite non conteſtata, recipientibus. iure ſit appellatio.*

2 *Inquiſitores etiam ante litis conteſt. teſtes recipere poſſunt.*

3 *Per verbum, inquirere, commiſsioni inſertum nouus procededi modus non videtur inductus.*

4 *Inquiſitio quando & vbi fieri cenſeatur, & debeat.*

5 *Verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda.*

6 *Iudex largo modo poteſt dici inquiſitor, eò quòd cũcta rimari, & veritatẽ eruere debeat.*

7 *Iudices & inquiſitores quid differant.*

8 *Delegationis verba licet contra ordinem iuris ſonent, nihilominus tamen à Iuris ordine recedendum non eſt.*

9 *Super negocio principali & præiudicialibus exceptio. non eſt recedendum.*

10 *Inquiſitor ante litis conteſt. teſtes recipere nõ debet, vbi pars non eſt contumax.*

11 *Excommunicationis exceptione excommunicatus etiam à iuris publici. non ſolũ priuati, proſecutione repellitur.*

12 *A ſententia nulla poteſt appellari.*

13 *Omnes ne, quorum interſit, ad actum vocãdi.*

14 *Conſpiratio quædam eſt licita.*

25 *Inimicitia vnde vel quando cenſeatur cauſari.*

16 *Proceſſus iſte, cuius hoc. c. mentionem facit, an ipſo iure, etiam ſine appell. ſit nullus.*

17 *Forma dat eſſe rei.*

18 *An & quando Iudex ſuper principali negotio, & vnà ſuper except. præiudicialibus procedere poſſit.*

19 *Iudicis incompetentis ſententia lata licet ſit nulla. ſi tamen per interlocutoriam competens pronunciatus ſit. & pars non appellauerit, poſtea omnes ipſius ſententiæ valent.*

20 *Ordo iudicij duplex.*

21 *Omiſsio vel peruerſio ordinis ſubſtantialis, viciat proceſſum.*

22 *Litis conteſtatio eſt de ſubſtantia ordinis, & illius omiſsione viciatur proceſſus.*

23 *Litis tamen conteſtatio in quibuſdam cauſis non eſt neceſſaria.*

S 1 † Iudices de principali & exceptionibus præiudicialibus ſimul cognoſcunt, vel ſuper principali, lite non conteſtata, teſtes recipiunt, licitè ab eis appellatur. h. d. ſecũdum communiter Doct. Caſus. ¶ Quidam erat electus in Epiſcopum à maiori parte Capituli, cui electo Archidiaconus & alii Canonici eiuſdem Eccleſiæ oppoſuerunt & impetrauerunt contra ipſum Iudices delegatos. In delegatione autem ſiue commiſ-

putatio ſuper exceſsibus,ſed de electio ne,Quare non potuit eſſe inquiſitio. Quartò,quod non ſint inquiſitores patet ex eo,quod in cōmiſsione erat hæc clauſula,Vocatis vocandis &c. qui inquiſitor non tenetur vocare. Nec obſtat verbum,Inquirere, in commiſsio-
5 ne poſitum,quia † verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda ſunt. c.
6 Cauſam ſupr.de reſcrip.Et † Iudex largo modo pōt dici inquiſitor, & in cauſa ſibi cōmiſſa Inquirere. Debet enim Iudex cuncta rimari, & ad veritatem inquirendam poteſt partes in quacunque parte iudicii interrogare.c.Iudicātem.xxx,q.v.l.Vbicunque ff. de interrog.act. Quare illud verbum in commiſsione poſitum non potuit inducere inquiſitionem, qua iudex ex officio
7 procedit.† Et ſic ſtat quòd Iudices ſunt & non inquiſitores.Quia ergo Iudices ſunt, ſequitur quod debuerint ſeruare ordinem iuris ſed illum ordinem non obſeruauerunt,quia in principali ante litem conteſtatam teſtes receperunt, quod eſt contra totum tit.infra.Vt lite non conteſta. Præterea confundebant negocium principale cum exceptionibus præiudicialibus, in quo erant ſibi ſibi ipſi contrarii,quia dilatoriæ,& præiudiciales exceptiones dicunt non procedendum , Proceſſus autem in negocio principali dicit eſſe procedendum, exceptiones reiiciendas eſſe. Nam procedendo ad vlteriora videtur repellere dilatorias exceptiones,vt no.in cap. Cùm ſuper Abbatis,ſupr.de off.deleg. Præterea certum eſt,quòd delegati diligenter cuſtodire debeant fines mandati.c.Cùm dilecti ſupr. de reſcript. c. Venerabili,ſupra de offic. delega. Sed mandatum habebant quòd vocarent vocandos,& cognōſcerent de cauſa &c. vt patet hic ex tex. per quod conſtituti ſunt Iudices , Ergo debebant ordinem
8 Iuris ſeruare.Imò etiamſi † verba delegationis viderentur eſſe contra Iuris ordinem , tamen ab ordine Iuris non eſſet recedēdum.c.Cauſam quæ ſupr. de reſcrip.Sed eſto quòd fuiſſent inquiſitores,adhuc tamen non debebāt præiudiciales exceptiones & negociū principale commiſcere , nec teſtes ante litē
9 conteſtatam recipere , & † quod ſuper præiudicialibus exceptionibus,& negocio principali ſimul procedere non debuerint,probatur per text. in c. Cùm
10 oporteat,infr.de accuſa. Quòd † enim ante litem conteſtatam teſtes examinari non debeant,probatur. Quia inquiſitor ante litem conteſtatam nō poteſt recipere teſtes , niſi pars ſit contumax. d.c.Quoniam frequenter.§.Sunt & alii tunc glo.in verb.Inquiſitio infr.Vt lite non conteſta.c.Qualiter & quando. el.ij.§.Debet , infra de accuſa. Sed iſte electus non erat contumax , Ergo &c. Quare ſequitur,quòd illi delegati malè ſint interlocuti , & quòd appellatio interpoſita valuerit,& per conſequens omnia irritanda ſint,quæ poſt appellationem interpoſitam fuerant attentata l.Vnica.ff.Nihil inno.appel.pend.cap. Ex parte M.infr.de appella. Vide Panor.hic,in ij.not.& in ver. Quæro quare iſti Io.de Imo,in ver.Item not.quòd licet,cum tribus notab.ſeq.And.Barb. in v.not.& in ver.not. quod proceſſus, cum verſ.ſequentibus. & dd. in d. cap. Quoniam frequenter.§.Sunt & alii.Et per hoc ſit explicata gl.in verb. Inquirerent,& verb.Peruertendo.
11 ¶ No.primò ex tex.hic † quod exceptio excommunicationis repellit excom-

municatum, nedum à proſecutione iuris priuati, ſed etiam à proſecutione iuris publici. c. Dilecti, & quæ ibi not. infrà, de exceptionib.

12 ¶ Secundò not. quòd † à ſententia nulla appellari poteſt, quia hic erat nulla, ideo quia teſtes recepti erant ante litẽ conteſtatam, & tamẽ appellatio eſt interpoſita. Sed tamen de hoc infrà.

¶ Tertiò not. quòd iudex poteſt interloqui de modo procedendi.

¶ Glo. in verbo, Euocandi, ponit Reg. Tu pro intellectu iſtius Reg. dic, quãdo quæritur, †. an omnes vocandi ſint,
13 quorum intereſt, vel quos negocium tangit, diſtingue.

¶ Aut tangit quoſdam tantùm incidẽter, & non principaliter, vt ſi quis non liberos habens condiderit teſtamẽtum, & in eo inſtituerit hæredem Titium, & ſubſtituerit ei Sempronium, eo mortuo, quãdo dubitatur, vtrum vxor eius ſit prægnans, & an ſperetur poſthumus &c. citandus eſt tantùm inſtitutus, non autem ſubſtitutus, licet negocium tangat eum, ſed incidenter, per text. in l. j. §. Denunciari. ff. de ven. inſpi. & decidit Bal. in l. Nam ita diuus. ff. de adoption. & ſuper Rub. C. de ſuccel. edic. & in l. Si curatoris. C. de iure delib.

¶ Aut tangit eos principaliter, & ſunt vocandi. De modo autem, quo ſint citandi, diſtingue.

¶ Aut ignoratur quę nam ſint illæ perſonæ, quæ intereſſe habent, & citabũtur per publicum edictũ, his verbis, vt ſcilicet compareant quicunq; putauerint ſua intereſſe. c. fi. infr. de elect. in vj. & c. Tria. & quæ ibi not. Inno. & alii, infr. Qui matrimo. accu. poſ. Aut dubitatur de perſonis, vtrũ habeant intereſſe, & quoq; citãdæ ſunt ſpecificè, ſub conditione, vt veniant ſi eos negocium tãgat. glo. in l. Ea quidem, in verb. Non contineant. C. Si mancip. ita ve. vt manu. Aut conſtat de perſonis quas negocium tangit, & debent ſpecificè citari. c. Quod omnes, infr. de reg. iur. in vj. c. Ad hæc, in fi. ſupr. de offi. Archi. Vide dd. in prælleg. & And. Barb. hic, qui ad hoc allegat multas concord.

¶ Quæ tex. hic & glo. dicunt de conſpiratione, tu intelligas de qualibet conſpiratione, ſiue ſit licita, ſiue illicita.

14 † Sunt enim quædam cõſpirationes licitæ, vt quia Canonici iurant & ſtatuunt, quòd teneant ſe ſimul, & nõ permittant prælatum dilapidare, vel extraneum non admittant, vel hæretico non obediant, & his ſimilia, quæ cõſpiratio licita eſt, per tex. & glo. ibi, in c. Sanè Theſſalonicẽſes, xvj. q. vij. Et tamen hoc modo conſpirans non admittitur ad accuſationẽ illius, cõtra quem

15 conſpirauit. Nam † ad cauſandam inimicitiam non inſpicitur, an præceſſerit cauſa licita, vel illicita, ſed an præceſſerit tale quid, quod poſſit prouocare ad inimicitiam alterius animum, vide quæ not. in c. Meminimus, & in c. Repellantur, infr. de accuſat.

16 ¶ Sed nunc quęritur poſt glo. † Vtrum proceſſus, de quo in terminis c. noſtri, fuerit ſimpliciter nullus, etiam ſine appellat. an verò valuiſſet proceſſus, ſi nõ fuiſſet appellatũ. Et primò, quòd proceſſus fuerit ſimpliciter nullus, recenſentur tres rationes.

¶ Prima eſt, quòd iſti delegati exceſſerint fines mandati, & commiſſionis, quam habebant.

¶ Secunda eſt, quòd proceſſerint ſimul ſuper negocio principali, & exceptionibus præiudicialibus.

Tert

¶Tertia eſt, quòd ante litem conteſtatam receperint teſtes in cauſa principali &c.

¶Quod ad primam rationem attinet, certū eſt, quòd propter eam proceſſus nō ſit nullus. Quia nō poteſt dici, quòd illi delegati in aliquo exceſſerint formam Mandati. Hoc patet inde, quia in ipſorum cōmiſſione non erat expreſſa aliqua formula, quā ſeruare deberent. Sed tātum inerat clauſula: Vocatis vocandis &c. Quæ verba non poſſunt inducere nouam formam, cùm alioqui ex diſpoſitione Iuris hoc inſit, vt not. Inn. in c. Prudentiam, ſupr. de offi. deleg.

¶Secundò, eſto quòd hæc verba inducerent nouam formā, tamen iſti delegati ſeruaſſent illam formam, quia vocarūt vocandos, vt conſtat ex text. hic.

¶Tertiò, apparet hic in text. expreſſe, quòd illi delegati non ſint ideo reprehenſi, quòd formam eis traditam tranſgreſſi fuiſſent: ſed in hoc reprehenduntur, quòd Iuris ordinem peruerterunt. Igitur nōn eſt dubium, quòd propter hanc rationem proceſſus nō fuerit nullus, & ſic ſi nulla alia ratio extaret, fuiſſet appellatio neceſſaria.

¶Secunda ratio diſputatur pro & contra. Quidam enim ſunt qui diſputant proceſſum ex illa cauſa ſimpliciter eſſe nullum, & probant his fundamentis.
17 Et primò per Reg. † Quòd forma dat eſſe rei, qua mutata, ſubſtantia quoque mutata eſſe cenſetur. l. Iulianus, cum ſimilibus. §. Si quis rem. ff. Ad exhib. Forma autem proceſſus eſt, quòd præiudiciales exceptiones diſcutiantur primùm, vt hic in verb. Peruertendo. Ergo proceſſus habitus contra illam formam Iuris, eſt nullus, per text. in cap. Cùm dilecta. & quæ ibi not. ſuprà, de reſcriptis. & infr. per totum. de ord. cognit. & eſt text. de hoc expreſſior in l. Prolatam. C. de ſentē. & interloc. omn. iud. Vbi dicit tex. prolatam ſententiam contra ſolitum Iudiciorum ordinem, autoritatem rei iudicatæ non obtinere. Et hanc opinionem tenet hic Hoſtien. & Anto. de But. & idem in c. Tuam, infrà, de ord. cogni. Præſertim ſi idem iudex procedat ſuper vtroq;. Ang. in l. Si quæramus. ff. de teſtamen.

¶Contrarium decidunt hic D. Cardin. Panorm. Felin. & Andr. Barb. hic, quòd ſcilicet proceſſus non ſit ipſo iure nullus ob hanc cauſam ſolam, ſed debeat appellari, ſi quis ſenſerit ſe grauatum. Sed omiſſis ſuperfluis poteſt in hac quæſtio. breuibus concludi, quòd hic duo conſideranda ſint. Primum eſt,
18 quando † Iudex interloquitur, procedendum eſſe ſuper præiudicialibus exceptionibus, & ſuper negocio principali ſimul. Secundum eſt, quando Iudex non interloquitur, ſed ſine aliqua interlocutione procedit ſuper præiudicialibus exceptionibus, & principali ſimul.

¶Quod ad primum attinet, dici poteſt, quòd talis interlocutoria Iudicis valeat, ſi non appelletur, quia poteſt ſaluari & interpretari. Et hæc eſt ſententia Areti. hic, quam refert & ſequitur Feli. Et eſt ratio, quia ſi pars à tali interlocutoria non appellauit, per hoc videtur aut interlocutoriam approbare, aut iſtis exceptionibus renunciare, vt probatur à ſimili. Quia certum eſt,
19 † quòd Iudicis incompetentis ſententia non valet, vt C. per totum. Si à non competen. Iud. iudica. & tamen, ſi pronunciat ſe Iudicem competentem eſſe, & non fuerit appellatum à tali inter-

locutoria, tunc valent omnes aliæ ſen
tentię poſtea ab ipſo latę, vt no. in. l. ij.
ff. Si quis in ius vo. & no. Inn. in. c. Præ
terea. j. de dila. Ad huc membrū perti-
net deciſio tex. c. noſtri.

¶ Secundo caſu dici poteſt. Aut partes
ipſæ non faciunt, ꝙ in principali face
re tenentur, hoc eſt, non iurant de ca-
lumnia, neque conteſtantur lité & tūc
ſi Iudex procedit in præiudicialibus
& principali, proceſſus eſt nullus, non
quidem ex illo capite, ꝙ illa coniungā
tur in proceſſu, ſed ideo quia ſubſtan-
tialia proceſſus omittuntur, vt litis
cōteſtatio &c. Et de hoc infrà. Aut par
tes faciunt ꝙ in principali facere tenē
tur, vt quia conteſtantur litem &c. &
valet proceſſus, ſi non appellatur, non
obſtánte illa coniunctione exceptionū
& negotii principalis, quia videntur
iſtis exceptionibus renunciare, Vel ſi
proteſtantur de non renunciando, poſ
ſunt eas opponere in vim perempto-
riæ, vt no. Bar. in. l. Cum quærebater.
ff. Iud. ſol. Nec obſtat. l. Prolatam, cū
aliis iuribus allegatis, de peruerſione
ordinis diſponentia. Quia ad hoc re-
ſpondetur, ſecundum Panor. ꝙ ordo
20 eſt duplex. Quidam ordo eſt de ſub-
ſtantia. Quidam de iuſtitia. Ordo ſub
ſtantiæ eſt, ꝙ libellus offeratur, lis cō
teſtetur, ſententia in ſcriptis feratur,
&c. ſecundum gl, & quæ ibi not. Bart.
Bal. Pau. de caſt. & alii in. d. l. Prolatā.
C, de ſent. & interlo. omn. iud. Et iſtius
21 † ordinis omiſsio vel peruerſio, ſiue
præpoſteratio vitiat proceſſum. Et in
hoc caſu loquuntur iura cōtraria. Or
do autem iuſtitiæ nō vitiat proceſſum
Hoc eſt, iuſtitia exigit, vt iudex primū
pronunciet ſuper prędicialibus, quā
negotio principali. Si tamen hoc non
fit, eius proceſſus & ſentētia propter-
ea non eſt ipſo iure nulla, ſed pars gra
uata poterit appellat, valet ſententia,
ſecundum gl. in. c. j. in ver. Quod autē.
ij. q. j. Et facit ad hoc. l. j. ꝙ. de appel. &
tex. in. c. Ad diſſoluendum, iun. gl. ibi,
in ver. Saluis exceptio. de deſpon. im-
pub. & facit tex. hic, qui habet, ꝙ Papa
mandat inquiri de appel. vtrum ſit fa-
cta propter vnum ex huiuſmodi gra-
uaminibus. Quod aūt hic dicitur in
tex. de peruerſione ordinis iuris, intel
ligendum eſt de alia exceptione. ſ. de
omiſsione litis conteſtationis. Quare
non eſt dubiū, ꝙ propter illud graua-
men ſolum, ſcilicet ꝙ ſimul proceſsit
ſuper præiudicialibus & principali,
proceſſus non fuiſſet nullus, ſed vali-
dus, ſi non fuiſſet appellatum.

¶ Tertia cauſa, ꝙ ſcilicet teſtes rece-
pti ſunt ante litem conteſtatam, eſt ſa-
tis firma ad annullandū proceſſum,
22 quia, vt diximus, † litis conteſtatio eſt
de ſubſtantia ordinis iudicii, cuius
omiſsio vitiat ꝓceſſum, vt in d. l. Pro-
latam, & per tot. j. Vt lite non conteſ.
23 † Sed tamen hodie in cauſa electionis
& ſimilibus cauſis, non ſemper eſt ne-
ceſſaria litis conteſtatio, ſed pōt pro-
cedi de ſimplici & plano, vt habetur
in Clementi. Diſpendioſam, de iu-
diciis.

Hono. III. Magiſtro Tancredo, Canonico Bononien.

VEnerabilis frater
noſter Archiepiſ-
copus Rauennas
propoſuit corā no-
bis,

bis,quod cum deciſio cauſæ, quæ inter ipſum & communitatem Ceruiæ,ſuper iuriſdictione ciuitatis Ceruiæ, & quibuſdam aliis articulis vertitur,ſit per ſubterfugia & cauillationes eorum per triennium prorogata,dicti Ceruienſes aſſerentes inſtantiā iudicii per decurſum triennii periiſſe, reſpondere ſub tuo examine recuſauerunt,& infrà.Mandamus quatenus,exceptione huiuſmodi non obſtante in negotio iſto procedas iuxta traditam tibi formam.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Inſtantia iudicii iure Cano.lapſu trienni non perit.*

2 *Verba,Statuimus,Sancimus &c.quid operentur.*

3 *Quando dolo & callidis ſubterfugiis aduerſarii, cauſa vltra triennium differtur, tum etiam iure Ciuili inſtantia non perit.*

4 *Agere non ceſſanti,non currit præſcriptio.*

5 *Ab interlocutoria.ſiue alio grauamine ante litem conteſt.iure ciuili regulariter non appellatur.Secus iure Cano.*

6 *Ius ciuile, in hoc caſu finiende inſtantiæ, in terris Imperij,Ius vero Cano.in terris Eccleſiæ ſeruandum eſt.*

7 *Inſtantia ſecunda tamen,hoc eſt,cauſa appellationis anno, vel ex cauſa ,biennio finiri debet.*

8 *Delegati iuriſdictio triennii ſpacio non extinguitur.*

9 *Inſtantia perempta, an iuriſdictio nihilominus duret.*

1 INSTANTIA † Iudicii iure cano.non perit ſapſu triennii, ſecũdum communiter Doct.Vel ſic: Lapſu trienni non obſtante, poteſt delegatus in cauſa ſibi commmiſſa procedere. Caſus.

¶ Epiſcopus Rauennatis habebat negotium cum ciuitate Ceruiæ,ſuper iuriſdictione in illa ciuitate & impetrauit in hac cauſa Iudices delegatos,coram quibus actionem ſuã propoſuit, Senatus autem Ceruiæ multis cauillationibus & ſubterfugiis vtebatur, ita quòd triennium effluxerat ,nec cauſa finiebatur,propterea poſt lapſum triennii recuſauit delegatos , nec voluit coram eis reſpondere,obiiciens inſtantiam propter lapſum triennii perijſſe. Quærebatur,vtrũ delegati virtute ſuę commiſſionis,iſta excep.nõ obſtante, poſt lapſum triennii potuerint procedere.Et decidit tex.ꝙ ſic.

¶ Glo.hic,in verbo,Non obſtãte ,opponit cõtra illam deciſionẽ.Imò videtur , ꝙ poſt lapſum triennij coram eo reſpondere non teneantur.Quia inſtãtia poſt lapſum triẽnii periit,per tex. in.l.Properandum.§,Cenſemus , cum ſequen.C.de iud.Pro ſol.iſtius cõtrarii gl.hic ponit quatuor intellectus ad hunc text.

¶ Primus,eſt ꝙ iur.Ciui.pereat inſtantia lapſu triennii,& ꝙ in hoc caſu loquatur.d.l.Properandum.De iure verò Cano.nõ item.Idem decidit gl.expreſsius.ĩ de dol.& cõtu.Spe.in tit.de deleg,§.Reſtat.ver.Itẽ ſi inſtantia in ſi gl.in.d.l.Properandũ.§. Cenſemus.

in verbo.Trlennii,in fi.Inn.in.c.Con ſoluit,de off.del.Hoſt.Feli.Io.de Imo. & Panor.hic,& communiter Doct.

¶ Sed contra hunc intellectum fortiter facit,ꝙ in caſibus,in quibus de iure Cano.expreſsè deciſiones non ſunt ll.ſeruari debent.c.j.cum ſimilibus.j. de no.ope.non. Sed de iure Cano.non eſt expreſſe cautum,ꝙ inſtantia non pereat lapſu trienii.Ergo ſeruetur ius ciuile.l.Præcipimus.C.de appel. Nec obſtat tex.noſter hic.Quia nõ apparet quòd Senatus Cerulæ obiecerit illã excep.quòd inſtantia non periſſet,ſed recuſauerit delegatos,quaſi ipſo iuriſdictio expiraſſet per lapſum triennii, ꝙ eſſe non poterat, vt infrà dicemus, circa ſecundum intellectum. Sicuti etiam mandatum nullam facit mentionem inſtãtiæ,ſed iuriſdictionis delegatorũ,quã habebãt virtute cõmiſsiõis.

¶ Secundò,non poteſt dici ꝙ per hũc tex.ſit introductum nouum ius. Nam in inductione noui iuris ponũtur † ver

2 ba,Statuimus.Sancimus,& ſimilia, & non verbum,Mandamus,per ꝙ nõ poteſt induci nouũ ius,ſed tantum vt fiat executio ſecundum ius vetus.

¶ Tertiò, eſto ꝙ hoc.c.introduxiſſet ius nouũ,tamen nõ perueniſſet ad hũc caſum,vbi inſtantia iam erat permpta ſed tantum ad futuros caſus,& in terminis noſtris debebat iudicari ſecundum alias.ll.generales §. Si verò, in Autẽ.in medio lit.non fieri ſacras &c. & facit ꝙ no.per glo.in.c.Conſultationi,ſup.de tempo.ordina.

¶ Quartò videtur in terminis noſtri.c. eſſe caſus ſpeciales,quare inſtantia nõ

3 pereat lapſu trennii † .ſ.propter cauillationes & ſubterfugia partis reæ,quę ita diſtulit negotium,ꝙ Actor nõ potuit procedere & in hoc caſu etiam de iure Ciuili dici poteſt,ꝙ nõ pereat inſtantia lapſu triennii,ne dolus patrocinetur doloſo,Arg.l.Intra vtile.ff.de mino.&.l.Petendæ.C.de temp.reſt.in integ.l.Si cũ ipſe,& quę ibi no.Bar.ff. excu.tut.Quia non ceſſanti agere, nõ currit pſcriptio.l.j.in fi.C.de an.exc. l.contra maiores.C.de inof.teſ. & eſt gl.in.l.Senatuſcõſolto.in verbo,Reſti

4 tuerentur.ff.de offi,præ. † quæ voluit, ꝙ Iudex non expediat cauſam fatigatus multitudine cauſarum, reſtituatur pars aduerſus lapſum inſtantiæ.Ergo multo magis ſi Actor impediatur procedere propter cauillationes Rei: & ſic eſt hic caſus ſpecialis, nec probat text.noſter: & in hac opinione ſunt And.Barb.& Ludo.Ro.Sed tamen, vt ſuprà dictum eſt,communis opinio tener,ꝙ de iure Cano.inſtantia nõ pereat lapſu triẽnii, & allegat Pan.hic ad hoc tex.in.c.Cũ olim,el.ij.§.Iudices.j. de priui.Vbi habet, ꝙ cõdẽnatio expẽſarũ fiebat ſuper lite quæ durauit per triẽniũ.Sed hic tex.quoq; nõ ſatisfacit quia nõ apparet ꝙ à tpe litis conteſt. effluxerit quadriẽniũ.Poſſunt enim & ante litem conteſtatã expenſæ fieri Feli.allegat ad hoc tex.in.c.fi.iuncta declaratione Hoſt.ibi,de prob. Quia ibi tractatur de negocio,in quo lis conteſtata erat ſub Cœleſtino,& poſtea peruenit ad Gregorium,ita ꝙ diutius quã per trienniũ poſt litẽ cõteſtatã durauerit.Sed nec is tex.clarè ꝓbat.Propterea Pan.qui tñ hãc opinionẽ tenet,ingenuè fatet, non extare aliquẽ text.iuris Canon. vbi expreſsè diſpoſitũ eſſet, ꝙ inſtantia non periret lapſu triennii,& propterea nititur, alio fundamẽto.ſ.ꝙ ius Ciuile in.d.l.Properãdũ.nõ ſit rece

ceptū in foro Eccleſiaſtico, quia illa. cc.dicūt,tantū ꝙ ſit factū,nihil tamen diſponunt.Et ponit hic Panor.bonam rationem diuerſitatis inter ius Ciuile, & ius Cano.Nam de iure ciuili regu-
5 lariter † non appellatur ab interlocutoria,vel alio grauamine,ante ſententiam definitiuā.l. Ante ſententiæ . C. Quo.appel.non reci.De iure verò Cano.appellatur à qualibet interlocutoria,& à quolibet grauamine.c.cord . ū ſimilibus.j.de appell.in.vj.Quare citius poteſt fieri proceſſus de iure Ciu. quā Cano. Aliam ratione ponit Feli. hic poſt Bal.ꝙ de iure Ciuili inſtātia per lapſum triennii perempta, Actor de nouo cogatur incipere proceſſum, ꝙ eſt multò difficilius, quā inſtātiam protrahere poſt lapſum triēnii.Qua de iure Cano.videtur conſultius eodem proceſſu & inſtātiam cauſam per agere.Et hæc op.vt diximus ,communior eſt,& propterea ab ea non facilè rece-
6 dendum.Seruaretur † ergo ius Ciuile in terris Imperii,& ius Cano.in terris Eccleſiæ.Et prædicta vera ſunt de
7 † prima inſtantia in cauſa appellationis anno,vel ex cauſa , biennio finiri debet.c.Cū ſit.j.de appel. Et tantū ad primo intellectu.

¶ Secundus intellectus eſt, ꝙ pereat quidem inſtantia lapſu triennii ,non tamen iuriſdictio,per iura hic in glo. allegata,& quod ſecundū hunc intellectum ,quo ad peremptionem inſtātiæ nulla ſit differentia inter ius Cano.& Ciuile.Et Rei ideo hic ſunt repulſi qa obiiciebant iuriſdictionē eſſet peremptam. Sed hic intellectus in quantum vult,ꝙ etiam de iure Cano.pereat inſtantia , non procedit per iura ſupra allegata in primo intellectu.

¶ In quantū verò dicit , ꝙ iuriſdictio
8 † delegati non expiret lapſu triennii, verus eſt in ſe,per iura hic in gl.allegata,non tamē cōgruit huic tex. Quia Rei,de quo in text.noſtro ,nō obiicebant,ꝙ iuriſdictio eſſet perempta ,ſed quòd inſtantia ſit finita lapſu triennii.Igitur de peremptione iuriſdictionis nulla fuit diſputatio.

¶ Sed cōtra hunc intellectū facit tex. in.c.Conſuluit.ſ.de offi.deleg.Vbi habetur,ꝙ iuriſdictio finiatur lapſu temporis,ſed reſponde ꝙ ibi delegatus datus erat ad tempus,& non ſimpliciter, hic autem ſecus.Sic non eſt dubium, quin hic intellectus in ſe ſit verus,non tamen congruit tex.noſtro.

¶ De hoc tamen dubitatur circa hūc intellectum ,ſi inſtantia coram Iudice
9 delegato † reuera eſt perempta,vt puta,quando Iudex propter ineptitudinem libelli,vt in.c. Examinata.ſ.eod. Vel propter obiectionem litis finitæ abſoluit ab inſtantia, vt in.c.j.de litis conteſta.in.vj,Vtrum nihilominus adhuc duret iuriſdictio delegati :& deciditur,ꝙ ſic per ea quæ dicit hic glo.& fa.in ar.tex.d.c.Examinata,& quæ no. ibi Docto.Idem decidit Innoc.in.d.c. Conſuluit.verſi.Idem credimus.ſ.de offic.delegat.& in.c.Cauſam ,quæ.j. de teſtib.& Specu.in.j.Nunc nobis.in fin.in titu. Panor.& And.Barba.hic.

¶ Tertius intellectus eſt ꝙ,l. Properandum.C.de iud.non ſit correcta per hoc.c. Quia hic inſtantia non potuit perimi propter cauillationes & ſubterfugia partis aduerſæ,ne ſcilicet doloſi ex dolo cōmodū ſentirent,ꝙ eſſe non debet.c.Sedes.ſ.de reſcript.&.c. Contingit , cū ſimilibus.j.de dolo & contumaci alo.antiq.Hic intellectus

f 4 de

de iure Cano.non eſt neceſſarius,cum, vt dictum eſt,ſecundum hoc ius inſtantia propter lapſum triennii perire non poſsit. De iure Ciuili quoq; non habet babet dubiũ,per iura ſuprà in hac materia allegata. Tu tamen vide Panor. hic diſtinguentem inter ipſum Reum tertium,& Iudicem.

¶Quarta Lectura eſt, quòd inſtantia ex hac cauſa nõ potuerit perimi, quia hoc tempus triennii incipit currere à tempore litis conteſta.d.l. Properandũ. Hic autem lis nondum erat conteſtata Ergo non incipit currere. Sed hic intellectus non eſt verus, quia lis hic fuit conteſtata, vt dicit gloſſ. hic alioqui enim non fuiſſet diſputatio de. l. Properandum, quæ in hoc manet incorrecta.

¶Quinta Lectura eſt Gofr. quæ habet quòd ſit ſpeciale ĩ cauſa Eccleſiæ,quod non pereat inſtantia lapſu triennii ſicut in cauſis fiſcalibus. Sed hic intellectus in ſe quidem verus eſt, nimis tamen reſtrictiuus, quia ratio primi intellectus eſt generalis, cuiuſcunque ſit cauſæ in foro Canonico.

¶Sexta Lectura eſt, quod etiam in cauſa Eccleſiæ pereat inſtantia, Eccleſia tamen reſtituatur. Sed nec hic intellectus procedit,per ſuperius adducta. Igitur tenendus eſt intellectus glo. Quid autem iuris ſit in cauſis criminalibus. Item vtrum perempta inſtãtia pereãt quoq; acta. Item vtrum in cauſis ſummariis locum habeat peremptio inſtantiæ, Tu vide dd.hic.

Hono. III. Epiſcopo & Magiſtris T. & B. Praten. Bononiæ commorantibus.

SIgnificauerunt nobis olim Abbas & Cõuentus, S. Mariæ de Florentia, quod Florentina poteſtas pro eis, contra communitatem caſtri de Signa, ſuper poſſeſsione vel quaſi iuris ibidem eligendi Rectorem, quod ad ſe pertinere dicebant diffinitiuam ſententiam promulgauit: Sed poſtmodũ Abbatem & Conuentum præfatos ipſa poteſtas coẽgit Communitati prædictæ ſuper proprietate vel quaſi, memorati Iuris, in ſeculari iudicio reſpõdere, Vnde vobis iniunximus vt ſi ita eſſet cogeretis Communitatem eandem electum à monachis in Rectorem admittere audituri poſtea, quæ partes ſuper proprietate vel quaſi prædicti Iuris ducerent proponẽda, & infrà. Verùm pars altera inter alia excipiẽdo propoſuit, ſe tunc reſpondere coram vobis de iure non teneri, cum tempus propter vindemias exiſteret feriatum. Reſpondente Syndico monaſterii, hoc malitioſè proponi, vt videlicet cauſa protracta, tempus regiminis electi prædicti

inuti

inutiliter relabatur, & infrà. Mandamus quatenus hoc nō obſtante, in negotio ratione præuia procedatis.

SVMMA CAPITA

1 ☞ *Sententia executioni mandanda, feriarum excep.non obſtante.*

2 *Pro iuribus incorporalibus poteſt agi poſſeſſorio.*

3 *Res incorporales non poßidentur propriè, ſed quaſi.*

4 *Practica exequendi ſententiam in rebus incorporalibus.*

5 *Sententia in poſſeſſorio lata, an ſit definitiua.*

6 *Sententia definitiua quæ ſit.*

7 *In poſſeſſorijs in quib. fertur interlocutoria, de iure Ciuili non appellatur.*

8 *Cauſæ poſſeßionis & proprietatis ſunt quidem cōnexæ, in certis quibuſdā caſibus tantū.*

9 *Actor forum Rei ſequi debet.*

10 *Naturalis cauſa accidentali præualet.*

11 *In ferijs in honorem Dei introductis, an & quando actus quidam iudiciales fieri poßint.*

12 *Libellus an in die feriato offerri poßit.*

13 *Appellatio die feriato fieri poteſt.*

14 *Libellus poteſt offerri ipſi iudici, in die feriato non Reo.*

15 *Statutum puniens opponentem excep. non cōprehendit eum qui eam coram Iudice, parte non citata proponit.*

16 *Libelli oblatio eſt actus iudicialis ad proceſſum ſpectans, vbi ſcilicet ad hoc pars fuerit citata.*

17 *In ferijs procedi poteſt vbi res tempore peritura ſit.*

18 *Citato à longinqua regione venienti, in ipſis ferijs incidentibus reſpondendum eſt.*

19 *De regimine Reipub. etiam die feriato tractari poteſt.*

20 *Curatores & tutores die feriato dari poſſunt.*

21 *Executio ſententiæ diène feriato fieri poßit.*

22 *Multa quæ fieri nō debent, facta valent, hac Reg. quando procedat.*

1 NON obſtante † exceptione tēporis feriarum propter vindemias mandanda eſt ſententia executioni, ſecundum communiter dd. Vel ſic: Quum Actor & Reus ſunt diuerſi fori. cauſa poſſeſ. & proprietatis poteſt coram diuerſis Iudicibus agitari. Vel ſic, ſecundum And. Barb. Actor obtinens in poſſeſſo. coram Iudice Rei nō tenetur coram eodem Iudice ſuper proprietate, reſpondere, ſi eſt prorſus alterius fori.

¶ Caſus. Contentio erat inter Abbatē de Florentia, & inter communitatem Caſtri de ſigna, ſuper poſſeſſ. vel quaſi iuris eligendi Rectorem ibidem, & hęc controuerſia vertebatur coram poteſtate Florentina, quæ tulit ſententiam in poſſeſſo. & pronuntiauit quaſi poſſeſ. iſtius iuris pertinere ad Abbatem, & poſt illam ſententiam latam elegit Abbas Rectorem ibidem. Sed tamen dicta communitas conuenit Abbatem & Conuentum ſuper proprietaris coram alio Iudice, Abbas autem & Conuentus oppoſuerunt duas exceptiones. Prima eſt, quòd hæc cauſa proprietatis pertineat ad illum Iudicem coram quo cauſa poſſ. tractata erat. Secunda, quod tempus feriarum vindemiarum exiſteret, propterea reſpondere non teneatur. Quærebatur, vtrū illę exceptiones eſſent releuantes, nec Reus reſpondere cogeretur. Et decidit tex. quod nō. Sed quòd eis non obſtantib. coram illo Iudice reſpondere debeant, rationes

dubitandi & decidẽdi audiemus in explica.glo.

¶ Not.primò ex hoc tex.,quod pro iuribus incorporalibus poteſt agi poſſeſſorio,de quo in c.Querelam ſupr.de electio.& l.Si certis annis.C.de pact.Specul.in.§.Nunc dicamus in titu. De reſtit.ſpol.

3 ¶ Secũdò no.† quod in incorporalibus propriè non cadit poſſeſsio, ſed quaſi poſſeſ.per ea quæ no.in c. Conqueſtus infr.de fo.compe. Si tamen agens poſſeſſorio pro rebus incorporalibus vteretur voce,Poſſeſsio nec adiiceret dictionem Quaſi per hoc libellus non viciaretur vt habetur in c.Olim,el.iij.infra.de reſt.ſpol.

4 ¶ Tertiò no.ſecundum Panor.† practicam exequendi ſententiam in iſtis incorporalibus.Nam primo in ſententia Iudex bonus debet omnia reſtituere & reducere ad priſtinam poſſeſsionẽ vt in c.Cùm Eccleſia Sutrina,infrà.de cauſa poſſ. & prop.& per executorem debet compellere partẽ aduerſam ad præſtandam patientiam exercitii iuris,de quo vide Inno.in c.Cum noſtris infr.de conceſſ.præben.& Bart. in l.Si prius quàm.ff.de noui ope.non.

5 ¶ Glo.j.in fi.colligit, quòd † ſententia lata in poſſeſſorio, ſit definitiua, ideo poſsit ab ea appellari, tam de iure Ciui. quàm Cano. & quòd ſit definitiua, probatur hic per tex.expreſſum. Quia ſuper quaſi poſſeſſ. iuris eligendi Rectorem ſententia lata,& cauſa proprietatis erat.Idem tenet glo.in l.Vnica,in verb.Memento,in fi.C. Si de momen. poſſ.& glo. in l. Quod iuſsit,in verbo. Prætor.ff.de re iudi.& Bart.allegat ibi rationem, quare ſit definitiua, quia in ea debet lis conteſtari,& proceditur iuris ordine ſeruato.Igitur meritò fertur definitiua.l.Incerti iuris.§. Interdicta. C.de interdict.& no.in.§. Retinendæ. Inſti.de interdict.Idem tenet Bal. ibi, & allegat aliam rationem quod inſtantia in poſſeſſorio duret triennio. l. j.§. Cenſemus.C.de iudi.gl.in l. Quod iuſſit gl.in c.Cùm ad ſedem, in verb.Interdictum,in fi.infr.de reſti. ſpol.& eſt tex.in c.Accedens,el. j.in fi. ferè infrà. Vt lite non conteſt.Quia tex.ibi vocat ſententiam, quæ lata eſt in cauſa poſſ. definitiuam in negocio principali. Et Bal.in l. Poſt ſententiã ver. Quæro an ſententia.C.de ſen.& interl.om. iudic. dicit,quòd ſit definitiua, ſi lata ſit oblato libello.Et pertinet hęc quęſt.ad hoc quia ſi obtinuerimus quòd ſit definitiua,certum eſt,quod etiã iure Ciuil. ab ea poſſet appellari, vt habetur in d. l. Poſt ſententiã.C.de ſen.& interlo.

¶ In contrarium, quòd ſcilicet non ſit definitiua,ſed interlocutoria,ſunt fortes rationes.Et primò videtur probari

6 à definitione.Nam definitiua† propriè dicitur, quæ imponit finem negocio.l. j.ff.de re iudi. Sed ſententia lata ſuper poſſeſſo.non imponit finem toti negocio,probo ſic,quia ſemper expectatur poſt illam ſententiã negocium proprietatis,per tex.hic cum ſimilibus.Quare videtur quòd non ſit definitiua, ſed interlocutoria & ꝙ ſit interlocutoria probatur per tex.expreſſum in c.ei qui appellat.§.de poſſeſsione.ij.q.vj. Vbi dicit tex.de poſſ.etiam & eius momento ſi cauſa dicatur,quæ ſententia interlocutoria appellatur,& eſt text. in.c.ij.§. Sed quoniam.j.de ord.cog. Inno.in c. Cùm veniſſent.j.de inſtitut. & Innoc. in c.Significauerunt.j.de teſtib.expreſſe dicit eſſe interlocutoriam, & Andr.

Bar

Barb. multas alias rationes & iura ad hoc allegat.

¶ Tu poſt Ant. de but. Pan. Fel. & And. Barba. hic in effectu hoc modo diſtingue: Aut quæſtio poſſeſſorii deducitur in iudicium per viam excep. & non eſt dubium, qui in ſententia lata in ea ſit interlocutoria, & in hoc caſu loquitur d. cap. ij. §. Sed quoniam. ĩ. de ordi. cog. Aut deducitur in iudicium per viã actionis, & dic: Aut in q. poſſeſſorii accumulatur quoq; condictio ex l. Si quis in tantam. C. Vnde vi, & eſt definitiua ſententia, quæ hoc modo fertur. Ratio eſt, quòd hoc caſu non pronunciatur ſuper modo poſſeſ. ſed quoq; ſuper proprietate, & in hoc caſu intelligi poteſt gl. in d. l. c. Cum ad ſedem in verbo, In terdictum. ĩ. de reſti. ſpol. Aut illa condictio l. Si quis in tantam, non accumulatur, & dic: Aut alioqui petitorium & poſſeſſorium deducuntur ſimul in iudicium, tunc ſi ſuper vtroq; ſimul pronunciatur, quoq; certum eſt eſſe definitiuam, & non interlocutoriam, quia imponit finem toti cauſæ. Si verò ſententia in poſſeſſorio fertur prius, quã peruenlatur ad ſentẽtiam petitorii, & tum ſententia ſuper poſſeſ. lata eſt interlocutoria, quia nõ definit negocium principale, cùm ſperetur ſentẽtia ſuper petitorio, quæ trahit ad ſe vires poſſeſſorii, vt no. in c. Cùm dilectus. ĩ. de cauſa poſſ. & prop. Et in hoc caſu loquitur. c. Cum veniſſent, infrà. de inſtitu, ſecundum vnam Lectu. & hoc tenet idem In no. Aut poſſeſſorium & petitorium nõ deducuntur ſimul, ſed poſſeſſorium tantum, & dic: Aut poſſeſſorium deducitur tantum incidẽter ad tuendam poſſeſſionem, & quoq; eſt interlocutoria & in hoc caſu loquitur dicto cap. Cum veniſſent, ſecundum ſecundam Lecturam.

¶ Aut ſolum poſſeſſorium deducitur in iudicium principaliter propter ſe, & tunc ſententia in ea lata, quoq; eſt definitiua, quia in tali proceſſu lis conteſtatur, & ſeruatur ordo Iuris, & in hoc caſu loquitur c. Conſultationibus ſupr. de offi. deleg. & c. Accedens, el. j. ĩ. Vt li te non conteſt. Definitur enim per hoc etiam totum negocium, maximè propter difficultatem probationis dominii, vt in c. Sæpe, infr. de reſti. ſpol. Vide de hac q. latius dd. hic. Collige ergo ex hac diſputatione, quod in omnibus

7 †poſſeſſo. in quibus fertur interlocutoria, non appellatur de iure Ciui. Vbi verò fertur definitiua appellatur etiam iure Ciuili, ſecundum ea quæ no. in d. l. Poſt ſentẽtiam. Quando autem aliâs ſententiæ dicantur interlocutoriæ, & quando definitiuæ, vide quæ not. in c. Cum ceſſante. ĩ. de appell.

¶ Glo. in verbo, Super proprietate, opponit contra text.. Imò videtur, quod petitorium coram eodem Iudice debeat intẽtari, & probat duobus modis. Primò, quòd continentia cauſæ diuidi non debeat, ſed petitorium & poſſeſſorium ſunt cauſæ connexæ. Ergo &c. Secundò, communitas hic reconuenit conuentum, Ergo reconuentio fieri debebat coram eodem Iudice, per iura hic glo. alleg

¶ Quod ad primum attinet, glo. reſpondet ad Minorẽ, ſcilicet quod cauſa poſ-

8 ſeſſionis † & proprietatis connexę ſunt in certis quibuſdam caſibus tantum in aliis autem non dicitur continentia cauſarum, in his verò dicitur continentia cauſarum. Primò, quando Iudici delegato committitur cauſa ſimpliciter,

ta

tamen cenſetur vtraque cōmiſſa, tam in petitorio.quàm in poſſeſſorio,& in hoc caſu loquitur d.c.j.& quæ ibi no. infr.de ſequeſt poſ.& fruct.

¶ Secūdus caſus eſt, quando Actor & Reus ſunt eiuſdem fori,tunc quoque dicitur connexitas cauſæ propter eun dem Iudicem.

¶ Tertius caſus eſt,quādo petitorium & poſſeſſorium cōpetunt vni, hoc eſt, Actori tantùm & neutrum competit Reo,& tunc quoque dicitur continen tia cauſarum,nec admittitur diuiſio,& in hoc caſu propriè loquitur.c.j.infr. de cauſa poſ.& propr.&.d.l. Nulli.C. de iuriſd.om.iud.Et præter illos caſus non dicitur continentia cauſarum in petitorio &poſſeſſorio.Fallit in feudo, vt diximus ſuprà in.c.Cæterùm,ſupr. eod.Sed in terminis noſtris illi caſus non militant .Primùm enim apparet non fuiſſe iudicem delegatum,qui in cauſa poſſeſſ.pronunciauit,ſed ordina rius erat,poteſtas ſcilicet Florentina. Secundò Actor & Reus non erant eiuſ dem fori,ſed diuerſi,vt patet hic, Igi tur cauſæ diuidi poterant propter Re
9 gulam generalem & naturalē:†Actor ſequi debet forū Rei.c.Cùm ſit gene rale,infr.de fo.comp.quæ violari non debet,propter aliam regulam acciden talem,& non neceſſariam, quæ dicit, quòd continentia cauſarum diuidi nō debeat &c.quia ali⁹ Iudex,ſcilicet pro prius &naturalis ipſius rei de facili po terit inſtrui,& maximè eo conſidera to,quòd nihil commune habet proprie tas cum poſſeſſ,d.l.Naturaliter.§. Ni-
10 hil commune.ff.de acquir.poſſ.&†cau ſa naturalis ſemper præfertur cauſæ accidentali.l.Qui habet,in principio. ff.de tute.Tertiò, in terminis noſtris iudicium petito.& poſſeſſo. non competebāt vni,ſed is,qui primùm in poſ ſeſſorio Reus erat, in petitorio fiebat Actor,Igitur diuidi poterit,& hanc gl. ſequuntur omnes dd.nullo impugnan te,niſi quòd Hoſti.& Anto.de But.col ligunt alium intellectum noſtri .c. quem vide,Et tantum de ſol.ad primā oppoſi.

¶ Quod ad ſe undam oppo.de recon- uentione attinet,gl. & dd.reſpondent quòd reconuentio non potuit hic habere locum.Primò ideo,quòd licet Actor per reconuentionem ſortiatur fo rum non ſui Iudicis.d.l.Cùm Papinia nus,tamen hoc habet locum priore iu dicio durante.c.j.& quæ ibi no,infr.de mur.petitio.Sic hic cauſa poſſeſſ.iam erat finita,quando agebatur petitorio, vt patet ex tex.Ergo reconuentio non potuit habere locum,& per conſequēs coram eodem Iudice finiri non debebat.Secundò,etiamſi primum iudiciū duraſſet,tamen coram eodem Iudice Reus non potuiſſet deducere petitorium,quia Monachi egerunt de ſpolia tione,& agens de ſpoliatione non tene tur Reo ante reſtitutionem reſponde- re ſuper aliis.c.ſi.infr.de ord.cog.

¶ Glo.fin.in verb.Propter vindemias, diuiditur in quinque partes.In prima opponit in effectu contra tex.In ſecun da ibi,tamen ſi conſenſerint,ponit ſol. ſcilicet quòd contrarium procedat ex diſpoſitione Iuris, ſed partes poſsint renunciare feriis.In tertia,quæ eſt ibi, & de ferijs,glo.diuidit ferias,& explicat,quibus ferijs partes renūciare poſ ſint,& quibus non.Et quia in hac par te gl.decidit,ꝙ feriis in honorem Dei introductis,partes renunciare non poſ ſint,nec etiam poſsint cum conſenſu partium

partium actus iudiciales in eis exercerí, Ideo glo. in quinta parte, quæ eſt ibi, poteſt tamē, ponit tres fallentias,
11 in quibus†etiam in ferijs in honorem Dei introductis, act⁹ iudiciales expliсari poſſunt. Quod autem ad priores quatuor partes glo. attinet, non eſt dubium, quia dd. nō impugnãt. Sed quinta pars cum tribus fallentijs dubitabilis eſt.

¶ Prima enim fallentia eſt, quòd in huiuſmodi ferijs etiam in honorem Dei introductis, poſsit offerri libellus, & allegat glo. ad hoc tex. in. l. Miles. §. Sexaginta. ff. de adulter. & hoc expreſsè ibi decidit Bar. qui dicit, Nota caſum mirabilem. quòd libellus poteſt dari die feriato, & intelligunt dd. eſſe verum in qualibet cauſa ciuili, & addit quòd ipſe ſemel hanc q, habuerit in practica. Cùm enim in quodam caſu cauſa fuiſſet agitata dieb. feriatis, pronunciatū eſt, proceſſum eſſe nullum. vſque ad
12 dationem†libelli excluſiuè, quaſi oblatio libelli tenuerit. & addit idem eſſe in oblatione exceptionis, per tex. in. c. Non decet, infr. de reg. iu. in vj. Secundò proba'ur hoc per dictum Spe. in. §. Sequitur. ver. In quolibet tempore, in ti, de ferijs. Tertiò probatur per glo. in verb, Dies feriatus. ff. Si quis in ius vocatus non ie. Vbi gl. inter ea, quæ die feriato fieri poſſunt, recenſet etiam libelli oblationem, quia allegat ad hoc. d. §. Sexaginta. Quarto probatur per glo. in. c. Placuit, in verbo Orationib. xv. q. iiij. Vbi dicit, licet quis nō teneatur reſpondere die feriato, tamen poteſt citari vt libellus offeratur ei, licet quòd de citatione gl. dicit, magis dubium habeat, vt infra dicemus. Quintò videtur probari p gl. in. l. j. ff. de in ius vo. quæ expreſsè dicit, quòd libelli oblatio nō habeatur pro vocatione, ſiue citatione ſicuti eſt de hoc tex. expreſſus in. l. Libertus aduerſus. ff. de in ius voc. Ergo non videtur eſſe actus iudicialis, cùm fiat ante citationem, quæ eſt initium litis, & ſic per conſequens poſsit fieri die feriato. Ceſſat enim ratio prohibitionis, quia per libelli obationem non auditur horrida vox præconis. Sextò pro
13 batur à ſimili.† Quia appellari poteſt die feriato. l. j. C. de ferijs. Ergo etiam poteſt libellus offerri, tenet conſequētia, quia in neutro caſu requiritur Citatio, & quod idē ſit in libelli oblatione, ꝙ in appella. tenent expreſsè Bald. & Sal. ibi. Idem probatur per gloſſ. in c. Cupientes. §. Quòd ſi per viginti, in verb. Comparere, infra. de elect. in vj. gloſſ. in. l. Iure mariti, in verb. Eius. & ibi Bald. C. de adult. glo. in. c. Perſcripta, in verb. Abſens, 1. q. 8. Feli. hic, qui allegat ad hoc multas concord.

¶ Contrariam opi. quòd ſcilicet libellus die feriato offerri non poſsit, tenet Pan. hic. & mouetur his rationib. Quia certum eſt. quòd in quolibet libello cōprehendatur petitio, vt no. in. c. j. de libell. obla. Petitio autē dicitur de actis Iudicij. c. Quoniam contra, infr. de proba. & actus Iudicij conquieſcere debēt in dieb. feriatis. d. c. fi. cum ſimilib. infr. de ferijs. Ergo quoque libelli oblatio conquieſcere debet dieb. feriatis. Secūdò mouetur, quòd ipſa libelli oblatio eſt de actis Iudicij, vt no. Inno. in. c. Iu iure, in fi. de offi. dele. Ergo non poteſt fieri die feriato. Tertiò mouetur, quòd quilibet libellus habet petitionem, vt dictum eſt ſupra, ſed petitio debet fieri in Iure. c. Vnic. infr. de lit. conteſt. & Ius nō redditur die feriato. Ergo ſi die feriato

feriato producitur,dicitur produci ex tra Iudicium, quæ productio nullum habet effectũ,ſed requiritur quòd de nouo producatur,vt no.Ant.de But.in c.ij.de dila.Et hanc opin.videtur tenere Io.And.id add.ad Specu.in.§. Nunc videamus.in tit.De libel.concep. Vbi concludit,quòd die feriato libellus nõ poſsit offerri,niſi res vel actio ſit tempore peritura,& dicit in hoc caſu propriè loqui tex.in.d.§.Sexaginta,Quia loquitur de marito accuſare volente vxorem adulterij,iure mariti, qui habet ad hoc lx.dies,quæ accuſatio lapſu temporis periret.Et facit pro hac opi. glo.in.d.d.§.Sexaginta.quę dicit,quòd ſit ſpeciale in terminis illius.§.quam ſpecialitatem Io.And. extendit ad omnes caſus,quando res vel actio tẽpore ſit peritura.

¶Tu poſt dd.in hac.q. ita diſtingue:
14 †Aut quæris de oblatione libelli,quę ſit Iudici.& non parti,& hæc poteſt fieri die feriato:& in hoc caſu loquũtur iura pro prima opin.adducta.Aut quęris de libelli oblatione quæ ſit ipſi parti reæ per Iudicem,& hæc fieri non poteſt die feriata.Et in hoc caſu intelligũtur rationes pro ſecunda opinione adductæ.Et hanc diſtinctionem ponit & ſequitur Spec.in.d.§.Nunc videamus. in tit.De libell.concep.Vbi dicit,quòd die feriato poteſt offerri libellus Iudici,& ſic quãdo nõ exercetur iudicium, Reo verò non offertur,niſi in iudicio. Idem decidit Bar.in extrauag.ad reprimendum,in verbo De plano. Hoſtien. in.§.vtrum libellus,in fi.in ti.De libel. obla.Et ideo dicit Bal.in.l.Libertus.ff.
15 de in ius vo.quòd ſtatutum†puniens opponentem exceptionem, non comprehendit producentem eam Iudici, parte ad hoc non citata.Idem decidũt Anto.de But.Feli.& And.Barb. hic,& reſpondet And.Barba.hic ad rationes
16 Panor.& aliorum,qui dicunt†quòd oblatio libelli ſit de proceſſu, quia hoc verum eſt. poſt quam pars eſt citata, antequam autem citetur, non dicitur de proceſſu,quia proceſſus inchoatur per citationem,vt habetur per tot.tit. de in ius voc.An autem Reus poſsit citari,vt die feriata accipiat libellum à Iudice,audiemus infra de libell.obla.
17 ¶Secunda fallentia eſt, † quando res eſt tempore peritura,tum quoque poteſt in ferijs procedi,& dicit glo.quòd deciſio c.noſtri ſit fundata ſuper hac ratione,quia electus erat quis ad regimẽ,quod durauit certo tempore.Si igitur diebus feriatis non potuiſſet procedi,tunc hoc tempus regiminis fuiſſet elapſum.Idem dici poteſt de ferijs in honorem Dei introductis,& hic intellectus probatur per tex.in.c.Licet.&.c. fi.infr.de ferijs.Et hęc eſt prima Lectura ad hunc tex.quæ communiter approbatur.Alia tamen Lectura, quare exceptio de ferijs non habeat locum, quia hic agebatur cõtra vniuerſitatem ſed tota vniuerſitas nõ potuit ita eſſe occupata circa Vindemias, quin potuiſſet conſtituere Syndicum,per quẽ reſpondiſſet,vt.l.j.ff. Quod cuiuſque vniuer.no.Igitur reſpondere debebãt. Sed hęc Lectura impugnatur,quia Syndici,Procuratores,Aduocati, teſtes, & aliæ perſonæ,quæ neceſſariò requirũtur in iudicio,poſſunt eſſe occupati. Et non tãtùm fauore ruſticorum,ſed aliorũ quoq; feriæ introductę,ſecundũ gl. in.l.j.in verbo,Occupati.ff.de ferijs,& dicit Spec.in.§.j,ver.Item nota, quòd feriæ,de ferijs,& Innoc.in.c.fi.infr.eo,

de

18 de ferijs. Si tamē† quis de remotis partib. eſſet citatus, & poſtquam cōparuiſſet feriæ inciderent, cogi poſſet vt reſponderet. quia malicijs hominum nō eſt indulgendum. l. In fundo. ff. de rei vend. Et ita decidit Inno. in. d. c. fi. quare hæc Lectu. ſecundum Panor. & And. Barb. non valet, & eam expreſſè reprehendit Bal. in. d. l. j. ff. de ferijs.

¶ Tertia Lectura eſt Inno. qui dicit, ꝙ communitas ideo teuebatur in ferijs

19 reſponpere, quia† tractabatur de regimine Reipub. quod fieri potuit in ferijs. l. Publicas. C. de fer. Quæ lectura i ſe eſt vera, ſed prima magis cōgruit, literæ propter rationem, in tex. poſitā.

20 ¶ Quarta Lectura eſt Gof. q hoc† modo probat: Tutores & curatores poſſunt dari die feriato. l. ij. ff. de ferijs. Ergo & Rectores &c. Quæ Lectura in ſe vera eſt, ſed nō accommoda, quia ex hoc non ſequitur, lites quæ oriuntur ex datione Tutoris vel Rectoris, poſſe expediri die feriato.

¶ Quīta Lectura eſt, quòd ibi non erāt vineæ, igitur non opus habent ferijs, cùm non ſint occupati &c. Sed hæc Lectura cōfunditur, quia feriæ datæ ſunt vt dictum eſt, non tantùm propter ruſticos & cultores vinearū, ſed propter alios etiam, ſecundum gloſſ. in. d. l. j. in verbo, Occupati. ff. de ferijs.

¶ Sexta Lectura eſt, quòd vīdemia erat in loco Actoris, ſcilicet Bononiæ, non autē in loco reorū, ſcilicet Tuſciæ, vbi vuæ tardiùs colliguntur &c. Quæ Lectura habet in ſe hanc quæſtionē, Quę ferijs attendi debeant, an ſcilicet feriæ loci illius, vbi habitat Actor, an vero illius, vbi habitat Reus. De quo in. c. fin. infra de ferijs, dicemus.

¶ Septima Lectura eſt, quòd hic agebatur de executione quę fieri poterat die

21 feriato. An autem hoc verū ſit, † quòd ſcilicet ſententia poſſit die feriato executioni mandari, varię ſunt opiniones dd. Tu omiſſis ſuperfluis, ex mēte dd. breuib. hoc modo diſtingue:

¶ Aut quęritur, vtrum Iudex poſſit die feriato mandare ſententiam executioni. Aut quæritur non de Iudicis mandato, ſed an ipſa nuda & actualis executio ſententiæ die feriato fieri poſſit. Primo caſu dic: Aut eſt tale mandatū Iudicis, quod requirit cauſæ cognitionem, vt puta, quòd in ſententia res nō ſunt ſpecificatæ, in quibus debet fieri executio, vd in. l. A diuo Pio. §. Iu vēditione. ff. de re iud. Et tunc non eſt dubium, quòd tale mandatum de exequēdo, die feriato, fieri non poſſit, per iura quæ ferias præcipiunt, vt præciſè per. l. fi. ibi, Alienus à cognitionibus. C. de ferijs. Aut tale mandatum non requirit cauſæ cognitionem, vt puta, ꝙ in ipſa ſententia res ſunt ſpecificatæ, in quib⁹ debet fieri executio, & poteſt hoc mandatum fieri in ferijs in fauorem hominum introductis: hoc probatur per tex. hic, quia hic erat monaſterio adiudicanda quaſi poſſeſſio iuris ligendi Rectorem, & mandatum de exequēdo illam ſententiam factum eſt tempore vindemiarum, & valuit, quia non requirebatur cauſæ cognitio. Idē ſentit Innoc. in. c. Cùm ſuper. ver. Rationabil. ter, infr. de ſen. & re iud. Et eſt ratio. quia ceſſat hoc caſu ratio prohibitionis, ſcilicet iudicialis ſtrepit⁹. Sed in ferijs in honorem Dei introductis, fieri non poteſt, ſecundùm Panor. in. l. Omnes. C. de ferijs. & Bald. in. l. In Minorum. C. in quib. cauſ. reſt. in integr. non eſt neceſ.

Secūdò

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet quæritur non de mandato, ſed de ipſa executione. Et dic: Aut quæritur de feriis in fauorem hominũ introductis, & poteſt fieri talis executio tam in criminalibus, quàm in ciuilibus cauſis. c. Sicut, & quæ ibi not. per Archi. & Dn. Gemi. ij. q. j. c. Adam, de pœni. diſt. j. Aut quęritur de feriis introductis in honorem Dei, & dic: Aut loquimur de ſententia lata in cauſa criminali, & in his feriis non poteſt mandari executioni, per iura vulga. de feriis, niſi ſit damnatus publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum. l. Prouinciarum. C. de feriis. Bar. in l. Ait prætor. §. Si debitorē. ff. de his quæ in frau. cred. Aut loquimur de ſententia lata in cauſa ciuili, & ſunt opinio. Nam frid. de Senis decidit, quòd fieri poſſit etiam tali die. Et pro iſto facit glo. in Cle. j. in verbo, Iudices, de offic. deleg. quæ decidit, quòd die feriato poſſint examinari teſtes, Ergo quoq; poterit ſētētia executioni mandari. idem tenet Spec. in. §. Sequitur. ver. Quid ſi tunc, de feriis. Ioã. And. verò tenet contrarium, quòd ſcilicet fieri nõ poſſit, niſi res ſit ſubitò peritura, vel immineat periculũ animarum. d. c. fi. infr. de feriis. Panor. hic dicit pro concordandis iſtis duabus opinionibus, quòd executio die feriato fieri quidem non debeat, Arg. c. j. infr. de feriis. Vbi dicitur, quòd die dominica non debeat fieri mercatus, nec iuramēta præſtentur. Ergo idem videtur circa executionem, quia hęc omnia ideo ſunt prohibita, vt homines eò liberius poſſint vacare diuinis, & omnis vox præconis tum ſilere debet. l. Dies feſtos. C. de feriis. Si tamē executio fieret de facto, teneret, quia non eſt actus iudicia-

22 lis, idq; per Regulã, quæ habet: †Multa fieri non debent, ſi tamen facta fuerint, tenent &c. Sed hoc poſterius dictum Panor. impugnatur per Feli. hic, qui dicit: Si non debet fieri executio, ergo retractari debet, ſi fuerit facta, iuxta. c. Non ſolùm, infrà, de appellation. in vj. l. j. ff. Nihil noua. appell. pend. Panor. tamen poteſt in hoc defendi, quia Iudicium finitur per definitiuam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam. l. j. ff. de re iudic. c. Super quæſtionum. verſi. Quòd ſi delegatus, ſupr. de offic. deleg. Ergo illa executio non poteſt reputari pro actu iudiciali, nec faciunt iura per Feli. alleg. quia loquuntur de retractatione eorum, quæ fiunt poſt ſententiam, quæ non tranſiuit in rem iudicatam. Et ſic patet, quòd hæc Lectura, quatenus loquitur de feriis fauore hominum introductis, in ſe quidem vera eſt, non tamen congruit text. qui in hoc fundatur, ne tempus labatur inutiliter. Igitur tene primam Lecturam.

¶ Tertia fallentia eſt, quando iuriſdictio Iudicis finiretur die feriato, tum poſſet procedi, ne iudicialis inſtantia euaneſcat, & glo. allegat ad hoc in Argumento, cap. Conſuluit, ſuprà de officio delegati. & videtur hoc probari ex his quæ ſuprà dicta ſunt, quia his eſſet res, & ſic inſtantia iudicii peritura, ergo procedi poſſet, per text. hic, & in dicta. l. Omnes. C. de feriis. & in dicto c. fina. infrà eod. de feriis. Et Reipubl. intereſt ne inſtantia pereat, & ad hoc facit, quod not. Bartol. in l. Seius & Angerius. ff. ad legem Falcidiam. Vbi dicit, quòd Iudex poſſit ex officio peruenire ad ſententiam, ſi viderit inſtantiam alioqui perituram. Argumento d. c.

d.c. Conſuluit. Reliqua tu ipſe vide apud dd. hic.

Finis Tit. de Iudiciis.

DE FORO COMPETENTI.

Alex. III.

EX tranſmiſſa nobis inſinuatione B. G. & Gu. militum Eccleſiæ tuæ, intelleximus, quòd cùm R. de Caſauille eos ſuper quadam poſſeſſione coram Trecen. Epiſcopo, traxiſſet in cauſam, nobilis vir de Campis, eorum dominus, ſub debito fidelitatis eis inhibuit, ne de ſeculari feudo, in Iudicio eccleſiaſtico reſponderent, & infrà. Per dominum feudi cauſas iubeas terminari, & ſi ipſe malitioſè diſtulerit, tu ei debitum finem imponas.

SVMMA CAPITA.

1 *Feudi dominus immediatè eſt feudi Iudex, eo tamen negligente, tranſit hæc cognitio ad proximum ſuperiorem, à quo dominus ille inferior hoc feudum habet.*

2 *Iuriſdictio delegata non præſumitur, niſi probetur.*

3 *Feudum conceſſum Epiſcopo à ſeculari perſona, manet feudum ſeculare.*

4 *Papa in cauſa feudi, in terris Eccleſiis non ſiti, delegare non poteſt.*

5 *Feudi natura & qualitas, quo ad vaſallos inferiores, deriuatur potius ab immediato, quàm mediato domino.*

6 *Vaſallus ſine conſenſu domini feudi, iuriſdictionem alterius prorogare nõ poteſt in feudo.*

7 *Delegati iuriſdictio an cenſeatur ſuſpenſa, ita vt ob negligentiam demum fiat efficax, quæ prius erat inanis.*

QVAESTIO feudi debet † per dominum feudi tractari: qui ſi negligens fuerit, eccleſiaſticus Iudex, alias ſuperior eius, hoc faciat. h. d. ſecundum Ioã. de Imo. Panor. & communiter dd. Vel ſic ſecundum Lecturam gloſſ.

¶ Si quæſtio feudalis eſt inter Clericũ & laicum, cognoſcit dominus feudi, At eo negligẽte, cognoſcit delegatus Pontif. etiam ante negligentiam datus. Vel ſic, & magis propriè. In q. feudali dominus feudi immediatè Iudex eſt, &, eo negligente proximus ſuperior à quo ipſe dominus hoc tenet in feudum, ſiue ſit Eccleſiaſticus, ſiue Ciuilis. Caſus.

¶ Quidam Epiſcopus in Gallia cõceſſit cuidã nobili de Campis quaſdã res & poſſeſſ. in feudũ, de quibus ipſe nobilis inueſtiuit alios tres milites, qui tamen ratione ordinariæ iuriſdictionis alioqui erãt ſubditi Epiſcopi Trecenẽſis, ſecundum Hoſti. Accidit autẽ quòd ſuper illo feudo contentio fiebat inter ipſos & alium quendã Richardum, qui cùm Actor eſſet, cõuenit illos tres milites ſuper feudo, corã Epiſcopo Trecenenſi, tãquam Ordinario. Sed nobilis de Campis, dominus feudi, inhibuit ſuis tribus vaſallis, ne ſuper feudo illo ſeculari litigarent in iudicio eccleſia-

ſtico coram Epiſcopo Trecenenſi. Ob
id ipſi oppoſuerũt exceptionem decli-
natoriam fori, quòd ſcilicet ibidem re-
ſpondere non tenerẽtur. Qnum autem
Epiſcopus Trecenẽſis hac inhibitione
domini feudi, & exceptione reorũ non
obſtante, procederet, tum alter Epiſco-
pus, à quo nobilis de Campis dictas res
tenebat in feudũ, tanquam eius ſupe-
rior ſignificauit hoc ſummo Pontifici,
interrogans, ad quẽ pertineret hæc co
gnitio. Et deciditur hic in tex. quòd nõ
ad Epiſcopum Trecenenſem, Ordina-
rium, ſed ad dominum feudi pertineat,
&, ſi ipſe dominus feudi fuerit negli-
gens, quòd tũc Epiſcopus interrogans
tanquã Iudex feudi ſuperior & media-
tus, à quo nobilis feudũ habebat, iudica
re debeat. Et hæc figuratio caſus pro-
cedit ſecundum vnam Lecturã, quæ ha
bet, quòd iſte Epiſcopus interrogãs nõ
fuerit Iudex delegatus Papæ, ſed Iu-
dex ſuperior & mediatus feudi. Et pro
hac Lectura facit tex. in c. Irrefragabi-
lis. §. Exceſſus, ſupr. de offi. ord. Et hanc
figurationem caſus ſentit in effectu In-
noc. Panor. in iiij. notab. & Andr. Barb.
in ver. Nota quòd ſuperiora.

¶ Quòd autẽ hic Epiſcopus interrogãs
non fuerit Iudex delegatus, ſed Iudex
feudi ſuperior, & mediatus per ſe, colli-
gitur ex tex. hic, quia tex. in medio di-
cit, nobilẽ de Campis fuiſſe dominum
illius feudi, & in principio dicit, illos
tres vaſallos fuiſſe milites Eccleſiæ, &
Eccleſiã illius Epiſcopi interrogantis.
Ergo neceſſe eſt nobilẽ fuiſſe vaſallum
Eccleſiæ, & ſic mediatè tres milites Ec-
cleſiæ homines fuiſſent, & ſic per cõſe-
quẽs Epiſcopus nõ ex delegatione, ſed
ex iuris diſpoſitione Iudex fuit. Præ-
2 tereà, † ꝙ nõ fuerit delegatus, probatur
ſic, ꝙ iuriſdictio delegata nunquã præ-
ſumitur, niſi probetur per tex. in l. Vni-
ca, & quæ ibi no. Bal. C. de mand. prin.
Sed hic ex tex. non apparet, quòd fuerit
delegatus, Ergo præſumitur quòd tan-
quam Iudex feudi ſuperior ſuã iuriſ-
dictionẽ exercuerit: & hoc quoq; tenet
Inno. hic. Et hæc eſt prima Lectura.

¶ Qnòd autẽ is Epiſcopus fuerit dele-
gatus, tenet expreſſè glo. fi. hic. Et vide-
tur probari per tex. hic, dum dicit: Et ſi
ipſe malitiosè diſtulerit, tu ei debitũ fi-
nem imponas &c. Quæ verba videntur
delegationem importare, & ſecundum
hanc Lecturam Epiſcopus interrogans
nõ fuiſſet dominus feudi mediatus, nec
quicquam habuiſſet iure proprio, ſed
tãtùm ex delegatione. Et primã Lectu-
ram impugnat Panor. hic, quòd ſit vera
in ſe, & notab. nõ tamẽ congrua ad tex.
hic. Nã ſi iſti milites, ratione iſtius feu-
di, tãtùm dicti fuiſſent homines Eccle-
ſiæ, tũc dominus de Campis multò ma
gis fuiſſet dictus homo Eccleſiæ, cùm
ipſe immediatè fuiſſet vaſallus Eccle-
ſiæ, & tamẽ de eo nulla fit mẽtio in tex.
Secundò, hoc feudũ trium militũ appel
latur ſeculare, quod fieri non poſſet, ſi
procederet ab Eccleſia, cùm naturalis
cauſa vincat accidentalem & ſuperue-
nientem. l. Qui habet. §. j. ff. de tutell.
3 Tertiò probatur, † quãdo feudũ conce-
ditur Epiſcopo à perſona ſeculari, non
deſinit hoc feudũ ſeculare eſſe. c. Roma
na. §. Debet, de appel. in vj. Ergo idem
debet dici è cõuerſo, & per cõſequens,
quòd Epiſcopus interrogans nõ fuerit
Iudex feudi ex iure proprio, ſed ex de-
legatione. Et hæc eſt ſecunda lectura.

¶ Tertia Lectura eſt, quòd illi milites
fuerint homines Eccleſiæ Trecenẽ.
alio reſpectu, quàm occaſione feudi, ſi-
cut

cut quidam libri habent, & quòd iſte, cui ſcribitur, ſit merè delegatus. Quæ Lectura ſecundum Panor.& Hoſti.eſt melior. Addunt tamen quòd quælibet iſtarum Lectu.in ſe ſit vera.

¶ Sed contra hanc ſecundam & tertiam Lecturam opponit glo.j.hic in effectu,
4 quòd Papa † nõ potuit delegare in cauſa feudali, cùm feudum non erat in terris Eccleſiæ, ſed in regno Galliæ, per tex.in c.Nouit, ſupr.de iudic. Glo.ſoluit, quòd iſte Actor fortè erat Clericus, cui de quadam conſuetudine dantur literæ contra laicum: non autem econtrà, vt not.in c.Si Clericus, ſuprà, eod. Et hæc oppoſitio tendit eo, quaſi Epiſcopus Trecenenſis, quem nos Ordinarium vocabamus, erat delegatus: ſed hoc non eſt verum, ſecundum Hoſtien.& Ioan.And.quia hic in tex.nulla ſit mentio de delegatione, nec ei committitur vt finem cauſæ imponat. Sed hæc ſol. de clerico quoque impugnatur. Primùm ideo, quia eſt diuinatio, cùm nulla fiat mentio de Clerico. Secundò, etiam ſi fuiſſet Clericus, tamen, quia Actor fuit, adhuc non valet ſolutio, cùm nuſquam iure cautũ ſit, quòd Rei teneantur ſequi forum Actoris: ſed econtrà, quòd Actor forum Rei. dicto c.Nouit, & c.Cùm ſit generale, infrà eod. Papa autem non erat iudex Reorum in terminis noſtris, quia conueniebant ſuper feudo exiſtẽte in Gallia, ſuper quo Papa iudicare non potuit. dicto c.Nouit, & c.Si duobus. §. Denique, infrà de appellationibus.& quæ not.per Andr.Barba.in dicto c.Si Clericus laicum, ergo ſequitur, ſi ipſe in feudo ſeculari alterius regni eſſe non potuit, quòd etiam delegatum dare non poterit. Quare tenenda eſt prima Lectura, quæ habet, quòd Papa non dederit delegatum, ſed reſpondet de iure, quòd ſcilicet cognitio in feudis propter negligentiam inferioris perueniat ad ſuperiorem & mediatũ. Nec obſtant huic primæ Lecturæ rationes per Panor.oppoſitæ. Nam licet tex.noſter non exprimat, quòd nobilis à Cãpis fuerit vaſallus Eccleſiæ, tamen colligitur ex text. quum dicit, quòd illi tres milites ſint homines Eccleſiæ, & quoque vaſalli nobilis de Campis ſimul, Ergo ſequitur quòd nobilis fuerit eorum dominus immediatus, & Epiſcopus mediatus, preſertim, quum Epiſcopus potuerit eius negligentiam in feudo ſupplere. dicto c.Irrefragabilis, de offic.deleg.

¶ Secunda ratio quoq; nihil facit, quia ipſe Panor.hic in v.not.decidit, quòd
5 feudum † trahat naturam & qualitatẽ, reſpectu inferiorum vaſallorũ potius ab immediato, quàm mediato domino. Et addit Andr.Barb.quod tale feudum denominatur vario modo, propter diuerſitatem ſubiectorum, quibus inhæret, hoc eſt, quando Epiſcopus concedit nobili, dicitur feudum eccleſiaſticum, propter concedentem, & quando nobilis vltrà concedit, dicitur ſeculare, quoque propter concedentem, & ſic quælibet ratio dicitur naturalis, habito reſpectu ad concedentem, alioqui ſi ſecus diceretur, ſequeretur quòd nullum feudum poſsit dici eccleſiaſticum, cùm omnes prælati Eccleſiarum habeant ſua feuda ab Imper.

¶ Tertiò quoq; nihil valet d.§.Debet, quia loquitur de tẽporali iuriſdictione, quam exercent Epiſcopi in criminalibus per alios, quæ de ſui natura nõ poteſt dici eccleſiaſtica, ſecus in feudo,

Igitur videtur prima Lectura iuri cōmuni, & quoque textui conformior. quam aliæ, licet Docto. dicant quod omnes iſtæ Lectur. in ſe poſsint eſſe veræ.

¶ No. primò ex hoc tex. ſecundum pri
2 mam Lecturam, † quod vaſallus non
poſsit prorogare in feudo iuriſdictionem alterius Iudicis, ſine domini conſenſu, de quo dictum eſt in c. Cæterū. ſ. de iud.

¶ Secundò no. ꝙ dominus poſsit inhibere vaſallo, ne ſuper feudo reſpōdeat corā alio Iudice. Alia nota. vide apud Docto. hic.

¶ Glo. fi. tenet ſecundam lecturam, ꝙ ſcilicet Epiſcopus interrogans fuerit delegatus, & ideo ponit duas regulas.

¶ Prima eſt, ſi Papa ante negligentiam Iudicis ſecularis dediſſet delegatum in feudo, ꝙ illius delegati iuriſdictio fuiſſet ineffieax, quādiu Iudex ſecularis non fuiſſet negligens. Quam primum autem cœperit eſſe negligens, tum illa iuriſdictio, quæ ante negligētiam fuit inefficax, incipiat eſſe efficax & ſic ꝙ ſit in ſuſpenſo ante laici negligentiam. per tex. hic, dum dicit: Et ſi ipſe malitiosè diſtulerit. Sed Anto. de But. reprehendit gl. per illa iura quæ hic in gl. allegata ſunt, & per tex. in c. Licet. j. eod. Vbi habetur: Si cauſa per Pontificem delegatur, inter laicos, non eſt ſuſpenſa iuriſdictio ad laici Iudicis negligentiam, ſed eſt ipſo iure nulla, irrita & inanis, Ergo &c. Pan. & And. Barb. hic reſpondent ad hoc, qđ dictum Ant. ſit verum in ſe, tamen gl. quoque poſsit ſaluari. Primum ideo, ꝙ iſti milites erant ſubditi Epiſcopi, quare ei⁹ iuriſdictio potuit eſſe in ſuſpenſo, ſic ponit, ſecundū eos, hic text. limitationem ad d. c. Licet. Secundò poteſt ſaluari gloſſ. j. hic, quod ſcilicet alter litigātium erat Clericus. Sed de hoc ſupra. Tu autem tene primā Lecturam, Secunda reg. gl. in ſe eſt vera, nec habet dubium.

Alex. III.

VErùm quoniā de quibuſdam feudis aduerſus præpoſitum quæſtio mota fuit, Statuimus, vt ex quo Epiſcopus fuerit in Eccleſia conſecratus, & de feudis ipſis ſub ſuo Iudicio cognoſcatur, ſi ad eccleſiaſticam cognitionem pertineant, alioquin beneplacito imperiali, ſicut iuſtum fuerit, relinquatur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Clericus coram laico conueniri non poteſt, niſi ſuper feudo &c.*
2 *Epiſcopus in cauſa feudali cognoſcit, non vt Epiſcopus, ſed vt iudex ciuilis.*
3 *Ad quem poteſt appellari, is etiam negligētiam inferioris ſupplet.*
4 *A domino feudi non appellatur ad Ordinarium, ſed ad ſuperiorem domini feudi.*

DOMINVS Feudi ſiue ſit eccleſiaſticus, ſiue laicus, in cauſa feudali cognoſcit, ſecūdum communiter Docto. Vel ſic.

¶ Per dominum feudi ſecularem, ſiue

eccleſiaſticum quo feudalis terminari debet, etiam ſi vaſalli ſint Clerici: & ſi plures pretenduntur domini, non poteſt vnus cognoſcere, an feudum ad ipſum pertineat maxime alio abſente.

¶ Caſus. Quidā Præpoſitus tenebat rem in feudum, & conueniebatur ab aliis quibuſdā ſuper illa re feudali coram Imperatore, & ſic Iudice ſeculari, Præpoſit⁹ excipiebat, ſe habere id feudū ab Eccleſia quadā, quæ tū vacabat. Quærebatur, ad quem pertineret hæc feudi cognitio. Reſponſum eſt, ꝙ Eccleſia vacante, nihil ſit attentandum. Sed poſtquam alius prælatus electus & confirmatus fuerit, tunc, ſi ꝑpoſitus habuerit feudum ab Eccleſia, Epiſcopus iudicet. Siverò ab Imperatore, Imperator cognoſcat. Hoc c. quoque habet duos intellectus.

¶ Primus eſt, ꝙ hic præpoſitus Clericus erat in quadam Eccleſia cathedrali, Et ſecundum hunc intellectum deciditur, quod etiam Clerici, ratione feudi, conueniri poſſint coram ſecularibus.

¶ Secundus intellectus eſt, ꝙ hic præpoſitus fuerat laicus, & ſic quidā Officialis, qui Præpoſitus vocabatur, ſicut Florentiæ præſidētes ciuitati vocatur priores, & tamen ſunt laici.

¶ Primus intellectus eſt communis, & eum tenet Hoſ. hic, & communiter dd. & probatur per gl. in. c. j, ij. q. j. Vbi ponit Regu. quod Clerici non poſſint cōueniri corā laicis: & poſtea addit quaſdam fallentias, inter quas eſt & illa, Niſi conueniatur ſuper feudo &c. Et eſt gl. in. c. Romana. §. debet, in verbo, Hoc iure ī. de appella. in. vj. & allegat Panor, ad hoc tex. in. c. Solitæ. §. Verū, iun. gl. in verbo, Suſcipiunt. ſ. de mai. & obediē. Vbi dicitur, ꝙ Imperator in tēporalibus ꝑceſſit illos Clericos, qui ab ipſo ſuſcipiunt temporalia. Igitur gl. ibi concludit, ꝙ in huiuſmodi caſibus appelletur ab Epiſcopo ad Imperatorē. Quia epiſcop⁹ hoc caſu cognoſcit tanquā Iudex ciuilis. Et eſt ratio ſecundum Doct. quia licet per infeudationem tranſeat vtile dominiū in vaſallū, tamen dominiū directū manet penes ipſum concedētē, de quo in c. Vni. qualiter do. feud. prop. pri. cum ſimili. Igitur iudicando de feudo cenſetur iudicare de re ſua propria potius quā de clerici perſona, & ſic ceſſat ratio prohibitionis. Et facit ad hoc tex. in. c. Si in mortem, §. porro, ij. qō. viij. & vide quoque Dn. Gemi. & Phi. Fra. in. d. §. Debet. Et hūc intellectū tenet hic Hoſt. Inno. Ioan. de Imo. Panor. & Bal. in. c. Vnico, de cōtrouer. feu. apud pares termi. & faciunt no. in. Cæterū. ſ. de Iudic.

¶ Aliū intellectū, ꝙ. ſ. hic Præpoſitus fuerit Clericus, tenēt Gof. & Archid. in. c. Vni. de cle. coniu. in. vj. & mouent per vulgatas & generales regulas, quę eximūt Clericos à iuriſdictione laicorū, in. c. Qualiter. ſ. de iud. c. Sanč. c. Si quis cōtra. c. Si diligenti, cum ſimilib. hic in tit. noſtro. Et allegat And. Barb. multa, alia iura prohibentia ne Clerici trahātur ad iudiciū ſeculare, & quoque videtur ſequi hunc intellectū. Tamen primus intellectus eſt cōis, & ſeruatur in practica, ꝙ. ſ. hic præpoſitus fuerit Clericus, & ratione feudi tenebatur reſpondere corā domino feudi ſeculari. Et, ſicut dictū eſt, in feudo eſt fallentia à cōmuni Regula, ſuper qua fundantur ſecundus intellectus.

¶ Sed circa hūc primū intellectū ori-

tur alia diſputatio, qua ratione Imperator hic fuerit Index. Poteſt enim text. primo hoc modo intelligi, ſi Epiſcop' fuerit negligens, quod tũ Imperator eius negligentiam ſupplere poſſit, nõ quidem ratione feudi, ſed ſicut fit eſt è cõuerſo, vt c. Licet. j. eo.

¶ Secundò poteſt intelligi, quod hic prælatus fuerit vaſallus Imperatoris & quod tum demum Imperator, tanquã Iudex feudi ſuperior, poſſit cognoſcere, quando Epiſcopus vaſallus fuerit negligens, vt diximus in c. proximo.

¶ Tertiò poteſt intelligi, quando hic contentio erat, vtrum feudũ, de quo cõtendebatur, immediate pertineret ad prælatũ Eccleſiæ, an vero immediatè ad Imperatorẽ, & ſic vter iſtorũ immediatus feudi Iudex.

¶ Quod attinet ad primũ intellectum gl. hic, in verb. Cognitionẽ, ponit duas opiniones & variè diſputatur à Doct. ſuper hoc intellectu. Pan. dicit, ſi vaſallus eſt laicus & Epiſcopo, ratione verò iuriſdictionis ordinariæ eſſet ſubiect' ratione verò iuriſdictionis ordinariæ eſſet ſubiectus alicui principi ſeculari, tunc princeps ſecularis poſſet Epiſcopi negligentiam etiam in feudo ſupplere, quia iuriſdictio cenſetur cuilibet domino ſeudi attributa eſſe, in quãtũ eſt vigil in adminiſtranda iuſtitia. c. Ex tranſmiſſa, iux. ij. intellectũ. ſ. eod. Si ergo Epiſcopus eſt negligẽs, remanent vaſalli ſua iudice proprio & naturali, & p hoc nõ dicit proprie laicus ſupplere negligẽtiam Iudicis eccleſia. ſed potius vtit iure ſuo in laicos ſibi conceſſo. Arg. l. fi. C. de iuriſ. om. iudi. quia res de facili redit ad ſui principium. c. Exordio. xxxv. di, l. Si vnus. §. Pactus ne peteret, in. fi. ff. de pac. & faciunt ad hoc quæ not. Inn. in. c. Solitæ, ſ. de maio. & obe. Vbi dicit, quod Epiſcoſcopus in cauſis feudalibus nõ cognoſcit, vt Epiſcopus, ſed vt Iudex ciuilis, quia non habet feuda à Cano. ſed à. l. feudorũ, quæ indiſtinctè dat iuriſ. domino feudi. c. Imperialẽ. §. fi. de prohi. feu. alie. per Fri, & ſic vult, ſi vaſallus Eccleſiæ eſt laicus, & alioq rõne ordinariæ iuriſdictiõis iudici laico ſubiectus, quod Iudex laic' Epi negligẽtiã ſupplere poſſit, ſecũdũ primũ intellectũ.

¶ Sed hic primus intellectus nõ poteſt procedere, quia neque tex. neque Iuri cõformis eſt, hoc probatur per ea, quę

3 no. Aud. Barb. hic. Nã certũ † eſt quod is tãtũ alicui' negligẽtiã ſupplet, ad quẽ fuiſſet appellatũ, ſi Iudex negligẽs ſententiã tuliſſet, ſiue ſuperior ſit eccleſiaſticus, ſiue ſecularis, ſecũdũ Bal. in. l. fi. §. illud. C. de tẽ. ap. & c. Irrefragabilis. §. Exceſſus. j. de offi. ord. & diximus in

4 c. pce. Sed à domino feudi nõ appellatꝛ ad ordinariũ, ſed ad iudicẽ feudi ſuperiorem, vt no. in. d c. Ex trãſmiſſa. & c. Romana. §. Debet, de ap. in. vj. Quare Iudex ordinari' laic' nõ põt ſupplere negligẽtiã Iudicis eccleſiaſtici in feudo. Et ſic prim' intellect' nõ procedit.

¶ Secundus intellectus põt eſſe verus in ſe per ea, quæ circa primũ intellectũ dixim' ſed nõ cõgruit tex. quia hic permittit laico iuriſdictionẽ ſub cõditione, ſi. ſ. iuriſdctio eccleſiaſticam cognitionem nõ pertineat, & ſic diſputatio erat, vter fuerit dominus feudi immediatus Imperator ne, an Epiſcopus. Igitur tenẽdus eſt tertius intellectus. Et per hoc fit explicata glo. in verbo, Cognitionem. Reliqua quæ hic de feudis trãctãtur, tu vide quæ diximus ſuprà, in. c. Cæterum, de Iud.

Inno.

Inno. III. Piſano Archiepiſcopo.

SI diligenti, & infrà. Aſſeruiſti te vſque ad hæc tẽpora tenuiſſe, ꝙ licitum ſit Clerico renunciare ſaltem in tẽporalibus cauſis Iuri ſuo, & ſibi laicum Iudicem conſtituere, præſertim vbi aduerſarii voluntas accedit, ac tenere iuramentum ſuper hoc interpoſitum, reſpondiſti immemor conſtitutionis, qua cauetur, pacto priuatorum iuri publico minimè derogari. Quum ergo Ius hoc in Mileuitanen. & Carthaginenſi. Conciliis ſit ſpecialiter promulgatum, Ne Clerici Clericos, relicto ſuo Pontifice, ad iudicia publica pertrahãt, alioquin cauſam perdant, & à communione habeantur extranei, & tam Epiſcopi quã Diacones, ſeu quilibet Clerici in crimiali ſeu in ciuili negotio, ſi derelicto eccleſiaſtico iudicio publicis iudiciis ſe purgare voluerint, etiã ſi pro eis ſit lata ſentẽtia, locũ ſuũ amittã 1 & hoc in criminali actione, In ciuili verò perdãt, quod euicerint, ſi ſuum locum maluerint obtinere. Manifeſtè patet, quod non ſolum inuiti, ſed etiam voluntarii nõ poſſunt, vt ſecularia iudicia ſubeant: quũ nõ ſit beneficiũ hoc perſonale, cui renunciare valeat, ſed potiꝰ toti collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, cui priuatorũ pacto derogari nõ poteſt: nec Iuramẽtũ licite ſeruari potuit, qđ cõtra ſtatuta illicita pactionibꝰ informat.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Clericus laicum ſibi Iudicẽ conſtituere non poteſt, etiam iureiurando, & alterius partis conſenſu interueniente.*
2 *Diſputatio & opinio glo. quando iuri publico renunciari poſſit, necne.*
3 *Bar. diſtinctio, an & quando iuri naturali, vel poſitiuo quis renunciare poßit.*
4 *Examinatio & declaratio diſtin. Bart.*
5 *Quæ à iure naturali primæuo introducta ſunt, iis nemo poteſt renunciare.*
6 *Accuſatus innocens defenſionibus ſuis renunciando, nihil ſibi præiudicat.*
7 *Puniendus ex ſtatuto, ob vulnus alteri inflictum, vt vel c. infra menſem ſoluat, vel amputetur ipſi manus, ſi expreßè nolit, vel etiã non poßit ſoluere c. eo manus tamen ante menſem non erit amputanda.*
8 *Accuſatus innocens vbi non appellat, cuilibet pro eo appellare licet.*
9 *Confeßio & renunciatio, quando error doceri queat retractanda.*
10 *Iurigentiũ, an per renunciationẽ derogetur.*
11 *Pactum cõtra bonos mores, & ad delinquẽdũ*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

inuitans non valet. Secus ſi in eo delicti iam commiſſi fieret remiſsio.

12 *Hereditati delatæ, non autem futuræ, renunciari non poteſt, niſi mediante iuramento.*

13 *Iuri poſitiuo, certam formam in actibus hominum ſtatuenti, priuatorum placitum nihil derogat.*

14 *Iuſiurandum an ſit de ſubſtantia teſtimonij & an teſti illud poſsit remitti.*

15 *Duo circa iuſiurandum teſtis conſideranda.*

16 *Ratio quare formæ & ſolennitati à iure præſcriptæ, renunciari non poſsit.*

17 *Minoris renunciatio mediante iureiurando, valet.*

18 *Mulier an & quando S.C. Velleiano renunciare poſsit. Item quando ex interceſsione ſua obligetur necne.*

19 *Renunciare quis non cenſetur ijsque ignorat.*

20 *Renunciatio, & generalis præcipuè, non præſupponit certiorationem.*

21 *Generalis renunciatio non ſufficit.*

22 *Pro notario dicente mulierem certiorem factam præſumendum.*

23 *Mulieris renunciatio iureiurando firmata abſque præcedente certioratione valet.*

24 *Iuramenta omnia, quæ non vergunt in æternæ ſalutis diſpendium ſeruanda ſunt.*

25 *Iuramentum præſupponit deliberationem quãdam actum, cui adijcitur, præceſsiſſe.*

26 *Renunciatio contra bonos mores, iureiurando non firmata, ſimpliciter non valet.*

27 *Renunciatio contra bonos mores mediante iureiurando facta, an valeat.*

28 *Boni mores ſunt duplices.*

29 *Renunciatio contra bonos mores naturales, etiam iureiurando interueniente, non valet. Secus contra bonos mores ciuiles.*

30 *Iuſiurandum ea, quæ propter ſui turpitudinẽ ſunt prohibita, non confirmat.*

31 *Filiusfamil. an mediante iuramento, S. C. Macedoniano poſsit renuntiare necne.*

32 *Caſus vbi filiuſfa. renunciatio etiam ſine iurando valet.*

33 *Laicus in alienum Iudicem conſentire poteſt quando ſcilicet Iudici ſuo ratione iuriſdictionis tantum ſubiectus eſt.*

34 *Laicus etiam in feudo alienum Iudicem eligere poteſt vbi ſcilicet agitur poſſeſſorio.*

35 *Similiter in cauſa criminali, ſi tamen Iudex talis habeat merum imperium.*

36 *Prorogatio tamen Iudicis in cauſa criminali Iudicis proprij inquiſitionem non impedit.*

37 *Clericus in laicum poteſt compromittere, vt arbitrum, in rebus ſcilicet proprijs.*

38 *Ratio quare promiſsio illa valeat.*

39 *Trahens aliquem ad incompetentem Iudicem an ipſo iure vel per ſententiam cauſa cadat ſiue cauſam perdat.*

40 *Pœna trahentis aliquem ad incompetentem Iudicem quando videatur commiſſa.*

41 *Pœnitentiæ in pœnis legalibus locus eſt vſque ad ſententiam hoc verum in delictis, quæ per ſententiam conſummantur.*

42 *Litis conteſtatione perficitur delictum trahẽtis aliquem in vetitum iudicium.*

43 *Sententia lata cõtra eum, qui aliquem in vetitum iudicium traxerit nullius eſt momenti, ſed ſufficit talem pœna ſtatuta puniri.*

44 *Reus quomodo & quando Actori iniuriam facere cenſeatur per hoc, quòd Actorem ad Iudicem competentem trahit.*

1 NON poteſt† Clericus ſibi cõſtituere Iudicem laicum, etiã ſi iuramentum & partis alterius conſenſus accedat. h. d. ſecundum communiter dd.

¶ Caſus. Pone, quidam Clericus accepit à laico pecuniam mutuò, quam promiſit ſe ſoluturum infra certum terminum cum hac adiectione, ſi infra illum terminum non ſatisfecerit, ſe coram Iudice laico reſponſurum eſſe, & mediante iuramento renunciauit priuile

uilegiis,quæ in hac parte Clericis conceſſa ſunt. Et quia hæc cauſa erat omnino ciuilis nihil commercii habens cū eccleſiaſticis,dubitabatur, an hæc renunciatio valeret.Et primū ſuper hac q.cōſultus eſt Archiepiſcopus Piſanus qui reſpondit,valere hanc renunciationem voluntariam,& iuratam, motus fortè per.l.Paciſci,cum ſimilibus.ff.de pact.Et præſertim propter iuramentū quod ſeruari potuit & debebat ſine diſpendio æternæ ſalutis c.Quamuis infra de pact.in vj.c.Cum contingat, cū multis ſimilibus infr.de iureiu. Sed tamen cum hæc q. delata eſſet ſummo Pontifici, impugnauit hāc opinionem Archiepiſcopi,& probat hoc tribus rationibus.Primò per tex.in l.Ius publi. ff.de pact.Secundò per conſtitutionem Concilii Meleuitanen. Vbi conſtitutū eſt, ſi Clericus Clericum ſuo ordinario Iudice relicto,pertraxerit ad Iudicem ſecularem,cauſam perdat,& à cōmunione ſit extraneus.Tertiò per conſtitutionem Concilii Carthaginen.De quibus ſunt text.in c. Placuit.xj.q.j.& recenſentur hic in text.Quare concludit quòd etiam mediante iureiurando nō poſsit fieri talis renuntiatio.Et hæc omnia examinabuntur in gl.

¶ Glo.in verbo,Pacto priuatorum,diuiditur principaliter in quatuor partes. In prima ponit iura concord.In ſecunda, quæ eſt ibi, Argumentum contra, opponit contra tex. In tertia, quæ eſt ibi,ſuper hac contrarietate,ponit ſolu. diſtinctio.& declarat per exempla. In quarta, quæ eſt ibi, Item & alia ratio, ponit aliās rationes,quare Clericus nō poſsit litigare coram laico.Prima pars eſt facilis, quia vt diximus ponit tantum iura concord.

¶ Sed contra illam primam partem, & contra tex.opponit glo. hic in ſecunda

2 parte, quòd imò † etiam iuri publico renunciari poſsit & probat ſic. Nam publici iuris eſt, quod quilibet venditor teneatur emptori de vitiis animalium venditorum vt.ff.per tot.de ędil. edict.Sed huic publi. iuri poſſunt partes renunciare pactis priuatis, ſcilicet quod venditor non teneatur de vitiis. l.Paciſci.ff.de pact.Ergo &c. Secundo hoc quoq; iuris publici eſt, ſi teſtator legat alicui cap. ſub conditione,vel in diem,tenetur hæres præſtare cautionē legatario de ſoluendo legato,aduenien te die,vel conditione.l.j.C. Vt in poſſ. lega.vel fideicomm. &c. Et tamen hæc cautio poteſt per partes remitti. l. Pactum inter hæredem.ff.de pact.l.Scire C.Vt in poſſeſ.&c.Tertiò à iure publ. introductum eſt beneficium appellat. vt ff.& C.& infr.per tot.de appella.Et tamen huic beneficio à iure publ.introducto renunciari poteſt. l. j. §. Si quis ante ſententiam.ff.A quib. appell.non licet.l.vlti.in fin.C.de appell. Quartò introductæ ſunt feriæ à iure publ.ff.& C.per tot.de feriis.Et tamen eis renunciari poteſt,præſertim quæ ſunt introductæ in fauorē hominum.l. j. in prin. ff.de feriis.Poſtremò eſt opt. text. in l. Si quis in conſcribēdo.C. de pact.Vbi habetur licet quis ratione militiæ, vel ſacerdotalis dignitatis habeat immunitatem ne teneatur reſpondere coram aliquo certo Iudice,tamen huic priuilegio renunciare poteſt.

¶ Glo.in tertia parte ponit ſol. ad illa contraria diſtinguendo,quam vide. Et hoc vult in effectu gloſſ.quòd huic iuri renunciari poſsit,quod continet merum fauorem alicuius, vel quorūdam.

Secus ſi continet fauorem ab vna parte,& odium ab altera. Et quia hæc materia eſt vtilis,difficilis,& quotidiana, ideo quoq; in multis locis tractatur vt per dd.in d.l.Ius publ.& in d. l.Si quis in conſcrib.& in l. Nemo poteſt. ff. de lega.j.& eſt opt.glo.in.§. Præterea , in verb.Si conſulto,in Aut. Vt ſine proh. &c.colla.vij.Ang.in.§.Idem iuris. ver. Nunc generaliter quæro. Inſti. de excep.& dd.ſupr. pro concord. & contrariis allegatis. Quia autem plerunq; fit remiſſio per dd.ad Bart. in d.l.Si quis in conſcrib.ideo eam recitabimus , & poſtea examinabimus,& declarabimus

3 per exempla.Dicit ergo Bart.†Quando quæritur,vtrum quis iuri renunciare poſsit, necne diſtingue.

¶Aut eſt ius naturale,& non poteſt renunciari, Vt ſi quis vellet renunciare familiæ,agnationi vel conſanguinitati quòd ſcilicet nõ eſſet frater vel cognatus alicuius,& ſic vellet cognatam ducere vxorem propter renunciationem non valeret renunciatio.l. Iura ſanguinis.ff.de regul.iur. l. Ius agnitionis.ff. de pact.

¶Aut eſt ius poſitiuum,cui renunciare debet,vt ius Ciuile ius Cano.ſtatuta & conſuetudines ciuitatum ſiue prouinciarum,& diſtinguit. Aut eſt tale ius, quod certam formam ſtatuit in actib. hominum , qualis eſt l. Hac conſultiſſ. C. de teſta. Vbi habetur quòd ſeptem teſtes rogati & vno contextu adhiberi debeant. Item,qualis eſt l. Data. C. de dona. quę requirit quod dona.vltra D. aureos debeant actis inſinuari. Item, qualia ſunt iura diſponentia de natura contractuum, ſcilicet quod in ſtip. debeat præcedere interrogatio , & ſequi reſponſio vt Inſti.de ver.ob.Item quale eſt in matrimoniis,quòd contrahentes debeant eſſe legitimæ ætatis &c. In his & ſimilib.caſibus. licet partes ſecus egerint,quàm ius poſitiuum diſponit, & renunciauerint iuris diſpoſitioni, renunciatio nihil valeret.d.l. Nemo poteſt.ff.de leg.j.l. Contra iuris, in pr.ff. de pact.l.Teſtandi. C.de teſt.

¶Aut eſt tale ius poſitiuum, quod non ſtatuit certam formam in actib. hominum , ſed alio modo diſponit , & dicit Bar.Aut eſt omnino ius publicum propter vtilitatem publicam tantũ introductum, quale eſt priuilegium Clericorum,& huic iuri renunciari non poteſt:& in hoc caſu propriè loquitur text. noſter,& iura concord. Aut eſt ius poſitiuum priuatum,quod ſcilicet priuatis hominibus concedit aliquod ius, & diſtinguit Bar.Quandoq; illud ius continet priuatam vtilitatem renunciantis, & publicam ſimul & tunc ſi priuata vtilitas poteſt ſeparari ab vtilitate publica,valet renuntiatio,quando ad priuatam vtilitatem,non autem quo ad publicam. Exemplum. Nunciatio noui operis eſt ius priuatum beneficium tribuens. Si igitur quis nunciaret alicui nouum opus in loco,qui partim eſt publicus,partim priuatus, & poſtea renũciat huic renunciationi , valet hæc renunciatio, quo ad rem priuati renunciantis , in qua ædificatur. Quatenus verò publica res eſt,non valet. l. Iuris gent.§.Si paciſcar.ff.de pact.& l.Inter debitorem,iun.glo. in verb. Quantum ff. de pact.Si verò priuata vtilitas non poteſt ſeparari à publica,non valet renunciatio iuris pro priuato introducti.

¶Exemplum.Publicæ vtilitatis eſt dotes mulieribus conſeruari.l.j.ff.ſo. ma. Igitur ſi mulier omnino renunciat doti,

ti,quod non debeat reddi,hoc caſu publi.commodum non poſſet ſeparari à priuata vtilitate. Quia ſi mulier maneret indotata,non facilè traderetur nuptui,nec poſſet ciuitatem replere liberis vt tex.dicit, Igitur renunciare non poteſt.l. De die.ff.de pact.dota. Et huc pertinet tex.in d.l.Quos prohibet.ff.de poſtul.& c.Exceptionem. j. de excep. l.Filiusfa.§.Veterani.ff. de procura. & d.l.fin.§.Sed quia. C. de iureiur. prop. cal.dan.

¶Quandoq; verò illud ius non continet aliquam publicam vtilitatem, ſed vtilitatem renunciantis,& tertii cuiuſdam priuati hominis ſimul & tunc, ſi poſſunt ſeparari valet renunciatio,quo ad præiudicium renunciantis, non autem quo ad præiudicium tertii, vt C. per tot. res inter alios acta.l.j.C.de cõmerum alie. Si vero ſeparari non poſſunt,non valet renunciatio. Exemplũ. Si liber homo renunciaret libertati & contenderet ſe eſſe in ſeruitute,hæc renunciatio quo ad parentes & cognatos eius non valeret,quia ipſorum intereſt filium vel cognatum non eſſe ſeruum, & ſic eſt,inſeparabile.l.j.ij.iij.& iiij. ff. de lib.cau.

¶Quandoq; verò illud ius continet ſolius renunciantis vtilitatem ſine publica,vel alterius cuiuſpiam tertii vtilitate,& tunc, ſi illud ius eſt introductum in nullius odium, ſed principaliter in fauorem renunciantis tantum,& ſubdiſtinguit: Aut eſt introductum propter renunciantis imbecillitatem,& non valet renuuciatio.Exemplum. In reſtitutione in integrum quæ introducta eſt propter imbecillitatem Minoris. l.j.ff. de Mino.Igitur non valet renunciatio ſi minor. durante minore ætate renunclauerit.l.ſi intra,cum ibi not.C. de in integ.re.l.Si Index circũuento,& quæ ibi not.ff.de Min.l.doli §. idemq; ver. Diuerſum.ff.de noua. Aut eſt introductum propter aliam cauſam quàm propter renunciantis imbecillitatẽ,& tũc ſi talis renunciatio eſt contra bonos bonos mores, vel induceret aliquem ad delinquendum,& non valet.Exemplũ. Iure cautum eſt,quòd maritus non debeat cõdemnari in ſolidum,ſed in quãtum facere poteſt, quando dos ab ipſo repetitur,& hoc propter reuerentiam, quã debet vxor marito.§.Item ſi de dote.Inſt.de act.Igitur ſi maritus huic beneficio renunciaret, eſſet renunciatio contra reuerentiã,& contra bonos mores nec valeret.l.Alia cauſa.§. Eleganter.ff.Sol.ma.& eſt text.in l.Conuenire.ff.de pact.dota.Si verò talis renunciatio non eſſet cõtra bonos mores,nec induceret quem ad delinquendum,valeret renunciatio, Vt ſi quis renunciat hæreditati delatæ & plenti. Vel ſi quis renunciat excep.declinato.fori,de quo in d.l.Si quis in conſcrib.C. de pact.& in l.ſi quis in conſcrib.C. de Epiſco. & cler.Si vero illud ius non eſt introductum in fauorem renunciantis, ſed in odium alterius,quale eſt S. C. Maced. quod introductum eſt in odium illorũ qui dant pecuniã mutuò filiisfa.& non in fauorẽ filiorumfa. & diſtinguit Bar.

¶Aut eſt,talis renunciatio,per quã tollitur illud odium,Vt ſi pater contractũ filii ratificat,& renunciat Macedoniano, idem eſt, ac ſi ab initio mandaſſet Mutuum,Igitur ceſſat odium S. C.Macedo.& valet renunciatio.l.ſi.Ad S. C. Macedo.

¶Aut propter renunciationem odium non tollitur,Vt ſi nõ pater ipſe, ſed filius

lius familias renunciat Macedoniano, certè odium durat, nec poteſt valere renunciatio. l. Tamen. ff. Ad S. C. Maced. Hæc Bar. Et quia omnes ferè dd. vt diximus, in hac difficili q. remittũt ſe ad eius doctrinam, igitur placuit eã huc recitare, & breuiter declarare.

4 ¶ Nunc autem ſingula membra copioſius examinabimus.

¶ Quod autem ad primum membrum iſtius diſtinctio. attinet, de iure ſcilicet

5 naturali, Tu intellige quòd Bar. † loquatur de iure naturali primæuo. Et pro eius declaratione patet, quòd quis non poteſt renunciare Matrimonio, procreationi, & educationi liberorum. l. j. §. Ius naturale. ff. de iuſti. & iur. cum ſi. Nec poteſt quis renunciare libertati, cùm & ipſa iuris naturalis ſit. c. Ius naturale. j. di. & libertas ſola voluntate amitti non poteſt. l. Nec ſi volens. C. de lib. cau. Ita quoque quis non poteſt renunnciare vitæ ſuæ, vel ſanitati mẽbrorum, nec ſe obligare ad pœnam perſonalem, vel mortis. l. Liber homo. ff. Ad. l. Aquil. l. Si vnus. §. pactus. verſi. Sed ſi pactum. Ibi non enim ex pacto. ff. de pact. c. Cum homo, xxiij. q. v. cum ſimilib. Et hoc non habet dubium. Sed cùm defenſio corporis & vitæ quoque ſit iuris naturalis, quia omni generi animantium inditum eſt, vt ſe & corpꝰ ſuum tueantur. l. Vt vim, cùm ibi not. ff. de iuſt. & iu. l. j. §. Cùm arietes. ff. Si quadrup. paup. fe. dic. dubitatur, ſi quis eſt accuſatus criminaliter, & renunciauit defenſionibus ſuis, ſcilicet quòd eas in iudicio opponere nollet, vtrum valeat hæc renunciatio. In qua. q. omiſſis ſuperfluis, breuibus per dd. deciditur,

6 quòd accuſatus † innocens qui defenſiones hãbet, nec eſt ſolenniter in Iure delictum confeſſus, vel ſi fuerit cõfeſſus, docere poterit de errore, defenſionibus renunciare non poſſit. Et ſi renunciauerit, renunciatio non valet. Ita decidit expreſſè glo. in. l. Pactum inter hæredẽ, in verbo. Cùm liceat, & ibi Bart. ff. de pact. quam gloſſ. reputat Bal. ſin. in. c. Cùm non ab homine, in vlt. col. ſupr. de iud. & in. c. Cùm veniſſet, infr. dẽ teſtibus, & in. c. Paſtoralis. ver. Quæro nunquid poſſint, infr. de except. Et per iſtam glo. dicit Bald. in. d. c. Cùm non

7 homine. quòd ſtante ſtatuto, † ſi aliquis vulnerauerit aliquem, puniatur in. c. vt det infra mẽſem. Si verò illam pœnam dare noluerit, vel non potuerit, quòd amputetur ei manus, & Reus dicat ante menſem quòd nolit ſoluere, propter hoc nõ poſsit ei amputari manus ante menſem, per d. glo. Et probatur hoc quoque per tex. & quæ ibi no. in. l. Non tantum. ff. de appella. Vbi di

8 citur, † ſi accuſatus innocens condemnatus voluerit acquieſcere ſententiæ. & non appellare, poterit quilibet aliꝰ pro ipſo appellare, & eſt differenda executio, etiamſi ipſe Reus expreſsè cõtradixerit appellatiõi. Et eſt ratio, quia nec tacitè, neq; expreſſe poterit huiuſmodi defenſionib. renunciare: & ſi nemo ſit, qui innocentem defendat: tenetur Iudex ex officio de defenſionibus & innocentia inquirere. l. Si non defendãtur, cum ibi no. ff. de pœ. Nec habet hoc dubiũ, modò ſit talis defenſio. quæ tendat ad merita cauſæ, & ad oſtendendam innocentiam accuſati. Secus ſi eſſet except. dilatoria vel declinatoria, ad formam & ordinatiouem proceſſus pertinens, huicbene poteſt renunciari. c. ij. & quæ ibi no. infr. de accuſa. in. vj. Ratio eſt, quia in huiuſmodi defenſionibus

bus & exceptionibus dilato.non conſi-
ſtit defenſio naturalis,ſecundum Bal.
& D.Iaſo.in.d.l.Si quis in conſcrib.

¶ Dixi autem Innocentem accuſatum
admittendum,quia ſi euidenter cõſtat
quem eſſe innocentem, tum procedit,
ſiue renunciet,ſiue non,ſecũdum Bal.
in.c.Significante,in.ij.col.infr.de ap-
pell.Et proptarea additum eſt,ſi defen-
ſiones habet:alioqui enim non curare-
tur renunciatio, ſecundum Bald.in.l.
Nam & poſtea.§.Si minor,circa fin,ff.
de iureiu.Idem ſi ſolenniter in iure cõ-
feſſus de crimine,tum quoque non cu-
ratur renunciatio, ſecundum Bald.in
9 Rub.C.de pact.Si tamen† poſſet doce-
re de errore,admitteretur, vt copioſè
nõ.in.l.Vnic.C.de confeſſ.Vide dd.in
d.l.Si quis in conſcrib. & And.Barba.
hic.Quod autem dictum de iure natu-
rali,idem dic de iure diuino.

¶ Sed nũc dubitatur,quid iuris ſit de
iure gent.quod appellatur ius natura-
10 le ſecundarium,†an poſſit huic iuri
renunciari,& pactis priuatorum dero-
gari.Et videtur primò,quòd ſic.Quia
dominia rerum ſunt de iure gentiũ.vt.
Inſtit.per totum,de re diuiſ.Et tamen
quilibet dominio ſuæ rei renunciare
poteſt,vt.ff.per tot. pro derelict.c.Su-
per hæc,cum ibi no,ſupr.de renun.Sic
quoque debetur filijs legitima loco ali-
mentorum de hoc Iure.Aut.Nouiſſi-
ma.C.de inoffi.teſta.Et tamen liberi
poſſunt renũciare huic iuri.C.per tot.
de repud.hæred.Secundò eſt & hoc iu-
ris gent.quòd nemo cum alterius iactu-
ra locupletari debeat.l.Nam & hoc na-
tura.ff.de condic.indeb.& tamen huic
iuri renunciari poteſt.Nam certũ eſt,
quòd is locupletatur cum alterius ia-
ctura,qui res alienas amouet,& de iu-
re gent.poteſt illa res amota condici.
l.Rerum quidem amotarum.in fine.ff.
Rerum amot.Et tamen valet pactum
de non petendo,quod ita ſubtractum
eſt.l.Iuriſgent.§.Si paciſcar.ff.de pac.
Ita quoque ius gent.tribuit condictio-
nem indebiti ei,qui indebitum ſoluit.
d.l.Rerum quidem.d.l.Nam & hoc na-
tura.Et tamen is,cui competit hæc cõ-
dictio,poteſt eam remittere.Ceſſat e-
nim hæc actio eo ipſo,quòd accipiens
retinet cum voluntate ſoluentis.Et ſic
patet,quòd iuri gent.tacitè & expreſſè
renunciari poſſit,ſicut decidit Ioã.de
Ana.in.d.l.Ius publ.motus his & ſimi-
libus rationibus.Sed Andr.Barba.hic,
qui recitat eum,cum multis alijs argu-
mentis,tenet cõtrarium,quòd non va-
leant talia pacta.

¶ Mouetur primò,quòd pactum non
valet,præbens occaſionem delinquen-
di.l.Conueniri,cum ſimilib.ff.de pac.
dotal.Sed per tale pactum,quòd liceat
alicui locupletem fieri cum paciſcen-
tis iactura.inducetur quis ad delinquẽ-
dum.l.Si quis mancipijs.§.fi.ibi.Nam
videri me dolum malum facere; qui
ex aliena iactura lucrum quæram.ff.
de inſtito.actio.Deinde allegat hoc pa-
ctum eſſe contra bonos mores,propter
ea non ſeruandum, & allegat multas
alias rationes ad idem tendentes. Sed
pro ſol.iſtorum breuibus dicẽdum eſt
quòd pacta,quibus quis renunciat,be-
neficio Iuris gent.de futuro ſibi com-
11 petituro,tanquam†contra bonos mo-
res:& inuitantia ad delinquendũ non
valeant.Iuri autem præſenti & præte-
rito poteſt,quis renunciare.Exemplũ.
Tale pactum nõ valet:Si in futurum
res meas amoueris:promitto me nol-
le condicere.Quando autem res mea

iam

tam amota eſt,& quis paciſcitur de nõ
petendo,valet pactum,quia hoc pacto
non fit inductio ad delinquendum,ſed
potius delicti remiſſio. Ita diſtinguit
glo.in.d.§. Si paciſcar,in verb. Nam
& de facto,& in gl.ſeq.Quæ glo.ibi ap
probatur per dd.& præſertim per Bar.
& Paul.de Caſt.Et facit ad hoc tot.tit.
T.Vt nemo inui.age. vel accuſ.cog.&
quæ no.Io.And.in addi.ad Spec.in ti.
de dona.ver.Quid ſi actum eſt,Vbi di
cit valere pactum de non reuocanda
dona.propter ingratitudinem præte-
ritam,ſecus ſi eſſet futura.Et probatur
hoc expreſſè, quòd hæreditati delatæ
quis renunciare poſsit. futuræ autem
renunciari non poteſt,niſi mediãte iu
ramento.c.Quamuis,infr. de pact.in.
vj.c.Cùm contingat,infr.de iureiu. Et
eſt omnium iſtorum ratio,quòd ius pu
bli.in hoc verſatur,quando fit renũcia
tio vel pactum de futuro,occaſio ſcili-
cet delinquendi,pactum autem de præ
terito iure reſpicit ius priuatum,ſcili-
cet quòd ipſi renuncianti tempus renũ
ciationis quæſitum fuit.De his vide
dd.in.l.fi.C.de pac.&in.d.c.Quamuis,
& in.d.c.Cùm contingat,cum ſimilib⁹.
Et ita quoque in effectu reſpõdet An
dre.Barb.hic.

¶ Reſtat nunc dicendum de renuncia
tione Iuris poſitiui.Eſt autem in hac
parte prima concluſio Bar.quòd Iuri
13 †poſitiuo,quod ſtatuit certam formã
in actib.hominum,renunciari non poſ
ſit &c.Sed contra illam deciſionẽ Bar.
opponitur.Nam certum eſt,quòd iura
diſponentia de modo teſtificandi,ſunt
iura poſitiua,introducentia rationem
& formam certam in actib.hominum
teſtimonium dicentium in Iudicio, &
in illis actib.iura requirunt,quòd qui
libe teſtis iurare debeat, nec credatur
teſti,non iurato.l.Iuſiurandi.C. de te-
ſtib.Et tamen huic iuri introducenti
certam formam in teſtimonijs homi-
num,renũciari poteſt per partes,& va
let renunciatio ſecundum gl.in.c. Ter
tio loco,infr.de proba.& in.d.l.Iuriſiu
randi,in verb.Iuriſiurandi.verſi.Item
ſi remittatur.& eſt tex.in.c.Tuis, cum
ibi no.infr.de teſti.Ergo videtur quòd
hæc deciſio Bar.non poſsit ſubſiſtere.
Et hæc eſt oppo.D.Iaſo.in.d.l. Nemo
poteſt,in prima Lect.in.v.col.poſt An
ge.Aret.ibi.ff.de lega.& And.Bar.hic.
¶ Ange.Aret.in.d.l.Nemo,nihil reſpõ
det,ſed relinquit cogitandum.Bart.au
tem in l.Si quis legatum.in prin.verſi.
Quæris pro huius. ff.Ad.l. Cornel.de.
14 falſ.dicit,†iuramentum teſtis non eſſe
de forma teſtimonij,nec de ſubſtantia
Ergo poſſet remitti,nihil tamẽ ad hoc
allegat.Sed hæc reſponſio Bart.impu-
gnatur per D.Iaſ.in.d.l.Nemo poteſt,
quòd imò iuramentum ſit de ſubſtan-
tia teſtimonij,hoc probat ſic: Omiſſio
iuramenti ipſo iure viciat dictum te-
ſtis,& reddit nullum.d.l.Iuriſiurandi,
& Arg.d.c.Tuis,Ergo eſt de ſubſtantia
teſtimonij,alioqui eius omiſſione non
viciaretur teſtimonium.Ideo Dn. Iaſ.
aliter reſpondet,in.d.l. Nemo poteſt.
quòd ſcilicet iuramentum in teſte con
15 ſideratur †bifariam.Quandoque enim
reſpicit priuatam vtilitatem.Quando
que verò publicam. Priuatam vtilita-
tem reſpicit.quando teſtis producitur
in cauſa,quæ dependet ex voluntate
partium litigantium, vt ſunt omnes
actiones perſonales & reales,& tũc po-
teſt remitti:& de hoc caſu loquuntur
iura in contrariũ allegata.Publicã ve
rò vtilitatem reſpicit,quando teſtis p
ducitur

ducitur in cauſa, quę non dependet ex voluntate partium litigantium, ſed ex autoritate Iuris, partibus volentibus vel nolentibus, vt in Matrimonio diſſoluendo &c. & non poteſt remitti: & ita loquitur gl. & quę ibi no. in c. Tuis, infr. de teſtib. & facit ad hoc, quòd iuramentum calumnię, quod propter publicam vtilitatem introductũ eſt, quoque non poſsit remitti expreſſè à partibus. l. ij. §. Sed quia veremur. C. de iura. cal. Ergo quoque aliæ ſolennitates Iuris, circa act⁹ hominum introductę, in illum ſcilicet finem, ne falſitas committatur, firmæ ſunt, nec poſſunt partium conſenſu remitti. nec eis renunciari: & ita quoq; declarabat Bar. in. iij. §. Si filius. ff. de lega. iij. & facit ad hoc quod no. Bal. in. l. j. ver. Extrà quęritur C. Qui admitti. Vbi dicit: Statuto cauetur, quòd mulier non poſsit adire hæreditatem ſine conſenſu duorum conſanguineorum: huic ſtatuto renunciari non poteſt. Et prædictorum eſt ra-
16 tio, quòd is, qui† renunciauit Iuri, certam formam diſponenti, cenſetur vti clauſula: Non obſtantibus legibus &c. Sed certum eſt, quòd nemo poſſit vti illa clauſula, non obſtante &c. niſi ſupremus princeps, vt no. in. l. digna vox. C. de ll. & l. Princeps. ff. de ll. & in. l. Reſcripta. C. de precip. Imp. off.

¶ Reliqua membra diſtinct. quatenus habent de publi. vtilitate tantùm. Itẽ de publica & priuata vtilitate renunciantis ſimul. Item de vtilitate renunciantis & tertij. non habent impugnationem. De ſequentibus verò diſputationes ſunt. Et primùm, quod attinet ad rationem ætatis, dictum eſt, vtrum Minor poſsit renunciare reſtitutioni in integrum, quę introducta eſt in eius fauorem, propter eius imbecillitatem, ratione ætatis. In qua. q. ſuprà in diſt. Bar. deciſum eſt, non valere huiuſmodi renunciationem, per iura ibi allegata. Tu pro intellectu huius q. hoc modo diſtingue.

¶ Aut Minor renunciauit durante minore ætate. Aut renunciauit maior factus infra ſcilicet quadriennium poſt maiorem ætatem, quo tempore petere poteſt reſtitutionem. l. fin. C. de temp. reſt. in integ.

¶ Primo caſu dic: Aut renunciat ſimpliciter ſine iuramento, & non valet renunciatio: & in hoc caſu loquuntur & intelliguntur iura ſuprà allegata. Aut mediãte iuramento renũciauit, & ſubdiſtingue: Aut in contractu, ſuper quo
17 renunciatio† accidit, eſt enormiter læſus & circumuentus, & valeret quidem renunciatio propter iuramentum: poſſet tamen petere abſolutionem à iuramento, ſecũdum Io. de Imo. in. c. Cùm contingat mihi, in. 74. colla. ver. Aduertite tamen, infr. de iureiu. Addit tamen, ſe non audere hoc pro certo adfirmare, cùm à nemine reperiatur pri⁹ tactum, ſuo tamen iudicio putat eſſe ſatis æquũ, per ea quæ no. Inn. in. c. Scripturæ, infr. de vot. Idem tenet Feli. hic.

¶ Aut non ſt enormiter læſus, & ſimplicite valet renunciatio propter iuramentum, nec habet locum abſolutio Arg. c. ij. & quæ ibi no. de pact. in. vj. Et ita decidunt Bar. Ang. Sali. & Paul. de Ca. in Authent. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. ven. & eſt ibi tex. Si bene inſpiciatur. Sal. in. l. j. in fi. C. de rebus cred. Paul. de Caſ. in l. Si duo patroni. § Idem Iulianus. ff. de iureiur. Et hæc eſt communis opinio. licet Cyn. in d. Aut. Sacramenta puberũ. & Cy. in. l. ij.

C. de

C. de reſcinden. vend. teneant contrarium, per quaſdam rationes, quæ ab aliis dd. reprobantur.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet Maior poſt xxv. annum, ante annum xxix. renunciat reſtitutioni in integrum, certum eſt, quòd valet renũciatio, per tex. in l. Si intra, & quæ ibi not. per glo. & dd. C. de in integ. reſt. & ita quoq; concludunt dd. hic. Secundò, quod attinet ad imbecillitatem, ratione ſexus, quæri poteſt, vtrum mulier poſsit renunciare S.C. Velleiano, quod eſt introductum in eius fauorẽ, propter imbecillitatem, ratione ſexus. Tribuit enim mulieribus beneficium, ne cõuenniri poſsint, ſi pro alio intercesserint. l. j. C. Ad S.C. Velleia. Et quòd ſimpliciter renunciare non poſsint, tenet Iac. de Rauen. & Cyn. in d. l. Si quis in conſcribendo. C. de pactis. vt referunt hic Paul. de Caſtr. & Andr. Barba. Et mouentur hoc fundamento, quòd hoc priuilegium mulieribus fuerit conceſſum, propter ipſarum fragilitatem, Ergo eis renunciare non poſsint, ſicut nec Minor reſtitutioni in integrum, ſicut ſuprà diximus.

¶ Contrarium, quòd mulier poſsit renunciare expreſsè & tacitè, tenet glo. hic, & eſt tex. iuncta glo. in l. fi. §. Si mulier. ff. Ad Velleia. & l. iubemus. C. eod. De tacita renũciatione eſt tex. in l. Si fine. C. eod. & l. ij. §. Verba. ff. eod.

¶ Pro intellectu iſtius q. Bart. in l. Generaliter. & Bal. in l. j. C. Ad Velleia. & Panor. hic, & alii quoq; in effectu hoc
18 modo diſtinguunt: †Aut mulier renunciãs certiorata eſt de priuilegio iſtius S.C. Aut non eſt certiorata.

¶ Primo caſu dic: Aut mulier fideiubet pro marito ſuo, & non valet huiuſmodi fideiuſsio, ſed eſt ipſo iure nulla. l. Si qua mulier. C. Ad Velleian. & ſic hoc caſu non eſt opus renunciatione. Aut pro alio quàm marito ſuo intercedit, & ſubdiſtinguunt: Aut ſine ſcriptis, & ſine trium teſtium ſubſcriptione intercedit, & dic: Aut ſubeſt calliditas mulieris, & non imbecillitas, vt quia maritus quidem contrahit, & res mulieris creditori ſuo, muliere ſciente & patiente, tanquam proprias obligat, & quoq; non opus eſt renunciatione, quia contractus valet propter mulieris calliditatem. d. l. Si ſine. §. Si quis patiente. C. Ad Velle. d. l. ij. §. Verba. ff. eo. Aut non ſubeſt calliditas, & non valet interceſsio, nec eſt opus renunciatione l. Antiquæ. §. fi. ff. Ad Velleia.

¶ Aut mediantib. ſcriptis, & cum trium teſtium ſubſcriptione renunciauit, & diſtinguunt: Aut renunciauit in eo, in quo ipſo iure neceſſariò obligatur, Vt ſi mater vidua vult gerere tutelam liberorum ſuorum, tenetur renunciare Velleiano: & hoc caſu valet renunciatio. Aut. Matri & auiæ. & l. fi. C. Quando mul. tut. off. fun. poſ. Aut in alio caſu renunciat, vbi neceſſariò non obligatur, & dic ſecundum Bald. in d. l. j. C. eod. Aut mulier intercedit in rẽ ſuam, Vt ſi fideiuberet pro procuratore ſuo, & valet interceſsio, nec eſt opus renunciatione. l. De die. §. Qui mulierem. ff. de his qui ſatiſda. cog. Aut intercedit non in rem ſuam, ſed in commodum extranei, & dic: Aut interceſsio fit extra iudicium, & ſubdiſtingue: Aut illã interceſsionem in iudicio confitetur, & ibidem ſuo beneficio renunciat, & valet renunciatio. d. l. fin. §. Si mulier. ff. Ad Velleia. Aut in iudicio non renũciat, ſed extra iudicium, & dic:

Aut

¶ Aut primum interceſsit,& poſt biennium,à tempore interceſsionis computandum, illam interceſsionem confirmauit, & valet interceſsio geminata propter lapſum tãti temporis, Nec eſt opus renũciatione.l.Si mulier, la.ij.C. Ad Velleia. Aut poſt biennium interceſsionem non ſequitur confirmatio,& non valet,etiam ſi infra biennium fuiſſet confirmata.d.l.Si mulier,in prin.

¶ Secundo caſu principali,quando ſcilicet mulier renunciat,& non eſt certiorata de beneficio ſuo,concludunt cõmuniter dd.quòd nõ valeat renuncia-
19 tio.Quia non†intelligitur renunciare iis,quæ ignorat.Ita decidunt glo.in d. l.fi.§.Si mulier,in verbo,Non vſuram. glo.& dd.in l.Sciendum, in verbo, Solenniter.ff.de verbor.obl.& fa.tex.in l. Tres fratres.ff.de pact.& in l.Cũ Aquiliana.ff.de tranſact.& l.Si ſoror.C.de colla.& idem tenent omnes dd.nec habet hoc dubium quando ſcilicet conſtat mulierem non fuiſſe certioratam de priuilegio ſuo. De hoc autem dubitatur, quando non conſtat, vtrum mulier,quæ renunciauit,ſit de beneficio ſuo certiorata, necne, an præſumatur certioratio ex ipſa renunciatione. Et videtur primò,quòd ſic.Nam ſi renunciat ſimpliciter omnibus beneficiis, quæ mulieribus conceſſa ſunt, videtur cogitaſſe in genere de omni iure & auxilio ei competenti. Et hoc caſu nõ eſt neceſſarium de auxiliis in ſpecie cogitare, per tex.in l.Qui iure.ff.de teſta. mil.per quem tex.Ang.Peru.ibi cõcludit & decidit, quòd in generali renunciatione poſsit quis renunciare iuri quod in ſpecie ignorat,& ſic de quo non eſt certioratus,modò de omni iure cogitauerit in genere. Idem decidit in l.Qui Romæ.§.Duo fratres.ff.de verbor.obligat.& in l.Sicut.C.de mil.teſta.vt refert Felin.hic.

¶ Sed tamẽ cõtrarium eſt verius, quòd ſcilicet propter cogitationem in gene-
20 re nõ†præſumatur certioratio in ſpecie,& probatur breuibus,quia iſta certioratio eſt ſolennitas extrinſeca circa actum renunciationis,Igitur nõ præſumitur, vt not.dd.& præſertim Bart.in d.l.Sciendum,ff.de verb.obli. Inno.in c.Innotuit, inf. de eo,qui furt.ord.re. gl.in d.l.fi.in verb.Non vſuram.ff.Ad Velleia. Et eam ſequuntur omnes dd. hic. Nec obſtat,ſecundum Feli.tex.in d.l.Qui iure. Quia loquitur in caſu, vbi non requiritur ſpecifica expreſsio, ſed ſatis eſt generalis cogitatio propter priuilegia militum, vt in d.l.Sicut.C.de mil.teſta. Nos autem hic ſumus in terminis, vbi requiritur ſpecifica expreſsio, ſcilicet vt non renũciet in genere mulier ſuis beneficiis,ſed dicat: Renũcio in ſpecie beneficio.S.C. Velleiano. Sicut in ſimilibus caſibus
21 †non ſufficit generalis renunciatio in fideiuſſoribus,quibus beneficium diuiſionis ex epiſtola D.Adriani conceſſum eſt.§.Si plures.Inſt.de fideiuſſ.Itẽ beneficium excuſsionis.Aut.Præſente. C.de fideiuſſ.Item vt eſt in terminis l. de his.ff.de tranſactio.& hoc dicit expreſsè Ang.in d.l.Qui iure. Sunt enim hæc eius verba:Hoc fallit,vbi requiritur certioratio.Dicit tamen Feli.hic,ſi
22 Notarius†diceret,mulierem fuiſſe certioratam,præſumatur hoc eſſe verum. Idem decidit Ioan.de Imo.in d.c.Cùm contingat.ver.Item non obſtat,infr.de iureiur.Panor.in c.Cùm cauſa, infr.de empt.& vend. Nam licet Notarius de hoc principaliter non fuerit rogatus,

ſatis tamen eſt, quòd hæc ſolénitas potuerit interuenire, & præſumitur pro eius ſcriptura, donec cõtrarium probetur, ſecundum glo. ordin. in l. j. in verb. Omni ordini. C. de fideiinſtr. lib. x. Notarius enim nihil hoc caſu dicit, vel ſcribit in commodum ſuum proprium. Quare etiam tex. in l. Omnibus. C. de teſtib. non obſtat. Vide Fel. hic, & vide de hac tota q. Hoſt. in ſumma ſua, in tit. De fideiuſſ. §. Et quis. ver. Mulier.

¶ Secundò dubitatur, cùm nunc cõſtet certiorationem in huiuſmodi renũciatione neceſſariam eſſe, & quòd nõ præſumatur, niſi probetur, vtrum valeat renunciatio, ſi mulier iurauerit, vel mediante iuramento fideiuſſerit, propter iuramentum, ſi aliàs de certioratione non conſtet, & ſic vtrum iuramentum habeat vim certiorationis. Panor. in c. Cùm cauſa, infr. de emp. & vend. dicit, Dy. tenere, quòd in Muliere & Minore iuramẽtum non operetur excluſionem beneficii ipſis cõceſſi, ſi non ſint certiorati, ſed perinde ſit, ac ſi contradixiſſent ſine iuramento. Idem tenet Ioan. Andr. in addi. ad Spe. in tit. De obli. & ſol. §. Ante omnia, in verb. Aut ſi qua. & in tit. De renunc. & concluſ. §. j. in verb. Quomodo huic dicto. Idem refert Bar. & ibi Alex. de Imo. in d. l. Sciẽdum. ff. de verb. oblig. & allegant iura, quæ ſuprà partim adducta ſunt, quòd ſcilicet renunciatiõ vel iuramentũ non extendatur ad non cogitata.

¶ Tamen contrarium eſt verius, tam de iure Ciuili, quàm iure Canoni. &
23 quòd de iure Ciuili valeat † renunciatio iurata etiã ſine certioratione, probatur ſic. Nam ad hoc vt iuramentum operetur, non requiritur quòd iurans ſciat omnes ſpecies, quæ comprehendi poſsint ſub iuramẽto, ſed ſatis eſt quòd iuret ſuper facto ſimpliciter, per tex. in l. Si duo. §. Idem Iulianus. ff. de iureiurando. & facit Auten. Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. vend. Ergo ſi mulier fideiubet, & iurat ſuper hoc facto ſcilicet fideiuſsione, obligatur propter iuramentum, etiamſi non intelligat reliqua, quæ in hac fideiuſsione de iure requiruntur. Et ita decidit Bar. in dicta l. Sciendum. De iure Cano. probatur.
24 Quia omne † iuramentum quod ſeruari poteſt ſine diſpendio æternæ ſalutis, ſeruandum eſt. c. Cùm contingat, infr. de iureiur. c. Quamuis, infr. de pactis. in vj. Et mulier hoc ſeruare poteſt ſine diſpendio &c. Præterea propter
25 iuramentum † præſumitur magis deliberatè acceſsiſſe ad actum fideiuſsionis & renunciationis, & de hoc caſu eſt tex expreſſus in c. Ex reſcripto, in verbo, Vxorem, infr. de iureiur. & ibi dd. copiosè. Idem decidunt Bart. Alex. de Imo. D. Iaſ. & alii in d. l. Sciendum. & dd. in d. Auten. Sacramenta puberum. & in d. c. Quamuis, & vide multa concord. apud Alex. de Imo. in d. l. Sciendum. Idem decidit Panor. in dicto cap. Cùm cauſam, & dicit, etiamſi conſtaret iurantem non fuiſſe certioratam, tamẽ denegaretur regreſſus ad auxilium ignotum. Nam ſatis eſt quòd voluit à ſe abdicare omnem viam rumpendi promiſſa. Vide dd. hic, quia communiter ita concludunt hic. Nunc examinabimus reliqua membra.

26 ¶ Et primùm, vbi dicit Bart. quòd † renunciatio, quę eſt contra bonos mores, non valeat: Hæc deciſio Bart. non habet dubiũ, quando renunciatio eſt ſimplex, nec iuramento vallata, per iura ſuprà alleg. De hoc autem dubitatur, ſi re

ſi renunciatio eſt contra bonos mores,
& quis non ſimpliciter, ſed mediante
iuramento renunciauit, vtrum talis re-
nunciatio valeat propter iuramẽtum,
27 & videtur quòd non valeat, quia † non
eſt obligatorium iuramentum, quod
cõtra bonos mores fit, per tex. expreſſ.
in c. Non eſt obligatorium, infr. de reg.
iur. in vj. l. Iuris gentium. §. Et genera-
liter. ff. de pact. c. Si publicis. c. Eſt etiã.
c. Quod Dauid, cum ſeq. c. o. Vnuſquiſ-
que, & per tot. ferè. xxij. q. iiij. c. Quin-
tauallis, cum infinitis ſimilibus, infr. de
iureiur. Tu pro intellectu iſtius q. ſe-
cũdum dd. in d. c. Non eſt obligatoriũ,
hoc modo diſtingue, quòd boni mores
ſunt duplices: Naturales, & Ciuiles.
28 ¶ Contra bonos † mores naturales di-
citur fieri renunciatio, quando præbet
occaſionem delicti, & inuitat quem ad
delinquendũ, & tum non valet, etiamſi
29 iuramẽto fuerit firmatum, † Vt ſi quis
ita paciſcatur cum Titio, quòd aduer-
ſus eum non velit agere furti, iniuria-
rum, doli, vel depoſiti &c. ſi in futurum
furtum, iniuriam, vel dolum commiſe-
rit, vel depoſitum non reddiderit. l. Si
vnus. §. Illud nulla. §. Pacta quæ tur-
pem cauſam, & glo. in l. Iurisgentium.
§. Si paciſcar, in verb. Nam & de fur-
to. ff. de pact. & ibi dd. Item, ſi vxor pa-
ciſcatur cum marito, mediante iura-
mento, quòd maritus contra eam non
agat rerum amotarum: ſi quid amoue-
rit, non valeret. d. l. Conuenire. ff. de pa
ctis dotal. Item eodem modo non valet
pactum iuramentum affirmatiuum,
quando quis paciſcitur de ſuccedendo
tertio viuenti, quia præberet occaſionẽ
inſidiandi vitæ eius. l. fi. C. de pact. Plu
ra exempla vide apud D. Iaſ. in d. l. Si
vnus. § Illud nulla. ff. de pactis. Et huc
pertinent iura ſuprà allega. & quæ di-
ximus in prin. diſt. de iure naturali.
¶ Contra bonos mores ciuiles dicitur
fieri renunciatio, quando non fit cõtra
ius naturale, ſed contra diſpoſitionem
Iuris ciuilis, quod eſt mutabile, & pati-
tur diſpenſationem. c. Non debet, infr.
de conſang. & affin. Igitur poſſunt hu-
iuſmodi renunciationes iuramẽto fir-
mari, cùm ſint illa iura introducta in
fauorem perſonalem. Huc pertinet,
quòd alienatio rerum Minoris eſt con-
tra bonos mores ciuiles, vt. ff. per tot. de
reb. eor. qui ſub tute. ſunt. & C. per tot.
de præd. mino. ſine decre. Et tamen iu-
ramento firmatur, dicta Auten. Sacrã-
menta puberum. C. Si aduerſ. vendic.
Item alienatio fundi dotalis eſt contra
bonos mores ciuiles. l. Vnica. §. Et cùm
lex. C. de rei vxor. actio. §. Cùm enim
lex. Inſtit. Quib. alie. licet, vel non. Et
tamen firmatur iuramento mulieris
alienantis. c. Cùm contingat, infr. de iu
reiur. c. Licet mulieres, infr. de iureiur.
in vj. Item quòd quis renunciat nega-
tiuè ſimpliciter hæreditati futuræ, eſt
contra bonos mores ciuiles. l. Pactum
quod dotali. C. de pact. l. Pactum. C. de
colla. & tamen firmatur iuramento ta-
lis renunciatio. c. ij. j. de pact. in vj. Igi-
tur dicũt Dy. & Phil. Franc. in d. c. Non
30 eſt obligatorium, † quòd iuramentum
non confirmat ea, quæ propter ſui tur-
pitudinem prohibita ſunt. Secus de his
quæ in fauorem perſonarum prohibi-
ta ſunt. Vide dd. in ſuprà allegatis lo-
cis. Reliqua membra diſt. Bar. non im-
pugnantur per dd. propterea nõ diſpu-
tabimus. Quũ tamẽ Bar. decidat, quòd
31 filiusfa. † ſine conſenſu patris non poſ-
ſit renunciare beneficio S.C. Macedo-
niani dubitatur, vtrum valeat renun-

ciatio, ſi mediante iuramento renunciarit. Et in hac.q.ſunt opiniones tres. Prima eſt, ꝙ neque contractus, neque renunciatio, neque iuramentũ valeat, cũ nullus contractus contra.ll.initus, ſubſiſtere poſsit.l.Non dubium.cum ſimilib.C.de ll.Neque iuramentũ valet.contra bonos mores naturales pręſtitum.d.c.Non eſt obligatoriũ.ĩ.de reg.iur.in.vj.Sed hic cõtractus eſt cõtra ll.vt contra.l.j.ff.Ad S.C.Maced. &.§.Illud.Inſt.Quod cum eo, qui in alie.poteſt.Item, qđ eſt contra bonos mores naturales, patet inde, quia inuitat filios ad delinquendũ.Vocat enim tex.in.d.l.j.hunc contractũ ſcelus.Itẽ dicit, ꝙ præbeat occaſionem peccandi malis hominibus. Item dicit, quòd ſit fœnus peſsimi exempli, præſtans occaſionem quod filiifa.ſperent mortem parentum.& ita decidit Io.Andr. poſt Iac.de Bel.in.§.Vt autem.in verbo, Procedendum, in addi.ad Spe.in.ti. De ſenten.

¶ Secunda opinio eſt, ꝙ hic cõtractus Mutui inter filiumfa.& creditorẽ non ſit nullus, ſed ipſo iure valeat, & per conſequens, iuramento firmari poſsit, hoc probatur ſic. Nam contractus, qui impugnantur ope excep.ipſo iure valent, Arg.§.Si plures, cum ibi no.Inſti. de fideiuſ.Sed contractus Mutui cum filiofa.impugnatur ope except.l. Sed Iulianus §.Quanquam autem.ff.Ad Maced, Ergo contractus mutui cum filiofa.non eſt ipſo iure nullus, ſed obſtat exceptio.igitur eo facilius iuramẽto firmari poteſt.Et ita decidit Ioã.de Imo.in.c.Cum cõtingat mihi, in.lxiij. collã.ver, Nunc igitur reſtat deſcẽdere, ĩ.de maio.& obed.

¶ Tertia opinio eſt Bart.in.l.Si quis pro eo.ver.Quartò dixi.ff.de fideiuſſ. Quæ habet ꝙ iſte cõtractus ipſo iure ſit quidem inualidus.ſi tamen filiusfa. iurauerit, debeat ſeruare iuramentum: contractus tamen, per ſe propter hoc non validatur, ſicuti in ſimili videmus, quando quis promittit vſuras, contractus per ſe eſt inualidus, ſi tamen iurat, tenetur ſoluere propter iuramentum, & tamen contractus vſurarius per hoc iuramentũ non confirmatur.c.Debitores.ĩ.de iureiu. Igitur dantur hoc caſu remedia, quod ſolutum iterum poſsit repeti propter nullitatem contractus, & tamẽ ſatisfecit iuramento per ſolutionem.d.c. Debitores.ĩ.de iureiu.&.c.Significãte. ĩ.de pign.& dicit Ange.in.d.l.Si quis pro eo.Vbi iuramentũ poteſt ſeruari ſine præiudicio alterius, & ſine diſpendio æternæ ſalutis iurantis, & tamen ipſius obſeruantia eſt nutritiua peccati à parte illius, cui iurat, tunc iuramẽtum non confirmat actum, cui adiicitur.ſed ſolũ ligat iurantem ad obſeruantiam iuramenti, ne propter periurium anima periclitetur, dicit tamẽ peti poſſe abſolutionẽ. Vide not.in.d.c. Debitores. Panor.in.d.c. Contingat, dubitat.quid ſit dicendũ in hac qõ.& dicit ſe opinionem Bar.tanquã tutiorem ſecutum fuiſſe: addit tamẽ, ꝙ prima opinio Io.And.de iuris ſubtilitate ſit verior, cũ negari nõ poſsit, quin huiuſmodi contractus filiorum fa.præbeat occaſionem delinquendi, vt dicit tex.expreſsè.in.d.§.Illud propriè, & in d.l.j.item illa iura non ſunt introducta tantũ in odiũ creditorũ, ſed quoq; in fauorem parentum, & principaliter propter bonũ pub. ꝙ tolli nõ põt pactis priuatorũ.per text.hic.Item iuramen

mentū reprobatur|nō ſolū,quādo in ſe continet peccatū,ſed etiā ſi poteſt eſſe occaſio peccati,Ar.c.Cū ab omni.ī.de vita & ho.Cl.c.Nam concupiſcētiā.ſ. de conſtitu.

¶ Anto.de But.in.c.c.Cū contingat.ī. de iure.hoc modo diſtinguit.

¶ Aut contractus cum filioſa:fit in locis,vbi frequēter liberi ſolent inſidiari parenti.propter mutuum. Quia tūc talia iuramenta,tanquā turpia & contra bonos mores,non obligarent iurantem,& peti poſſet abſolutio.

¶ Aut fit in locis,vbi talia non ſolent fieri, & liget iuramentum, nec poſſet peti abſolutio &c. Videtur hoc modo poſſe diſtingui.

¶ Aut creditor bono animo,& in neceſsitate ſubuenit filiofamilias mutuo dando,& tūc,ſi filiuſfamilias renūciat beneficio S.C.Mace.mediāte iuramēto,valet renunciatio,qa ceſſant cauſę turpitudinis & ꝓhibitionis :& hoc eſt quod dicit Anto.de Butr.maximè vbi
32 euidens † adeſſet neceſsitas,& ſic talis contractus neq; contra bonos naturales, neque ciuiles eſſet, imò hoc caſu valet cōtractus Mutui cum filiofami. ſine iuramento,ſi modo nō excelsiſſet modum in excipiendo Mutuo.l. Sed Iulianus.§,Quod dicitur.ff.Ad Mace. Macedoniani.C.eo.

¶ Aut creditor ſciēs filiūfamiliās dare operam rei illicitæ,vt ſcortationi,potationi,ludo &c.dat ei pecuniam mutuò,& videtur ꝙ non valeat renunciatio etiam iurata,quia militat ratio,ꝙ præbeatur occaſio delinquendi cōtra bonos mores naturales,d.l.j.ff.eo.d.§. Illud proprie.

¶ Glo.in quarta parte,quæ eſt ibi. Itē & alia,ponit alias rōnes,quare Clericus non poſsit litigare coram laico. In quantum autem glo.dicit,quò laicus in ciuili cauſa poſsit ſine conſan-
33 ſu ſui†iudicis in alienū iudicem conſentire,Tu limita ſecundum dd.hoc verum eſſe,quando is,qui in alium iudicem conſenſit,ſuo iudici tantùm ratione iuriſdictionis ſubiectus eſt. Sec⁹ ſi eſſet ſubiectus ratione feudi, tamen non poſſet,vt habetur,& no.in.§.Præterea ſi inter duos,de prohib.feu.alie. per Frid.& dictum eſt ſuprà in.c. Cęterùm.de iud.& in.c.Ex tranſmiſſa,ſupr. eo.& no.Bar.in.l.j.ff.de iud.& in l.j.§. Et poſt operis.ff.de noui ope.nuncia. Hoc tamen verum eſt,quando agitur
34 †de proprietate feudi, ſecus quando agitur de nuda poſſeſſione,quia illa q. non pertinet ad dominum feudi, ſed ad Ordinarium capi. Ex parte,infr. eo.& glo.in.c.Cæterùm,ſupr.eo. Igitur prorogatio poſſet habere locum ſicut compromiſſum.In quantum verò glo.dicit,quòd laicus in cauſa criminali nō poſsit cōſentire in alienum iudicē,habet gl.cōcor.in .c. Inoliſta.xj.q.j.

¶ Contrarium tamen communiter tenetur,quòd ſcilicet etiam in cauſa cri
35 minali poſsit quis†conſentire in iudicem alienum,modò is quoque habeat merum imperium.Si tamen tantùm ſimplicem iuriſdictionem haberet.vel mixtum imperium,non valeret prorogatio tāquā ad ſpeciē oīno diuerſam, & diceretur potius noua iuriſdictionis collatio quā prorogatio . Ita decidit Specu.in tit.De compe.iud.adit. ver. Sed nunquid iudicē,& ibi Ioā.Andr. Bart.inter conuenientes.ff.ad munici. Inno.in.c,De cauſis.& Doct.in.c.P.& G.ſ.de offi.dele.glo.fi.in.l.j.C.de iur. omn.iudic.Quæ tamen vtitur verbo,

 fortè

forte. Dicit tamen Ioã. And. in præallegato loco, quẽ refert & ſequitur hic
36 Panor. ꝙ licet quis proroget † Iudicẽ in criminali, per hoc impeditur ſuus Iudex, quin poſſit ex officio inquirere in caſibus, vbi inquiſitio habet locũ, Ar. c. Ex parte, el. ij. infr. de priuileg. & in c. j. & c. Crimina, infr. de colluſ. deteg. & quod no. Bar, l, Inter. §. Rectè. ff. de furt. Vide Panor. hic.

¶ In quantum glo. hic concludit, quòd
37 licet Clericus † non poſsit in laicum conſentire, vt Iudicem, poſsit tamen in eum compromittere, vt arbitrum, Tu intellige verum eſſe in rebus proprijs
38 & hoc ideo valere: † quia arbiter per cõpromiſſum nullam acquireret iuriſdictionem in Clericum, ſed Clericus ſententiæ arbitri cogeretur parere, propter pœnam compromiſſo adiectam, vt not. in c. Dilecti, & c. Per tuas, ſupr. de arb. An autem Clericus ſuper rebus. Eccleſiæ compromittere, vel tranſigere poſsit ſine licentia Epiſcopi, vide no. in c. Cùm contingat. ſup. de trãſact. & in c. ij. & in c. Cum tempore, ſupr. de arbit.

¶ Gloſſ. in verbo, Cauſam perdat, ponit duas quæſtiones. Secunda eſt ibi Sed nunquid.

¶ Prima quæſtio, quum iure cautum
39 ſit, quòd is † qui alium trahit ad Iudicem incompetentem, propter hoc cauſam perdat, per tex. hic, & in. l. In criminali. C. de iuriſd. om. iud. quærit gloſſ. an perdat eam ipſo iure, vel an requiratus, ꝙ ſuper hoc feratur ſententia.

¶ Gloſſ. allegat hic duas contrarias opiniones. Prima eſt Hugutio, qui vult, quòd amittat eam ipſo iure. Hoc probatur, primò textum. in capitulo Placuit, el ſecundo. iuncta gloſſa. ibi in verbo, Locum ſuum. xj. q. j. ex quo tex. ſumptus eſt. Tex. noſter & glo. ibi exponit, locum ſuum amittat, id eſt, deponatur. nec facit mentionem ſententiæ.

¶ Secundo probatur per tex, in. c. Placuit, el. j. in verbo, Priuetur. xj. q. õ. j. iuncto eo ꝙ dicit glo. in. l. Si quis maior, in verbo, Priuatus. C. de tranſact. Dicit enim ꝙ verbum, Priuatus intelligatur ipſo iure, & ibi Bal. ver. Quæro nunquid. & allegat And. Barb. Conſil, Pet. de Anch. quod incipit. Ex incuria & negligentia, Vbi habetur, ꝙ licet huiuſmodi verba ſint futuri tẽporis, tamen, quia ſunt ſui natura priuatiua, ſunt latæ ſententię, id eſt, habentur pro Canone, qui iam tulit ſententiam, ita quod ſententia hominis vel Iudicis ſuper hoc non expectanda.

¶ Tertio probatur per tex. & glo. ibi, in verbo, Irrogãnda, in. l. Improbatum fœnus. C. ex quib. cau. inf. irro. Vbi eſt verbum futuri tẽporis, & tamẽ eſt latæ ſententiæ.

¶ Quartò probatur per text. & glo. in Clemẽ. Sæpe. §. fi. in verbo. Irritus, de verb. ſigni.

¶ Quintò probatur per tex. & quę ibi no. in. l. j. in princ. in verb. Si infamis. C. de nupt.

¶ Tamen in contrarium eſt cõmunis opinio, ꝙ ſcilicet cauſam non perdat ipſo iure, ſed per ſententiam, per iura ibi in gl. alle. Et probatur quoque per gl. in. c. Si quis ex Clericis, in verbo, Anathema. j, de vita & ho. cle. & p gl. & per glo. in. c. ij. in verbo. Sequeſtratus, ſupr. eo. glo. in. c. ij. §. Nihilominus, infr. de hæret. in vj. Et hæc eſt opinio Io. quæ communiter approbatur, & facit

cit.c.In pœnis,de re.iu.in vj.Tu poſt Io.de Imo.Panor.& Andr.Barba. hoc modo diſtingue:

¶ Aut iura de pœnis diſponẽtia,vtuntur verbo præſentis vel futuri tẽporis. Aut vtuntur verbo præteriti temporis.

¶ Primo caſu dico Aut verba non ſunt diſpoſitiua,ſed tãtùm declaratoria, vt hoc modo:Decernimus viribus carere.Item,Caſſamus,in irritum deducimus viribus carere.Item,Caſſamus,in irritum deducimus &c.Et eſt Canon latæ ſententiæ.i.ꝙ ipſo iure nõ valet. c.Non it,& gl,ibi,in verbo, Carere,infra de his quæ fiunt à præla:&c.c, Imperialẽ.§.Callidis.de prohi.feud. alie. per Frid.Aut ſunt verba diſpoſitiua, qualia ſunt illa.Priuetur ſuo beneficio cauſam perdat &c.Et tunc: Aut additum eſt aliquod verbum,per quod appareat quòd ſit lata ſententia,vel ſi addatur,ipſo facto,vel eo ipſo,vel penitus,vel ſtatim,vel ipſo iure,vel modis omnibus,& tunc quoque non requiritur ſententia Iudicis,vt eſt glo.in.c.In pœnis,infr.de reg.iu.in vj.&eſt tex.cũ gloſſ.in.c.Nullus religioſus,de electio. in v.& in.d.c.Quicunque,in verb.Innodetur,de hæret.in vj.

¶ Aut non eſt additum tale verbum,& dic:Aut diſpoſitio per ſe talis eſt, quæ ex ſui natura non videtur requirere actũ Iudicis,qualis eſt illa: Subiaceat excommunicationi.Item, ſit infamis. Item,careat &c.Et quoque non requiritur alia ſententia,ſed eſt Canon latæ ſententiæ.Huc facit c.Si quis ſuadente.xvij.q.iiij.Bal.in.l.Cùm dubitetur.ver.Nũc ſequit.C.de iure emphy.

¶ Aut diſpoſitio talis eſt,quæ requirit actum iudicialem,qualia ſunt verba: Priuetur,excommunicetur,puniatur, cauſam perdat,& ſimilia.Et in dubio talis diſpoſitio eſt ferendæ ſententiæ, Arg.d.c.In pœnis,de reg.iur.in vj. Et huc refer iura pro ſecunda opinione adducta.

¶ Secundo caſu quando ſcilicet iura vtantur verbo præteriti temporis, vt hoc modo,ſit innodatus,ſit excommunicatus,ſit bãnitus &c.& ſunt latę ſententiæ.c.Cupientes.§.Cæterũ,in verbo,Suſpenſo.glo. in.d.c. Quicunque, in verbo,Innodetur.in fi.de hære. in vj.gl.l.In criminali,in verbo.Habeat. C.de iuriſ.om.iud. Niſi fortè ex cohærentia ordinationis appareat manifeſtè,ꝙ ſit ferendæ ſẽtẽtiæ. Vide Doct. hic,& præſertim And.Barb.

¶ Secunda.q.gl.eſt ibi. Sed nuuquid. Et eſt talis qõ.Habemus hic Regul.

40 † ꝙ is,qui trahit ad Iudicem incompetentẽ ſ perdat cauſam per ſententiã

† Quærit ergo glo.quando hæc pœna committatur,vtrũ eo ipſo,ꝙ fecit aliquẽ citari ad iudicẽ incõpetẽtẽ.an verò quòd poſſit pœnitere ante libelli oblationẽ an vero quod poſſit pœnitere poſt libelli oblationem, vſque ad litis conteſtationẽ. An verò per litis conteſtationẽ.nõ incidat in pœnã,ſed tantũ quãdo perſeuerat vſque ad finẽ cauſæ coram incompetenti Iudice.

¶ Gl.ponit tres opiniones,Secũda eſt ibi Sed videt. Tertia ibi, Imo poſtea, in verbo,Hugo.refert opinionẽ Hug. quam ſequitur Hoſt.& decidit gl.

¶ In hac.q.refert Bal.in.d.l. In criminali.di.cuiuſdam Mart.hoc modo.

¶ Aut citatus corã incompetẽti Iudice non comparet,& certum eſt ꝙ nulla committatur pœna, Ar.d.l.Quauis ff.de in ius voc.l.j.§.Offilius. ff. Ne quis in ius vo.

¶ Aut citatus comparet,& dic: Aut volens litigat coram Iudice incompetenti,& quoq; non committitur pœna, Argu.d.l.Quamuis,ibi, Aut ſi nō inuitus vocatus,Aut inuitus comparet,& Actorem pœnitet ante litem conteſtatam conuentionis,& quoq; non committitur pœna.d.l.Amplius.ff.Rem rat. ha.

¶ Aut lis eſt conteſtata,& vult pœnitere ante ſententiam,& parcitur ei. d. l. Papinianus.§.Meminiſſe. ff. de inoffi. teſtamen.

¶ Aut non vult pœnitere, ſed expectat ſententiā & punitur in amiſsione cauſæ,& & ita quoq; decidit gloſ.in d.l.in criminali.quam ſequitur Bar.qui dicit

41 quod in pœnis legalibus † locum habeat pœnitentia vſq; ad ſententiam, allegat Bar.l.Qui cum Maior.§.Accuſaſſe.& l.In ſeruitutem.§.Petiſſe.ff.de bo. liber.Idem tenet Panor.hic. Sed Bald. poſt Pet.& Iac.de Aret.in d.l.In criminali;& Felin. hic impugnant hoc quòd imò ſtatim poſt litem conteſtatam amplius non habeat locum pœnitentia.Et pro concord. iſtorum, hoc modo diſtinguunt.

¶ Quandoq; lex imponit pœnam pro

42 delicto,† quod eſt conſummatum tempore litis conteſt.& tunc non habet locum pœnitentia vſq; ad ſententiam. Quia parti aduerſæ eſt ius quæſitum, quod ſine eius cōſenſu auferri non poteſt,Arg.c.Ab eo.j.de elect. in vj. Ideo cùm delictum, de quo diſputamus, in terminis noſtris perficiatur tempore litis conteſta.quia eo tempore iudicium dicitur cœptum.l.j.C. de litis conteſt. & in delicto perfecto non habet locum pœnitentia,vt not.copioſè Barto. in l. Qui ea mente.ff.de fur.Sequitur quod is,qui contra prohibitionem iuris aliū trahit ad Iudicem non competentem, poſt litis conteſt.pœnitere non poſsit. Quia hoc delictum conſummatum eſt per litis conteſta.

¶ Quandoq; verò lex imponit pœnam pro delicto, quod tempore litis conteſta.non eſt cōſummatum,ſed tum quādo ſentētia lata eſt, & habet locum pœnitentia vſq; ad ſententiam excluſiuè. Et in his terminis loquitur d.§. Meminiſſe.d.§.Accuſaſſe.d.§.Petiſſe,&c.Qui tempore litis conteſta. & ante ſententiam,non poteſt apparere, vtrum teſtamentū ſit falſum,vel inofficioſum,necne,donec hoc non conſtiterit,certo dici non poteſt, vtrum filius deliquerit, vel non deliquerit impugnando teſtamentum patris, Igitur hæc q. ex ſententia dependet.Quæ ſententia ſi dixerit teſtamentum inofficioſum eſſe, certè filius non deliquit impugnando.Si autē ſententia dixerit non eſſe inofficioſum teſtamentum, certè filius deliquit impugnando teſtamentum, & ſic pendet conſummatio iſtius delicti à ſententia & propterea locum habet pœnitentia, & ita loquuntur dd.§.§.&c. Quod non eſt in terminis noſtris,qa eò ipſoquod quis contra prohibitionem iuris,trahit aliquem ad Iudicem incompetentem, delinquit:hoc delictum certum eſt ante ſententiam, quia conſummatur per litis conteſta.Igitur pœnitere non poteſt vſq; ad ſententiam. Et hæc diſtinctio videtur eſſe vera. Et ſic habes in hac q.duas contrarias glo. Nam gl.noſtra decidit,quod poſt litem conteſtatā non habeat locum pœnitentia,& gl. cōtra in d.l.In criminali,decidit,quòd habeat locum vſq; ad ſententiam. Igitur Ioan.de Imo.dicit,quod glo.cap.noſtri ſeruetur in foro Cano.& glo.in d. l. In

cri

criminali,ſeruari poſſit in foro ciuili. Pau.de Caſt.dicit in d.l. In criminali, gloſſ.noſtram ſeruandam de rigore, & gloſſ.in d. l.In criminali, de æquitate, quum in pœnis ſemper, quod mitius eſt accipere debeamus. d. c. In pœnis. Modum practicandi quomodo petatur hæc pœna vide apud dd.hic.

¶Gloſſ.in verbo. Pro eis, decidit inter cætera, quod licet ſententia ſit lata cō
43 tra eum,quia alium† traxerit in vetitum iudiciũ,non valeat, tamen in eius odium ſeruari debeat &c. Sed dd. impugnant hoc,& decidunt,quòd ſimpliciter nihil operetur talis ſentétia,quia à non ſuo Iudice lata, vt C. per tot. Si à non compe.iudic. Ideo ſufficit quod incidat in pœnam ſic expreſſam, nec vltrà ei ſententia præiudicet,ne puniatur duplici pœna.

44 ¶Circa gloſſ. in verbo, Perdant, quæ habet † Actori fiat iniuria, ſi trahatur per Reum ad iudicem non competentem,quæri poteſt,quomodo Actori poſſit fieri iniuria,quum Reus non Actorem,ſed Actor Reum ad Iudicem vocet &c. Ad hoc reſponderi poteſt,quod ſit quando Reus eſt potens,& minatur Actori,ſi ſcilicet vocauerit eum ad Iudicem competentem,ſed offert ſe alibi reſponſurum, quò Actor eum inuitus vocare cogitur,& tum cenſetur Actori iniuria fieri. Vel dici poteſt quod locũ habeat in terminis.l.Diffamari. C. de inge. & manu. Quando ſcilicet Reus dicit ſe eſſe diffamatum ab Actore, & cogit eum proſequi litem coram iudice incompetente infra certum terminum, tunc vtiq; iniuria fieret Actori, & propterea in cauſa ciuili adiudicaretur ipſi res litigioſa. Idē dicendum eſt, ſi actor fuit in culpa, vocando ſcilicet Reum ad vetitum examen.

¶An autē & quando delictum prælati noceat Eccleſiæ, vide gl.& quæ ibi no. in l.iubemus nullam.in verb.Corrigimus.C.de Sacroſan.Eccle.& in cap.ij. infr.de ord.cog.& in c. Delictum perſonæ,de reg.iu.in vj.& c.j.infr.de dolo & contum.

¶Gloſ.fi.in verbo,Iuramentum eſt ſuprà in diſtinct.circa materiam renunciationis examinata & abſoluta.

¶Solutio ad d.c.Debitores, & d. c. Cũ contingat,hæc eſt: Verum eſt, quod pactum de ſoluendis vſuris non eſt turpe à parte dantis, ſed tantum à parte accipientis. Igitur promittens ſoluere vſuras,mediante iuramento, nihil promittit,quod de ſui natura ſit turpe,iureiurando igitur firmari poteſt. Sic quoq; pactum de alienanda dote vel donatione propter nuptias, eſt quidem bonos mores.non naturales,ſed contra bonos mores ciuiles tantum. Igitur iuramento firmari poteſt,& ſic firmat hoc caſu iuramentum pactum principale, quod licet ſit cōtra bonos mores ciuiles, hoc eſt, ius poſitiuum, tamen non eſt contra bonos mores naturales, Ideoque ſubſiſtit &c.

Innoc.III.Beluacen, Epiſcopo.

CVm contingat interdum,& infrà,In ſuper poſtulaſti an quum aliqui Clerici deputati ſeruitio Capituli Beluac.aut aliorum Clericorum tuæ diœceſis ſuper exceſſib.impetuntur, ſunt cogendi

coram te vel potiùs coram illis, quibus ſeruiunt, qurælantibus reſpondere cum illi ſibi iuriſditionē huiuſmodi vēdicare contendant: licet illos ex communicare non valeāt, vel aliàs etiā coërcere. Super quo taliter reſpondemus, quòd ad te, vtpote Ordinarium, de talib. debent conquęrentes habere recurſum, maximè ſi ſuper his impetūtur, quæ in tua noſcuntur diœceſi commiſiſſe niſi fortè hi, quibus delinquētes ipſi deſeruiunt, ex indulgentia vel cōſuetudine ſpeciali iuriſdictionem huiuſmodi valeant ſibi vendicare.

SVMMA CAPITA

1 ☞ *Delicta & exceſſus punire, meri eſt imperij.*
2 *A propria verborum ſignificatione, niſi mens legis aliud ſuadeat non eſt recedendum.*
3 *Delinquens an per Ordinarium, an vero per alium Iudicem puniendus.*
4 *Iuriſdictio datur ratione delicti in perſonam delinquentis,*
5 *Delinquens alibi deprehenſus ad locum delicti puniendus remittitur. Hæc remißio an iure fiat remißiuè.*
6 *Ordinarius an ſubditum ſuum, extra territorium ſuum, alibi delinquentem punire poßit.*
7 *Inquiſitio principaliter iniuriam publicam reſpicit.*
6 *Inquiſitio regulariter iure ciuili prohibita, in certis tantum caſib. permiſſa eſt.*
9 *Iudex domicilij delinquentem extra diœceſim ſuam puniendi poteſtatem habet.*
10 *Inquiſitio etiam ſuper furto, ex officio, fieri poteſt.*
11 *Iudex domicilij an delinquentem extra territorium ſuum, ſecundū ſtatuta ſua vel ſecundū ſtatuta loci delicti, punire debeat, remißiuè.*
12 *Iuriſdictio ſimplex conſuetudine acquiritur.*
13 *Merū imperiū an per cōſuetudinē acquiratur.*
14 *Incarceratio meri eſt imperij.*
15 *Merum imperium multos in ſe gradus continet, Quorum quidam præſcribi, Quidam verò præſcribi non poſſunt.*
16 *Omne multiplex indiſtinctum parit confuſionem.*
17 *Maximum merum imperium, quod ſummi principis poteſtatem & obedientiam ſubiectionemq; ipſi præſtandam reſpicit, per conſuetudinem ſeu præſcriptionem non acquiratur.*
18 *Imperator exemptos imperio propter ingratitudinem imperio rurſus ſubijciendi poteſtatē habet.*
19 *Merum imperium in gradu inferiori, quale eſt poteſtas gladij, ſeu ius animaduertendi in facinoroſos &c. poteſt præſcriptione vel conſuetudine acquiri.*
20 *Priuatis ſimpliciter qui nec præeminent alijs nec ſubditos vel territorium habent merum imperium per præſcriptionem nō acquiritur.*
21 *Scientia & patientia eius contra quem præſcribitur, an in præſcribendo mero imperio requiratur.*
22 *Præſcriptio memoriam hominū excedens, non habet opus tali ſcientia ſeu patientia.*
23 *Dominus pater maritus præceptor quale ius in ſeruos, filios, vxorem & diſcipulos habeāt.*
24 *Vxor etiam in Matrimonio exiſtens manet in patris poteſtate.*
25 *Marito vtrum vxorem verberare liceat.*
26 *Dominus & pater cum aliàs habeant iuriſdictionē an eandem in ſeruos & filios exercere poßint.*

Domi

27 *Dominus & pater in cauſis familiæ & filio
rum non ſolum ſed etiam quilibet conſangui-
neus recuſari poſſint.*

CLERICI ſuper exceſsibus co
ram ſuo Epiſcopo conueniri
debent,non coram his quibus
ſeruiunt niſi cõſuetudo vel priuilegiũ
aliũm inducant,ſecundum dd.commu
niter Vel ſic.

¶ Generalis miniſter delinquens puni
ri debet per iudicem ordinarium,& nõ
per dominum in cuius miniſterio eſt,
niſi conſuetudine vel priuilegio &c.

¶ Caſus. Quidam habebat' miniſtrũ
qui delinquebat, Ratione igitur ſerui-
tii quo ei obligatus erat contendebat
ad ſe pertinere ius ſumẽdi pœnam ab
ipſo.Ordinarius verò loci permittere
noluit, allegans animaduerſionem ad
ſe pertinere.Quærebatur,vtri iſtorum
competat ius puniendi iſtum miniſtrũ
delinquentem.Et videtur, quod domi-
nus ratione ſeruitii poſsit eum punire
hoc videtur probari per text. in verb.
Maximè,vnde intelligitur argumentũ
à contrario ſenſũ.Q.d.tex.Illos exceſ-
ſus Ordinarius punire poterit quos mi
niſtri in ipſius territorio commiſerunt
Ergo à contrario ſenſu illos punire nõ
poterit,qui in eius territorio non ſunt
commiſsi,ſed illi puniantur per domi-
num iſtorum miniſtrorum delinquen-
tium Arg.c.Cum olim. ĩ. de teſti.& c.
Audientes,ſupr.de electio.Tamen con
trarium decidit tex.noſter, quod domi
nus ratione ſeruitii, de iure communi
non poſsit punire miniſtrum delinquẽ
tem, niſi habeat ex ſpeciali priuilegio,
2 vel conſuetudine. Nam punire † deli-
cta & exceſſus,eſt meri imperii & iuriſ
dictionis,vt no.in l.Imperium. ff.de iu
riſdict.om.iudi. Et nuſquam reperitur
iure cautum,quòd priuatus habens mi
niſtros ex diſpoſitione iuris communis
quoq; in ipſos iuriſdictionem habeat.
Sed ſicut ipſe dominus eſt ſubiectus
Iudici ordinario illius loci,ſita quoque
miniſtri eius, niſi habeat ex ſpeciali
priuilegio vel conſuetudine, vt dicit
tex.noſter.Nec obſtat intellectus datus
ſuprà ad dictionem Maximè, quia gl.
hic in verb.Maximè interpretatur illã
vocem maximè,id eſt, tantum per tex.
in c.Si quis Epiſcopus damnatur.xj.q.
iij.vbi ponitur maximè pro tantum.Et
ſic vult hic gl. quòd verbum Maximè,
ſit impropriè poſitum. Sed Panor. im-
pugnat illam ſolutionem ex hoc funda
mento quod à propriò†ſenſu verborũ
non ſit recedendum, ſi non aliter cõſtet
de mente legis.l.Non aliter. ff. de leg.
iij.c.fi.ĩ.de verb. ſigni. Ideo extat alia
ſolutio hic in glo.quæ dicit. Si agitur
de pœna, excommunicationis, vel de
beneficio ciuiliter,tunc competit iuriſ
ditio iudici delicti:ſed ſi agiť ad pœnã
depoſitionis cognoſcet proprius diœ-
ceſanus.c.Poſtulaſti. ĩ. eo. Sed dic illã
ſolutionẽ gl.in ſe poſſe verã eſſe nõ ta
men cõgruit tex.noſtro. Quia hic non
diſputamus de iudice delicti & de diœ
ceſano ſimul quorũ vterq; iuriſditionẽ
habet ſed diſputamus de iudice ordina
rio & de hoĩe priuato miniſtros habẽte
ſine iuriſdictio. Igiť poterit dictio Ma
3 ximè intelligi,ꝙ Ordinarius†Maximè
illa delicta punire poſsit,q̃ in eius terri
torio cõmittunť. Quæ verò in eius ter
ritorio non cõmittunť interdum puniã
tur per Iudicem loci, vbi delinquitur,
Interdum verò per Iudicem loci, vbi
delinquens deprehenditur, Interdum
verò per Ordinarium, ideo textus,
vſus

vſus eſt verbo Maximè, ad differentiam ſcilicet eorum,quæ in eius diœceſi non ſunt commiſſa.Et panorm. in hac materia hoc modo diſtinguit:

¶ Aut delinquens deprehenditur in loco delicti,& certū eſt ꝙ Iudex delicti, puniat eum.d.c.Poſtulaſti, infra eod.
4 †Dant enim iura iuriſdictionem ratione delicti indiſtinctè in perſonam delinquentis.c.j.iij.q.vj.c.fi. infr.eod.l.j. C.Vbi de crim.agi op.Aut delinquens non deprehēditur in loco,vbi deliquit & Iudex loci delicti non habet iuriſdictionē in delinquentis perſonam alibi exiſtentem,vt in Clem.Paſtoralis. de
5 re iud.De more†tamen delinquens alibi deprehenſus,remittitur ad locum delicti puniendus.An autem hæc remiſsio iure fieri debeat,vide glo.ſnota.in d. Clemen.Paſtoralis,in verbo. De more.

¶Sed nunc mouent dd. quæſtionem,
6 vtrum Iudex†ordinarius poſſit punire ſubditum ſuum extra territorium, & ſic alibi delinquentem,tantùm ratione domicilij,vel ratione ſubiectionis. & ſic vtrū cōtra ipſum procedere poſſit per viam accuſationis & inquiſitionis,& videtur quòd illum punire non poſſit,qui extra ſuum territorium deliquit,per tex.in.c.fi.infr.de conſtitut. in.vj. Vbi dicitur,quòd ſtatutum Epiſcopi,ſuper delicto promulgatum,non non ligat ſubditos ipſius extra territorium delinquentes,& quòd non poſsit per viam inquiſitionis procedere,decidunt Io.And.poſt Odo.in addi.ad Spec.§.j.verſi.Sextò,ratione criminis,in verb.Longè prius,de compe.iud.adit.
7 Et eſt ratio†qa inquiſitio reſpicit principaliter iniuriam publicam, & ſecundariò priuatam.Res publica autem nō dicitur ex crimine alibi cōmiſſo offenſa,ergo ſequitur quòd Iudex hoc caſu non poſſit inquirere.Item facit, quòd inquiſitio regulariter eſt prohibita de
8 iure Ciuili,& nō admitti,†niſi in caſibus quibuſdam à iure expreſſis.l. Reſcripto.§.Si quis accuſatorem. ff. de muner.& honor.&.l.ij.§.Si publico.ff. Ad.l.Iul.de adult.Sed nuſquam reperitur iure cautum,quòd locum habeat inquiſitio in caſibus qui committunt̄ extra territorium,quare videtur omnino,quòd ſaltem inquiſitio in huiuſmodi caſibus non habeat locum, quia ſufficit Iudicem domicilij paratum eſſe ius reddere conquerentibus & accuſantibus &c.

¶Contrarium tamen eſt verius, quòd ſcilicet Iudex ordinari' poſsit punire ſubditum ſuum alibi delinquentem: & quòd hoc verum ſit, quando proceditur per viam accuſationis,nō eſt dubium.Et primò probatur per tex. hic, dum dicit:Quòd ad te,vt pōte Ordinarium,de talibus conquerentes habere debent recurſum.Secundò hoc expreſſè decidit Io.And.in.d.c. Vt animarū. Sunt enim eius verba:Licet ſtatutum non ligat ſubditum extra diœceſim delinquentem,ſi tamen ex foro domicilij conueniatur coram Epiſcopo, poterit illum punire.Tertiò ꝓbatur hoc pe tex.in.d.Clem.Paſtoralis.§. Denique.de ſen.& re iud.Vbi dicitur, quòd Imperator ideo non poterat Regem Siciliæ,punire,quia non habebat domicillium ſub eo.Ergo à contrario ſenſu,ſi habuiſſet domicilium ſub eo potuiſſet eum punire.Et probat̄ hoc quoque per.l.j.&.lj.& Auten.Si qua in prouincia,& ibi.dd.C.Vbi de crim.agi opor.D.Card.in.d.c.Paſtoralis.§. Denique

nique

niqué. Et probatur vlterius. Nam ſuprà dictum, quòd delinqués poſsit puniri per Iudicem, vbi deprehenditur. d. Clemen. Paſtoralis. & d. l. j. C. Vbi de crim. agi opor. Ergo ſi deprehendi-
9 tur † in loco domicilii, multò fortius puniri poteſt. Et hoc non habet dubiũ, ſi accuſator extat. Quod autem attinet ad rationem inquiſitionis, quoque deciditur, quòd Iudex domicilii, nullo accuſatore exiſtente, ex officio poſsit inquirere ſuper delictis ſubditorum alibi commiſsis, in quibus inquiſitio locũ habet: & hoc probatur. Quia Reipublicæ intereſt, prouinciam purgare malis hominibus. l. Congruit. ff. de offic. præſid. Ergo quoque Reipub. intereſt, inquirere de delictis commiſsis per ſubditos. l. Præſes, la. ij. in fi. de off. præſid. Secundò probatur. Certum eſt eñ, quòd Iudex ſecularis in ſacra æde non habeat iuriſdictionem, & tamen, ſi delictum committitur in eo, Iudex ſecularis inquirit contra delinquentem. l. Si quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cler. Licet ad hunc tex. reſponderi poſsit, quòd tamen Eccleſia ſit in territorio & diſtrictu Iudicis ſecularis ſi ita, licet in eam nullam habeat iuriſdictionem. Et quòd non tantùm de Iure Cano. locum habeat inquiſitio, ſed quoque de iure Ciuili, præſertim in quibuſdam caſib. no. in. d. l. ij. ff. de adul, & per Bart. in. l. Inter omnes. §. Rectè. ff. de furt. Vbi dicit Bart. quòd etiam ſuper furto poſsit fieri † inquiſitio ex officio, & hanc opinionem tenent Bald. in l. fin. in. iij. q. ff. de iuriſd. om. iud. Cy. Bart. & Sal. in. l. Cunctos populos. C. de ſum. tri. & fide catho.

¶ An autem Iudex domicilii puniet il-
11 lum, † qui deliquit extra ſuum territorium, ſecundùm ſua ſtatuta, an verò ſecundum ſtatuta loci delicti, vide Cy. & Bart. in. d. l. Cunctos populos, & copioſè Dn. Card. in. d. Clemen. Paſtoralis. §. Denique, de re iudi.

¶ Glo. in verbo, Vel conſuetudine, diuiditur in duas partes. In prima allegat iura concord. In ſecunda, quæ eſt ibi, Sed qualiter, oppo. contra tex. Et quia prima pars glo. ponit notabile, quòd conſuetudo poſsit dare iuriſdictioné: hinc ſumpta occaſione, dd. quærunt, quomodo intelligatur hoc loco vox Iuriſdictio, an ponatur pro iuriſdictione in genere ſumpta, quæ comprehendit merum & mixtum imperium, & quoquę ſimplicem iuriſdictionem in ſpecie, an verò intelligatur tantùm de ſimplici iuriſdictione: & ſic quærunt, vtrũ conſuetudine acquiratur iuriſdictio cũ omnibus ſuis ſpeciebus, an verò tantùm iuriſdictio ſimplex in ſpecie.

¶ Et primò, quòd iuriſdictio ſimplex
12 in ſpecie, † conſuetudine & præſcriptione acquiri poſsit, etiam per priuatam perſonam, quę alioqui nullam iuriſdictionem habet, non eſt dubium, per text. noſtrum hic, qui habet quòd conſuetudo dare poſsit iuriſdictionem domino in miniſtros ſuos, & Archid. in. c. Conqueſtus, in fi. ferè. ix. q. iij. allegat ad hoc tex. noſtrum, & dicit ſe non meminiſſe, quòd alibi legerit ſimilem tex. qui priuatæ perſonæ tribueret iuriſdictionem. Et quòd ſimplex iuriſdictio acquiratur conſuetudine, habetur in gloſſ. in. c. j. in verbo, Punire, infr. de pœn. in vj. tex. & gl. in. c. Cũ quidã, in verbo, Conſuetudine, de excep. in vj. tex. & gl. in. c. Romana. §. Ab Archidiaconis, in verbo, Conſuetudine, de appella. in vj. c. Cũ in Eccleſiis. §. Niſi cõſuetudi

ſuetudo, de præben. in vj. gl. in. c. Quoniam, in verbo, Conſuetudine, de immu. Eccle. in. vj. Idem decidunt hic Io. de Imo. Panor. Fe. & And. Barb.

¶ De hoc autem dicunt dd. magnum eſſe dubium, vtrum † merum imperium
23 poſsit conſuetudine acquiri, & Hoſt. tenet, quòd præſcribi non poſsit, qui põderat verbum. Iuriſdictio, hic in text. poſitum, quia tex. hic nihil dicit de mero imperio. & ſic intelligit hunc tex. & in. d. c. Irrefragabili, de ſimplici iuriſdictione. Idem tenet Iac. de Aret. (vt refert. Cy. in. l. j. C. de eman. libe. & D. Iaſ. in. l. imperium mihi, in. vij. coll. ver. Quartò quæro. ff. de iuriſd. omn. iudi.) Licet autem allegauerit multas rationes pro ſua opinione negatiua, tamen illæ ſunt potiores, ſecundum Dn. Iaſo. Primò, quòd ea quæ ſunt Imperii, vel quæ competunt principi in ſignum ſuperioritatis, præſcribi nõ poſſint. l. Comperit. C. de præſcript. xxx. vel. xl. anno. c. Cùm non liceat, infrà de præſcriptio.

¶ Secundò probatur. Conſuetudo non poteſt procedere ſine præſcriptione. c. fi. ſupr. de conſue. & in præſcrip. requiritur initium & finis præſcriptionis. In pręſcriptione autẽ merí imperii nõ poteſt eſſe initium: hoc probo ſic, quia qui nõ habet merũ imperiũ ex conceſſione vel priuilegio, & exercet id, fieri non poteſt, quin ſit in dolo, quia ſciens ſibi nõ conceſſum, & tamẽ exercet, propterea incidit in pœnam læſæ maieſtatis, eo ipſo, quòd per exercitiũ vult pręſcriptionẽ incipere. l. iij. in fin. ff. Ad. l. Iul. maieſt. Quare cũ incipiens præſcript. exercendo merũ imperiũ, incidat in crimen læſæ maieſtatis, certum eſt, quòd illam præſcriptionem complere non poſsit.

24 ¶ Tertiò probatur. Quia † incarceratio eſt meri imperii, vt not. in. d. l. Imperium. Sed qui facit quem incarcerari, & non habet ius ex conceſsione, ſtatim incidit in pœnam priuati carceris, quotieſcunq; fit. l. Vnica. C. de priua. carce. Ergo ſi exercens ſemper incidat in pœnam, quotieſcunque exercet. non poteſt præſcriptionem incipere, multò minus finire.

¶ Quartò probatur, quòd. l. j. ff. de eo cui manda. eſt iuriſd. enumerat tantũ certos modos, per quos acquiri poteſt merũ imperiũ, ſcilicet Legẽ, Senatuſconſultũ, & principis cõſtitutionẽ. nec meminit præſcriptionis. Ergo præſcriptione acquiri non poteſt. alioqui lex non eſſet ſufficiens. Idẽ habetur in. l. Muto. §. Tutoris datio. ff. de tute.

¶ Quintò probatur, q̃a pręſcriptio eſt iuris publici. d. l. iij. in fi. ff. Ad. l. Iulia. maieſt. Sed quæ iuris publici ſunt, pręſcriptione acquiri non poſſunt. l. Viã publicã. ff. de via publica. l. Præſcriptio. C. de oper. publ. Poſſent multa alia allegari, & hãc opinionẽ tenet Hoſtien. in. c. ij. de purga. vulg. quẽ referũt ibi Ant. de But. & Panor. Bar. in. l. j. §. Deniq;. ff. de aqua plu. ar. & in. l. Publicanus. §. fi. ff. de publica.

¶ In cõtrariũ tamẽ eſt cõmunis opinio, ꝙ ſcilicet merũ imperiũ poſsit præſcriptione acquiri: quã opinionẽ, tanquã cõem, multi. dd. tenent & defendunt, quos vide per D. Iaſo. allegatos, in. d. l. Imperiũ. ver. Concludendo teneas: & hæc opinio probatur per tex. noſtrum hic, q̃ dicit, ꝙ cõſuetudo poſsit tribuere iuriſdictionẽ puniẽdi exceſſus, quod vtiq; eſt meri imperii, quũ punire exceſſus ſit de gladii p̃tãte, ſed ea p̃tãs cõpre

prehēdit ſub mero imperio, vt no. dd. in. d. l. Imperiū, & dicūt. dd. ꝙ hæc opinio alibi melius nō probet, quā p text. noſtrū. Idē dicit D. Iaſ. in. d. l. Imperiū. Idē in effectu habet in gl. i verbo, Obtinuit, in. l. Viros. C. de diuerſ. of. lib. xij. & no. in. c. Irrefragabili, ſup. de of. ord.

25 ¶ In hac. q. dic breuibus, ꝙ † merū imperiū cōtinet multos gradus, vt not. per dd. in. d. l. Imperiū. Quorū quidā pſcriptibiles ſunt. Quidā verò nō itē. Sicuti ergo in oībus quæſtionibus Iuris verisſimū eſt illud Ariſtot. Quòd omne

19 multiplex † indiſtinctū parit confuſionē. Ita quoq; hic locū habet. Tu ergo ex mēte. dd. hoc modo diſtingue.

¶ Aut loquimur de his quæ ſunt maximi meri imperii, vbi ſcilicet de ſuprema poteſtate Cæſaris tractatur, & dic.

¶ Aut ſumus in his, quæ concernunt

27 † obedientiam & ſubiectionē. & certū eſt quòd per præſcriptionē & conſuetudinē acquiri non poſſunt, hoc eſt, licet is, qui ſubditus eſt Imperatoris, vltra præſcriptū à ll. tēpus ei nō præſtat obedientiā per hoc non præſcripſiſſet exemptionē. c. Cū inter, & ibi gl. in verbo, De cōſuetudine, & quæ no. per. dd. ſupr. de conſue. facit quę no. Bal. in Auten. Quas actiones. ver. Tertiò quæritur. C. de S. S. Eccleſ. Vbi dicit, præſcribi non poſſe, ne appelletur ad Imperatorem, quia iſtud pertinet ad eius ſupremam iuriſdictionē, licet poſsit præſcribi ne appelletur ad inferiorem, vt not. in. c. Venientes, infr. de iureiu. Et probatur hoc mēbrū diſtinct. per text. & quæ ibi no. in. c. Cū nō liceat, infr. de præſcrip. c. Nulla. xciij. diſt. glo. in. c. j. in verbo. Non obſtante, de Cler. ægro. Et ideo decidunt. dd. ſi aliqui populi

28 † ſint exempti ab imperio per priuilegium, quòd poſsit Imperator reuocare hoc priuilegiū, & reducere in ſubiectionem, præſertim ſi ſint ingrati: & aduerſus iſtam poteſtatē reuocandi præſcribi non pōt, ſecundū. Bart. in. l. Hoſtes. ver. Circa primū ibi, Vt faciūt Veneti. ff. de capt. & poſtli. reuer. Bald. in c. Sicut, el. iij. ver. Aduerte, infr. de iureiu. Inno. in. c. Bonę el. ij. de poſtul. prel. dd. hic, & in. d. l. Imperium.

¶ Aut ſumus in his, quæ non concernunt obedientiam & ſubiectionem, ſed aliam quandam recognitionem vniuerſalem, quale eſt ius exigendi tributa. Et tunc, quod attinet ad ius publicum, quoque non habet locum pręſcriptio: & in hoc caſu propriè loquitur. lex Comperit. C. de præſcriptionib. xxx. anno.

¶ An autem per ſpecialem conceſsionem Imperatoris quis poſsit acquirere immunitatem à tributis, quæ ſoluūtur in ſignum vniuerſalis recognitionis. Item, an per præſcriptionem vltra memoriam hominū hoc quis poſſit acquirere, vide no. in. d. l. Comperit, in glo. in verbo. Conamen, & Barto. in. l. Licitatio. §. Eorum. ff. de publica. & in. l. fin. C. de fund. patrimo. libr. vndecimo & nota. in capitu. Super quibuſdam. §. Præterea, infrà de verbor. ſignificatio. Idem dic de iure creandi Notarios. Idem de iure legitimandi ſpurios, & naturales, quæ poſſunt per priuilegium acquiri, Ergo videtur quòd quoque conſuetudine ſaltem vltra memoriam hominum inducta, acquiri poſsint. Vide not. in. c. Venerabilem, infra. Qui fil. ſint legit.

¶ Aut nō loquimur de his, ꝗ ſunt maxi

29 mi meri imperii † ſed de aliis gradib⁹ inferioribus, vt ſūt, habere gladii poteſtatem

poteſtatem, animaduertere in facino-
roſos capitaliter,& alia ratione, & dic.
¶Aut quæris de his, qui alioqui nullũ
habẽt territorium,nec etiam ſubditos,
& tunc,ſi illi habent aliquam prærogatiuam,ſeu præeminentiã, quale eſt Ca
pitulum alicuius Eccleſiæ cathedralis,
vel quales ſunt Clerici in dignitate cõ
ſtituti,& poſſunt acqrere præſcriptione ſiue conſuetudine : & hoc caſu propriè videtur loqui tex.noſter, dũ dicit,
deputari ſeruitio Capituli, aut aliorũ
Clericorum &c.quaſi per hoc excludat
alios priuatos homines, nullũ territorium habentes. Et ita intelligunt hunc
tex.Ant.de But.Panor.& And.Bar.hic.
20 ¶Aut non habent † aliquã prærogatiuam,ſiue præeminentiam, ſed ſunt ſim
pliciter priuati homines, & nõ poſſunt
acquirere merũ imperium per præſcri.
& in hoc caſu intelligũtur iura pro pri
ma opinione adducta, vt l.iij.in fin.ff.
Ad leg.Iul.maieſt.& l.j.C.de priua.car
ce.& facit tex.in l.Non eſt ſingulis.ff.
de reg.iur. Et ita quoq; decidit D.Iaſ.
in d.l.Imperium. ver.Secundò limita.
¶Aut quæris de,his,qui alioqui habent
territorium & ſubditos, & volunt hoc
extendere per cõſuetudinem ſiue præſcriptionem,& poſſunt : & in hoc caſu
loquuntur iura pro ſecunda opinione
adducta. Sed cùm in qualibet præſcriptione requiratur à parte ſcribẽtis poſſeſsio,quia ſine poſſeſsione prę̨ſcriptio
non procedit.c.Sine poſſeſſ.de reg.iur.
in vj.& in iuriſdictione,quæ eſt ius incorporale, nulla cadat poſſeſsio.l.Seruus.§.incorporales.ff.de acqui.rer.domin.ſed tantùm quaſi poſſeſsio, & illa
quaſi poſſeſsio cauſatur & inducitur ex
ſcientia & patientia aduerſarii.Quęritur,vtrum etiam hoc caſu,quando merum imperiũ præſcribitur, requiratur
21 †ſcientia & patientia illius,contra quẽ
præſcribitur,& in hoc dic breuibus.
22 ¶Aut loquimur de†præſcriptione vltra memoriam hominũ,& non requiritur ſcientia & patientia illius, contra
quem præſcribitur, quia illa præſcriptio habet vim priuilegii, ſiue conſtituti.d.c.Super quibuſdam.§.Præterea,
infr.de verb.ſignifi.l.Hoc iure.§.Ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.facit.c.j.de præſcrip.in vj.Bal.in c.Vnico,in prin.in vſib.feud.de Regaliis.Io.
And.Archid.Dn.Gemi.& Phil.Franc.
in c.Cùm Epiſcopus,de offi.ord.in vj.
Alex.de Imo.in conſi.vj.in.j.vol.inci.
Viſo themate,& dubiis.
¶Aut loquimur de præſcript.longi vel
longiſsi.temporis, & in ea requiritur
ſcientia & patientia aduerſarii, contra
quem prę̨ſcribitur,cùm ſine ea nõ poſſit cauſari quaſi poſſeſsio, vt ſuprà diximus : & in hoc caſu procedit opinio
Bar.in l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arc.& in l.
j.& ij.C.de ſeruit.& aqua.& in l.j.§ fi.
de iti.actuque priua. Vide omnino D.
Iaſ.& alios,in d.l.imperium, & dd.hic.
Et tantum de prima parte glo.
¶Glo.in ſecunda parte,quæ eſt ibi,Sed
qualiter, oppo.contra tex.& ſoluit. Et
quia in hac parte glo.tractatur hæc q.
vtrum is,qui alioqui habet aliquod ius
in alium,ratione iſtius iuris, quoq; habeat in ipſum iuriſdictionem. Exemplum. Dominus in ſeruum habet mul
tum iuris, ſicuti ſunt multi tit.in ff.&
C.de iu.perſo.& in tit.de his, qui ſunt
ſui vel alie.iur.Item dominus in miniſtros quoq; habet ius familiæ.Item pater in liberos,ſicut eſt tit.C.de patr.po
teſta.& in Inſt.Item maritus in vxorẽ.
Item præceptor in diſcipulos. In his
ergo

ergo omnibus caſibus dubitari poterit, vtrum competat iuriſdictio ordinaria in eiuſmodi perſonas ſubiectas. Panor. hic, quem alii referunt & ſequuntur, diſtinguit.

¶ Aut quæris, vtrum ratione iſtorum iurium, quoq; domino, patri, marito, & præceptori, in ſeruos, miniſtros, liberos, vxorem & diſcipulos competat iuriſdictio, eo ipſo ſcilicet, quòd eſt ſub poteſtate, & miniſter in miniſterio domini, filius in poteſtate patris, vxor ſub marito, & diſcipulus ſub præceptore.

¶ Aut verò quæris, an ſcilicet illæ perſonæ, hoc eſt, dominus, pater, maritus, vel præceptor, aliàs habens iuriſdictionem, poſsit eam exercere in ſeruum, filium, vxorem, vel diſcipulum.

¶ Primò caſu concludunt communiter
Doct. quòd ratione iſtorum iurium nõ
23 competat ordinaria iuriſdictio, † ſed
tantùm leuis caſtigatio, cum moderamine. Quòd autem ex hoc capite iuriſdictio non competat, probatur per tex. noſtrum hic, qui loquitur de iure, quod habet dominus in miniſtros, & tamen addit, quòd exercere nõ poſsit iuriſdictionem, niſi ex priuilegio vel conſuetudine habet eam. Idem habetur in glo. in c. Sicut alterius, in verbo, Iudicari, in fi. vij. q. j. Quòd autem leuis caſtigatio competat, virtute iſtius Iuris probatur. Et primò, quod ad ſeruos attinet, eſt text. in l. Vnica. C. de emenda. ſer. §. In poteſtate. Inſti. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

¶ Secũdò, quòd dominus miniſtros vel mercenarios ſuos leuiter ex cauſa caſtigare poſsit, eſt text. in l. Reſpiciendum. §. Furta. ff. de pœn. glo. in dicto. c. Sicut alterius.

¶ Tertiò, quòd pater in liberos habeat leuem correctionẽ, probatur, quia poteſt eorum leuia delicta corrigere, & ipſos quoq; tradere Iudici, vt eos puniat ſecundum eius voluntatem, iuſtè tamen, vt eſt tex. in l. iij. C. de patr. poteſt. l. Vnica. C. de emend. propinq.

¶ Quantò, quòd idem ſit in Marito erga vxorẽ. Nam licet vxor etiam in ma
24 trimonio † exiſtens, maneat in patria
poteſtate, vt habet & not. in l. Si vxor. C. de condi. inſer. tamen maritus poterit eam caſtigare, ſecundum glo. & no. in d. c. Sicut alterius. vij. q. j. De hoc ta-
25 men dubitatur, † vtrum liceat marito
verberare vxorẽ, & videtur quòd non. l. Conſenſu. Ibi, Si ſe verberibus afficientem &c. C. de repud. glo. in d. c. Sicut alterius. Doctor. tamẽ in c. Quemadmodum, de iureiurã. tenent contrarium, Sed dic quòd verberare poteſt, moderatè tamen: & iura contraria intelliguntur, quãdo fit ſine cauſa, & enormiter. Quòd autem caſtigatio præceptori erga diſcipulum permiſſa ſit, vide l. Vnicã. in fi. cum l. ſeq. ff. Ad legem Aquil. Et tantum de prima q.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet quæritur, vtrum illæ perſonæ, ſi aliàs habe-
26 rent iuriſdictionẽ, † poſsint eam exer-
cere in liberos & familiam, & hæc propriè quadrat ad noſtrum propoſitum. Sunt autem quatuor opiniones.

¶ Prima eſt Gofred. qui ita diſtinguit: Aut familia ſiue filios &c. agit contra alios, & poteſt dominus vel pater iudicans, propter ſuſpicionem per except. repelli. c. Inſinuante, ſupr. de off. dele.

¶ Aut alii agunt cõtra familiam vel filios, & ipſi non poſſunt recuſare dominum, patrem, vel præceptorẽ &c. Quia pater filio, vel dominus ſeruo non eſt ſuſpectus, vt not. in d. c. Inſinuante. &

licet Hoſti.& Ioan.Cald.damnent illam opinionem, Panor.tamen & Andr. Barb.defendunt eam, & eſt vera, licet ſit generalior iuſto.

¶ Secunda opinio eſt gl.in d.l.Qui iuriſdictioni.ff.de iur.om.iud.quę habet. ¶ Aut quæritur de cauſis criminalibus, & non poteſt exercere iuriſdictionem. Aut de ciuilibus, Et tunc.

¶ Aut eſt delegatus,& poterit procedere. Aut Ordinarius,& poterit vſq; ad litem conteſtatam. Idem tenet glo.in l. Quin etiam.ff.de arbit. Sed hanc opinionem reprehendit Calder.

¶ Tertia opinio eſt, quòd in cauſa ciuili poterit eſſe Iudex vſq; ad finé,in criminali non,&c. Sed hæc opinio quoq; propter generalitatem reprehenditur.

¶ Quartam opinionem habet Io.Cald. & Ant.de Butr.hic,quos referunt & ſequuntur Panor.& And.Barb. Et idem in effectu decidunt Bart.Alex.de Imol.& D.Iaſ.in d.l.Qui iuriſdictioni,& in effectu hoc modo diſtinguunt.

¶ Aut loquimur de cauſis criminalibus,& tunc non opus eſt recuſatione, ſed ſatis eſt ſimplicem exceptionem ſuſpicionis opponere, imò etiamſi non eſſet oppoſita, tamé eius proceſſus non valeret, quum lex præcludat exercitium. dicta l. Qui iuriſdictioni. l.Lex Cornelia.in princ.ff.de iniur.

¶ Aut loquimur de cauſis ciuilibus, & dic. Aut alij agunt contra familiam, vel contra liberos,& poterit dominus vel pater eſſe delegatus & Ordinarius, per iura & rationes, ſuprà pro prima opinione adductas. Aut familia, vel liberi agunt contra alios, & dic: Aut eſt actio temporalis, & poterit indiſtinctè eſſe Iudex vſq; ad litem conteſtatam,ad hoc vt actio perpetuetur. Aut non eſt actio temporalis,ſed perpetua, & tunc aut recuſatur,& non poterit eſſe Iudex, quum non tantùm domini &
27 †patres in cauſis familiæ & filiorum, ſed quilibet conſanguineus. vſq; ad.x. gradum recuſari poſſit, vt no.Doct.in d.l.Qui iuriſdictioni.& in c.Poſtremò, infr.de appell. Aut non recuſatur, & poterit eſſe Iudex. Addit tamen And. Barb.aduertendum eſſe,an Iudex alioqui ſit honeſtus,quem vide hic:& conſulunt Doct.quòd Iudex, qui in huiuſmodi caſibus vult vitare ſuſpicionem, debet cauſam liberorum vel familiæ ſuæ alii committere. Vide omnino Doctor.in d.l.Qui iuriſdictioni.

Innocentius III.

POſtulaſti per ſedē Apoſtol. edoceri, vtrùm ſacerdos habens Eccleſiam in vna diœceſi, & reſidens in eadem, domicilium verò, patrimonii ratione,in alia,ibi delinquēs ab eo,in cuius diœceſi habet patrimonium, pro delicto ibidem commiſſo debeat iudicari: præſertim in cauſis, quæ officii ſui ſeu beneficii priuationem expoſcunt. Ad quod breuiter reſpondemus, quòd per Epiſcopum,in cuius diœceſi deliquit, ſententia promulgari poterit in eundem: Sed ab eo, in cuius diœceſi beneficium obtinet, erit, quo ad illud, executio facienda.

SVMMA CAPITA.

1 *Iudex delicti condemnat delinquentem, etiam in bonis alibi ſitis, executio tamen realis fieri debet per Iudicem bonorum.*

2 *Sententiæ vel ſtatuti effectus, an & quando extra pronũciantis ſiue ſtatuentis territorium extendatur.*

3 *Vltimo ſupplicio dãnatus, efficitur ſeruus pœnæ, licet eripiatur manibus miniſtrorum.*

IVDEX delicti condemnat delinquentem de delicto, ſed non priuat eum bonis in alio territorio ſitis, quibus debet priuari propter delictũ, ſed hoc exequitur Iudex bonorum: & hoc ſecundum primam Lecturam. Vel ſic, ſecundum aliam Lecturam.

2 ¶Iudex delicti †condemnat delinquentem, etiam priuando ipſum bonis alibi exiſtẽtibus, ſed executio realis, hoc eſt, ablatio poſſeſsionis, fit per Iudicẽ, ſub quo bona ſita ſunt. Et hæc communiter tenetur, ſecundum Io. de Imo. hic.

¶Caſus. Quidam deliquit in alieno territorio, & propter illud delictũ erat priuandus bonis quæ ſita erant extra territorium delicti. Quærebatur, an Iudex delicti, an verò Iudex, ſub quo bona ſita erant, ſententiam ferre debeat. Et decidit text. quòd Iudex delicti ſententiam feret, quia delictum dat iuriſdictionem cap. fin. cum ſimilibus, infr. eodem. & hoc non habet dubium. De hoc autem dubitatur, ſuper quo Iudex delicti ſententiam ferre debeat, vtrum ſuper crimine, an verò etiam ſuper priuatione bonorum. Et propter illud dubium ſunt duo intellectus ad hunc text.

¶ Primus intellectus eſt, quòd Iudex delicti tantùm feret ſententiam ſuper delicto, an ſcilicet delictum commiſſum ſit, & quòd poſtea illa ſententia, per Iudicem delicti lata, faciat fidem in alio iudicio, vbi bona ſita ſunt, & virtute illius ſententiæ Iudex bonorum priuat eum poſtea bonis, quaſi exequendo ſententiam alterius generaliter ſuper crimine latam. Et hanc Lecturam tenet glo. hic, in verbo, Deliquit, & Innoc. hic, qui dicit, Sententia ferenda eſt ſuper crimine, & poſtea fit executio, ſecundum ll. vel Canones, pro qualitate delicti.

¶Secundus intellectus eſt, quòd non tantùm ſuper crimine, verumetiam ſuper priuatione bonorum Iudex delicti ſententiam ferre poſsit. Hic intellectus videtur probari per text. noſtrum, quia hic fuit quæſitum non tantùm de crimine, verumetiam de beneficio. Præterea hic Epiſcopo beneficii reſeruatur tantùm executio, & non priuatio, vel declaratio: & hoc quoq; vult glo. in verb. Executio, ſecundum verum intellectum, & hic intellectus communiter approbatur per dd. Panor. hic dicit, quòd vterq; intellectus procedere poſſit. Nam etiamſi Iudex delicti tantùm pronunciat ſuper crimine, tamen ex illa ipſa ſententia ſequitur ex diſpoſitione iuris priuatio bonorum, ſecũdum qualitatẽ delicti. Quia Iura diſponunt de pœnis delictorum quorumcunque. Quando ergo Iudex delicti pronunciat delictum commiſſum eſſe, tum Iudex bonorum ſumit executionẽ ex diſpoſitione iuris ſcripti. l. j. §. Sed non vtique. ver. Nam ſiquidem. ff. Ad. S. C. Turpil. c. Si quem pœnituerit. §. Accuſatorum. ij. q. iij. Archid. & Io. And. in c. j. de homicid. in vj. & facit tex. in c. Romana. §. Contrahentes inf. de fo. comp.

In vj.Vbi Iudex ratione contractus de
cernit miſſionem fiendam in bona ali
bi ſita.Sic quoque conſiſtere poteſt ſe
cundus intellectus,quòd ſcilicet pro-
nunciet ſuper crimine,& quoque ad-
dat in ſententia de pœna priuationis,
cùm vis bonorum reſideat penes per-
ſonam ipſius delinquentis,& inhæreat
oſſibus ſuis.ſicuti dicimus de alijs iuri
bus incorporalibus,vt no.in gloſ.in.l.
iij.in verb.Statu.ff.Pro ſocio. Et licet
Spec.in ti.de ſen.execu.§.Nunc dicē-
dum.ver.Sed pone Iudex, Peruſin⁹ ap
probet vtrunque intellectum , tamen
dicit,quòd hic intellectus ſibi magis
placeat,Idem dicit Panormi.hic.Hinc
dd.ſumpta occaſione,mouent q.an &
4 quando ſententia † porrigat effectum
ſuum extra territorium.Et in hac q.di
ſtinguit Panor.

¶ Aut pœna in ſententia expreſſa,re-
ſpicit perſonam cōdēnati.Aut reſpicit
eius bona .

¶ Aut ſententia vel ſtatutū cōtinet in
terdictū certi loci ,& dic.

¶ Aut ſit tantū in pœnā & odiū illius,
contra quē fertur:& nō extēditur illa
ſentētia,vel ſtatutū illud extra territo
rium pronunciantis vel ſtatuentis,niſi
per conſequentiā,Vt ꝙ Iudex domici
lii interdicēs alicui prouinciam,cenſe
tur quoque interdixiſſe locū originis.
l.Relegatorū.§.Interdicere.&.§.Dubi
tatum.ff.de interdi.& releg. Et ideo di
cit Bar.in.l. Relegatorū.§. Eſt quod-
dam genus,ſi ciuitas præcipit ſuo ciui
ꝙ debeat morari in aliqua ciuitate ſi-
bi non ſubdita,ꝙ non valeant iſta cō-
finia.

¶ Aut ſtatutū non reſpicit odiū illius,
cui quid prohibetur,ſed reſpicit cōmo
ditatē ciuitatis,& odium illorū homi-
num,ad quos non vult ſubditos ſuos,
ire,& valet diſpoſitio,ſecundū Bart.in
l.Cunctos populos,C.de ſum.tri.& fi-
de catho.& facit ad hoc.l.fi.ff.de decr.
ab ordi.facien.l.Mercatores.C .de cō-
mer.

¶ Aut ſententia ſiue ſtatutum non
concernit interdictum certi loci , &
diſtingue.

¶ Aut continet prohibitionē alicuius
artis.& non extenditur extra territo-
rium.l.Ex ea.ff.de poſtul.Si verò non
continet prohibitionē alicuius artis ,
ſed diminutionē ſtatus,Vt quando qs
excōmunicatur,vel alioqui fertur cō-
tra ipſum ſentētia,quę infamat,& por
rigitur hæc ſententia extra territo-
rium,quia in vno loco infamis,vbique
infamis eſt.d.l.Ex ea,& fac.c.Teſtimo
nium.j̄.de teſtibus.c. Curæ.xj. q.iij.c.
j.ſ̄.de treuga & pac.

¶ Et ideo dicūt Doc.ſi quis fuit cōdē-
natus ad mortē , licet poſtea eripiatur
5 ex † manibus familiæ , nihilomin⁹ eſt
effectus ſeruus pœnæ.l. Qui vltimo
ſupplicio,& quæ ibi no.ff.de pœni.&
quæ no.in Auten.Sed hodie. C.de do.
inter vir,ꝙ vxo.Et vide Doct.præſer-
tim Bar.in.d.l. Cunctos populos,ver.
Sextò videndum eſt.C.de ſum.trin.&
fide catho.

¶ Secundo caſu.Aut pœna in ſenten-
tia expreſſa :reſpicit bona condēnati,
& diſtinguit Panor.

¶ Aut eſt tale delictū,propter ꝙ ſit pu
blicatio bonorū ,ex diſpoſitione iuris
cōmunis.vt in crimine læſæ maieſta-
tis,& ſimilibus,& tūc porrigit ſentē-
tia ad bona extra territoriū ſita ,& re-
manent ibi,tāquā vacātia:ſed occupā
tur per Iudicē illius territorii.Ar. l.A
diuo pio.§.Sententiam.ff.de re Iud.

Aut

¶ Aut eſt tale delictũ, propter ꝙ non fit publicatio bonorũ, ex diſpoſitione iuris cõis. ſed tantũ ex diſpoſitione ſtatuti vel municipalis iuris, & tũc, ſi Iudex pronuntiat ſecundũ hoc ſtatutum vel ius municipale, publicatio tãtũ fit in bonis, q̃ ſunt in territorio ſtatuẽtiũ ſita, Quia iudex Illius loci: quo ad bona in alio territorio ſita, eſt homo priuatus, Igitur eius ſtatuta eo nõ extẽdũtur. c. ij. de conſti. in. vj. l. fi. ff. de iuriſ. omnium iudicum. l. fina. ff. de de præfec. vrb. & ꝓbatur hoc optima ratiõe. à ſimili. Quia ſi pupillus habet bona in diuerſis territoriis, tutores dati tantum occupant bona, quæ ſita ſunt in territorio illorum Iudicũ, qui eos dederunt. l. Pupillo. ff. de tuto. & cur. dat. ab his &c. l. Illud. ff. de excuſat. tuto. & & ita decidit Io. And. in. c. Cũ ſecũdũ, dum, de hęr. in. vj. Panor. hic. Tu tamẽ vide omnino Doct. in. d. l. Cũctos populos, vbi eſt ſedes ordinaria iſtius. q. Sunt enim quidam qui contradicunt.

Honorius .III. Archiepiſcopus, Decano & Archidiacono Turonenſi.

EX parte G. quondam Angliæ reginæ, fuit propoſitũ. Quod cum nobilẽ virum Gu. detẽtorẽ caſtri Segrey, ratione dotalitii pertinẽtis ad ipſam, quo per eum vel eius complices, contra iuſtitiã fuerat ſpoliata, autoritate bonæ memoriæ Io, Papæ præn. corã vobis traxiſſet in cauſam. Dictus nobilis excipiendo propoſuit, qđ literæ Apoſtolicæ non valebant: pro eo, quod caſtrũ Guardiæ, vbi eſt eius domicilium principale, conſiſtit in diœ. Rodonẽ. quæ vltra duas dietas à Turonis eſt remota. verũ replicatũ fuit ex parte Reginæ, quod idem nobilis Turonis ſatis poterat cõueniri, cum non ſolùm in Rodo. diœ. ſed etiam in Andegauẽ. diœceſi exiſtat, eo quod & caſtra & redditus plures habet in ipſo, & caſtrum, de quo quæſtio vertitur, in eadẽ eſt diœ. quæ à Turoñ. nequaquã vltra. xij. leucas diſtat. Idẽ quoque adiecit, quod cũ dicta Regina ius ſuũ corã dño feudi proſequi debuiſſet, literæ Apoſtolicæ non valebant, cũ non faciebãt mentionẽ, quòd dominus feudi fuerit requiſitus, & ipſe in exhibenda iuſtitia extiterit negligens vel remiſſus. Subiiciẽs, quod eædẽ literæ falſitate expreſſa fuerãt impetratæ eòquòd ſuggeſtũ fuerat caſtrũ illud ad eã oẽ Reginã ratione dotalitii, pertinere, quum nec ab initio nec durante matrimonio, à vi

ro ſibi fuerat in donationem propter nuptias aſsignatum. Ad hæc autẽ fuit ex parte ipſius reginæ reſpõſum, Quòd vidua ſpoliata irrequiſito ſeu di domino ſpoliatorẽ ſeu detentorem rei corã eccleſiaſtico Iudice poterat cõuenire, cuius intereſt viduas defenſare, & infrà. Mãdamus quatenus ſi vobis cõſtiterit, dictũ nobilem terram & mãſionẽ habere in Andegauenſi diœceſi, in qua interdum conſueuit commorari, & ipſam diœc. vltra duas à Turoñ. non diſtare dietas, & in eadẽ litigioſam rem eſſe, nõ obſtãtibus exceptionibus aliis, quæ in petitorio potius, quã in poſſeſſorio, quod regina contra eũ nobilẽ intendebat, locũ habere videtur, in ipſo negotio, iuxta priorũ cõtinẽtiã literarũ, ratione præuia, procedatis.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Miſerabilis perſona poteſt laicum etiam coram eccleſia. Iudice ſuper re feudali interdicto Vnde vi, conuenire.*

2 *Vltra duorum dierũ iter extra diœceſim ſuã nemo per legatos in ius vocandus.*

3 *Vxor an dignitatem, quam ipſa per maritũ acquiſierat, poſt mortem mariti retineat.*

4 *Vxor defuncti manens vidua, cenſetur perſiſtere in priori matrimonio.*

5 *Libelli concluſio potiſsimum conſideratur, nec ſuperflua in libello curantur, modo in concluſione non ſunt repetita.*

6 *Alternatiuus libellus iure interdum admittitur.*

7 *Dotalitium & donatio propter nuptias, idẽ ſunt.*

8 *Donatio propter nuptias an ad defuncti mariti heredes, an verò ad vxorem ipſius ſuperſtitem tranſeat.*

9 *Libellus ſuper iure quoddam ſpeciali tãtum etiam non expreſſo fundatus, non vitiatur, ſi tamen ius illud poſtea in cauſa proceſsit doceatur.*

10 *Nuda poſſeſsio domus non facit domicilium*

11 *Tribus ex cauſis, ratione contractus, domicilii, & delicti ſortitur quis forum.*

22 *Domicilium vbi & quando quis habere cenſeatur.*

13 *Aſsidua ex conuerſatione an quis ſortiatur forum.*

14 *Actor an ex pluribus Iudicibus, corã quibus Reum conuenire poterat, vno electo, variare & pœnitere poſsit.*

15 *In prorogande iuriſdictione Iudicis alioquĩ non competentis, locus eſt pœnitentiæ vſque ad litis conteſt.*

16 *An & quando Ordinarius vel delegatus ſu per re feudali. domino feudi non requiſito, cognoſcere poſsit.*

17 *Falſitas vitiat reſcriptum, & quando, & quomodo de hac excipiendum.*

18 *Peremptoria exceptio. ante litis conteſta. non opponendæ, nec impediunt litis conteſta. exceptis tribus exceptionibus.*

19 *In notoriis ordo Iuris non requiritur.*

20 *In iudiciis euitandus eſt circuitus, & boni Iudicis eſt, iudiciũ nõ fieri fruſtratorium.*

1 MISERABILIS perſona † poteſt laicũ interdicto Vnde vi, vel corã Iudice eccle

eccleſiaſtico conuenire,etiã ſi res, de qua diſputatur,ſit feudalis.h,d.ſecundum communiter Doct. Caſus.

¶ Rex Angliæ vxori ſuæ dotalitiũ.i. donationem propter nuptias,in caſtro quodã,Segrey nomine,conſtituit.Rege mortuo,Regina occupauit illud caſtrũ,& fuit inquieta eius poſſeſsione. Accidit aũt,ꝙ nobilis quidã ſpoliauit eã illa poſſeſsione,nec admonitus eã reſtituere volebat,Ideo regina vidua cõqueſta eſt hac de re apud Põtificẽ, qui in hac cauſa dedit Iudices delegatos,Archiepiſcopũ.ſ,Decanũ,& Archidiaconũ Eccleſiæ Turonẽſis,corã quibus Regina vidua,virtute illius reſcripti Pontificii,intẽtauit cõtra nobilem ſpoliãtẽ interdictũ Vnde vi, & petiit poſſeſsionẽ ſibi reſtitui. Nobilis aũt cõparẽs corã delegatis,oppoſuit cõtra reſcriptũ tres exceptiones. Prima eſt, ratione loci,qa iure cautũ eſt,ꝙ nemo
2 vltra duas†dietas extra ſuã diœceſim. in qua habitat,per delegatos, virtute reſcripti Põtificii,ad Iudiciũ trahi poſſit.c.Nõnulli.ſ.de reſcri.c. Olim.j,de except. Sed ipſe nobilis habitat vltra duas dietas à loco ſibi ꝑ delegatos aſsignato.Hoc probat ſic:qa delegati, vt dictũ eſt,ſunt in diœceſi Turonẽſi,ſed ipſe nobilis habet ſuũ domiciliũ principale,caſtrũ Guardiæ,in diœceſi Rodonẽſi,ꝙ plus quã duas dietas diſtat à Turonis.Ergo ad iudiciũ trahi per delegatos nõ poſsit.Secũdò, eſto ꝙ hãc exceptionẽ non haberet,tamẽ ratione ipſius cauſæ & rei,quæ petitur coram delegatis comparere nõ teneret.Quia cauſa ſuper qua cõtẽditur,feudalis eſt Petitur enim caſtrũ,ꝙ feudũ eſt Angliæ.Sed in cauſa feudali Iudex ordinarius,vel etiam Pontifex delegatus ſe intromittere non debet,quãdiu dominus feudi requiſitus nõ fuerit vel ſi requiſitus quidẽ fuerit, nec iuſtitiã denegauerit.c. Ex tranſmiſſa.&.c.Verũ.ſ.eo.Ergo quia in reſcripto nõ fuit inſertũ,ꝙ in hac cauſa dominus fuerit requiſitus,vel ꝙ in adminiſtranda iuſtitia fuerit negligens,ſequitur ꝙ Pontifices delegati in hac cauſa feudali ſe intromittere non potuerint.

¶ Tertiò excipit contra formã reſcripti,quia in reſcripto narratũ eſt,quaſi prædictũ caſtrũ Segrey ſit dotalitium ipſius Reginæ,cũ tamen nec ante matrimoniũ,nec in ipſo matrimonio fuerit à Rege ipſi reginæ per donationẽ propter nuptias aſsignatũ. Igitur hoc reſcriptũ expreſſa falſitate eſſet impetratũ,nec iuuaret impetrantẽ.c.Super literis.cum ſimilibus.ſ.de reſcript. Et propter iſtas exceptiones corã delegatis nobilis reſpõdere noluit, Sed à parte Reginæ actricis fuit cõtra iſtas exceptiones propoſitũ,quod imò iſtis exceptionibus non obſtantibus,reſpondere coram delegatis cogatur.

¶ Nam ipſe nobilis non tantum in diœceſi Rodo.verum etiam in diœceſi Andegauenſi. habebat reditus & caſtra,& ipſum caſtrum Segrey de quo contenditur, eſt ſitum in ipſa diœceſi Andegauenenſi, nec diſtat à Turonis vltra.xij.leucas id eſt. xx. miliaria,& ſic vnã dietam, Igitur prima exceptiõe nõ obſtãte,rñdere cogit.Ita quoq; nõ obſtat ſecũda exceptio.qa vidua ſpoliata,tanquam miſerabilis perſona,irrequiſito domino feudi,coram Iudice eccleſiaſtico conuenire ſpoliatorem poteſt,cuius intereſt viduas de feudi &c. Et tertia exceptio non habet locum in iudicio poſſeſſorio

ſed petitorio. Nec fuit hic fundamentum reſcripti,quod dotalitium fuiſſet conſtitutum,ſed hoc fuit fundamentū, quod vidua fuerat in poſſeſſione,& per Reū ſpoliata fuit &c. Quærebatur ergo, vtrum nobilis ope iſtarum trium exceptionū ſe defendere potuerit,quo minus coram delegatis Pontifi. reſpondere cogeretur,an verò eis non obſtantibus,reſpondere cogat. Et decidit tex. quod poſteriores duæ exceptiones in iudicio poſſeſſorio non admittantur, ſed tantum in petitorio. Quum ergo tota vis iſtius q.depēdeat à prima exceptione decidit tex.ſi cōuentus in diœceſi Andegauēſi habeat manſionem, in qua habitare ſoleat interdum, & ipſa diœceſis Andegauenſis non diſtet vltra duas dietas à Turonis, & quoq; res litigioſa ſit in ipſa diœceſi Andegauenſi ſita,quòd reſpondere cogatur coram iſtis delegatis, iſtiuſmodi exceptionibus non obſtantibus.

¶ No.primo ex hoc tex. ſecundum dd. quod poſt mortem mariti extinguatur dignitas vxoris quam habuit à marito viuente.Et probant hoc nota.per text. hic in verbo, Quondam. Quia ſi regina retinuiſſet dignitatem quam habuit in vita Regis tex.non adieciſſet particulam diminuentem, Quondam, quæ ſcilicet videtur remouere qualitatem præteritam. Secundo videtur hoc probari per tex.in l. Quod principi, cum l.ſeq.ff.de leg.ij. Vbi habetur,quod Auguſta corruſcet ex radiis mariti p quādam conſequentiam, & non iure proprio.ideo non habet idem iuris in legatis in teſtamento relictis cum Imperatore.

3 ¶ In contrarium,quod imò † retineat dignitatem mariti, videtur probari per tex.noſtrum hic, qui aliquoties vocat viduam reginā,ſine adiectione dictionis,Quondam. Tu ex mente Felin.hoc modo diſtingue:

¶ Aut loquimur de ea,quę fuit alicuius concubina. Aut de ea, quæ fuit alicuius vxor.

¶ Primo caſu certum eſt, quòd concubina nō retineat dignitatem viri prædefuncti, quia eam nunquam habuit, ſecundum gl.in l.Hæres abſens.§. At ſi quis in verb.Debebit. ver. Item ratione matrimonii.ff.de iudi.l. De iure.§. Mulieres.ff.Ad municip.

¶ Secundo caſu,quando ſcilicet loquimur de ea,quæ fuit alicuius vxor legitima,diſtingue:Aut manet vidua, nec conuolat ad ſecūdas nuptias legitimas & tunc,ſi inhoneſtè & impudicè viuit, nō retinet illam dignitatem,Arg.l.His ſolis.C.de reuo.do. Aut viuit honeſtè, & dic:Aut quæritur vtrum debeat ferre onera mariti defuncti,non tamen ſequitur quòd eius grauamina ſuſtinere debeat.C.per tot.Ne vxor pro ma.ca. Ex parte ſupr.de conſuetu.c.Ex literis infr.de pig.& quæ not. Bar. in l.Titia, la.ij.§.Vſuras.ff.de lega.ij. Aut quæritur non de onere.ſed an vidua retineat dignitatem mariti, quàm habebat eo viuente, & reſpondetur quòd ſic, per tex.in l.Quoties.C.de priui.ſchol.lib.xij.Et licet hæc q. in quibuſdam vocetur in dubium,tamen de hoc eſt text. planiſſ.in.l.ſi.ff.de Sena.Dicitur enim ibi,quod quędam mulier nupta erat viro conſulari quo decedente volebat nubere viro inferioris dignitatis, tamen ab Imper.impetrare volebat quòd nihilominus maneret in dignitate prioris mariti, quærebat an poſſit hoc Imperator facere, & deciditur, quod ſic,

hic

hic vtiq; non potuiſſet petere, vt cum
ſecundo marito maneret in prioris ma
riti dignitate, ſi eam, eo defuncto, vi-
dua exiſtés,non habuiſſet. Et probatur
hoc quoque per iura in ſequenti, mem
bro alleganda. Aut non manſit vidua,
ſed alteri nupſit,& certum eſt quod cō
uolando ad ſecundas nuptias, amittat
iura & dignitatem prioris mariti, per
text.in l.Fœminæ. ver. Aut ſeparata,
iunct.glo. ibi in verb. Non habenti.&
d.l.fi.ff.de Sena.l.Cum te.C. de nup.l.
Filii.§.Vidua cum glo.ibi in verb.Do
micilium. ff. Ad municip. l. Mulieres.
C.de digni.lib.xij.Et ita quoq; decidit
gl.fi.hic in fi.& glo.fi.in Clem.Ne Ro-
mani in verb.Vacare,de electio.Et eſt
4 ratio,quia quamdiu†manet vidua cen
ſetur ſtare in priori matrimonio, ideo
quoq; prioris matrimonii ius retinet,
tum autem hoc ius amittit, quando ad
aliud matrimonium conuolat. Conſe-
quitur enim præſentis mariti dignita-
tem & domicilium,ſiue ſit dignius ſiue
vilius,ſecundum Bar.in d.l.Filii.§.Vi
dua.Et hæc eſt in effectu intentio Feli
ni,quæ vera eſt,vt patet ex iuribus al-
legatis. Nec obſtant huic diſtinctioni
d.l.Quod principi,cum l.ſeq. Quia ibi
non diſputatur de dignitate Auguſtæ
poſt mortem Imperatoris, ſed de hoc,
vtrum Auguſta,cui legata relicta ſunt
in teſtamento,ante teſtatorem decedés
habeat eadé priuilegia quæ habet Im-
perator in legatis ſibi relictis, quando
decedit ante teſtatorem,& ſic eſt planè
diuerſus caſus. Nec etiam obſtat diſpu
tatio de dictione,Quondam, quia ſecū
dum Panor.& Feli. hic poterit quoque
hæc dictio verificari in præſenti tem-
pore per ea quæ not.in l. Nec emptio.
ff.de contrah.emp.gloſ.& quæ ibi not.
Aar.& alii in l.j.§.Hoc autem, in ver-
bo Olim. ff.de noui operis nunc. Vide
omnino Felin. & Andr. Barba. hic &
dd.in d.l.j.

¶Secundo not. ex hoc text. ſecundum
dd.ſi quis intentat iudicium poſſeſſo-
rium,& in libello facit métionem pro
prietatis narrando factum non officit,
nec etiam tenetur proprietatem proba
re,ſi modò in concluſione & petitione
libelli non meminit proprietatis,con-
cord.c.Conqueſtus infrà.eo.Et ſic not.
5 quod tantum attenditur†concluſio li-
belli & quid petatur nec præiudicat ſi
quis ſuperflua narret in libello, modò
non repetat in petitione & cōcluſione.

¶Tertiò no.ibi,Per eum, vel eius com
plices &c. quod † alternatiuus libellus
admittitur,& in hoc caſu non redditur
Reus incertus.Siue enim ipſe ſpoliaue
rit vel ipſius complices ex ipſius man-
dato ſemper competit interdictū Vn-
de vi.c.Cum ad ſedem,infra. de reſtit.
ſpol.Eodem modo,ſi ipſe Reus nō mā
daſſet ſpoliationem, detineret tamen
rem ſpoliatam,competeret condictio
ex c.Sæpe,infr.de reſt. ſpol.& ſic ſem-
per eſſet certa concluſio in poſſeſſorio
Et tamen obſeruatur quòd alioqui al-
ternatiua petitio non admittitur.

¶Gl.in verbo,Dotalitii in effectu op-
ponit contra text. hoc modo.Imò ideo
regina non debebat petere dotalitium
ſed dotem ſuam,quam ipſa dederat. l.
Vnica,per tot.ferè.C.de rei vxo.actio.
c.fi.infr.de do.int. vir.& vxo.Gloſſ.ſo-
7 luit quod dotalitium hic†capiatur pro
donatione propter nuptias. Sed cōtra
hoc opponunt dd. quod res reincidat
in idem.Nam cum donatio propter nu
ptias conſtituatur à marito.c. Nuper.
& d.c.fi.infr.de do.prop.nup. Ergo re-

dit ad ipſius mariti hæredes & non ad hærredes mulieres.d.c.fi. Et ſic hæc regina dicere non potuit, quòd hoc caſtrum ratione dotalitii ad ſe pertineat. Io.de Imo.Panor.& And.Barb.poſt Io.And.reſpondent, quòd hæc oppoſitio procedat de iure cōmuni. Sed hæc regina actrix non fundauit intentionē ſuam ex iure communi, ſed ex pactis dotalibus vel ex conſuetudine de lucranda ſcilicet donatione propter nuptias. Poteſt enim pacto ſtatuto, vel cō ſuetudine induci, quòd maritus lucretur dotem vxoris,& ipſa viciſsim lucretur donationē propter nuptias.d.c.fi. cum
9 ibi no. Et ex hoc inferūt dd.libellū† nō viciari, licet non ſit fundatus ſuper iure cōmuni, vel municipali, ſed tantum ſuper iure aliquo ſpeciali, etiam non allegato, dum tamen de eo fides fiat in proceſſu cauſæ. Tu vide dd.hic.

¶ Glo.in verbo. Complices, quoq; opponit contra tex. Imò videtur quòd ex ſpoliatione complicum non detur interdictum Vnde vi, cōtra hunc Reum, cùm etiam dominus ex ſpoliatione familiæ nō teneatur.d.c.Cùm ad ſedem, gloſ.ſoluit diſtinguendo.

¶ Aut cōplices ex mandato Rei ſpoliauerunt Reginam, & competit interdictum Vnde vi, propter mādatum.d.c. Cùm ad ſedem.l. Cùm à te.&.l.iiij.§. Cùm procurator.ff.de vi & vi ar.

¶ Aut non mandauit: ſed tantùm rem ſpoliatam ſcienter recepit à complicibus ſpoliantibus:& quidem non datur interdictum Vnde vi, contra eum, ſed condictio.d.c.Sæpe. Et hanc ſolutionē dd.approbāt. Et hinc colligitur notab. de quo ſupra fecimus mentionem, de libello alternatiuo.

¶ Glo.in verbo, Andegauenſis, opponit cōtra tex.hoc modo. Dicitur hic, quod nobilis ideo coram Epiſcopo Turonenſi, tanquam delegato, comparere teneatur, quia in diœceſi Andegauenſi habebat reditus,& caſtra,& diœceſis Andegauenſis non diſtabat vltra duas dietas à Turonis. Sed contra, licet nobilis ibi habebat reditus & caſtra, non tamen dici poteſt quod propterea ſortitus ſit ibi
10 domiciliū, quia ſola poſſeſsio† ſeu domus, quæ habetur in aliqua ciuitate, ſine actuali habitatione, non facit domicilium l.Libertus. §. ſola domus.ff. Ad municip. Et hæc computatio dietarum debebat fieri à loco domicilii, Ergo &c.

¶ Glo.ſoluit, quod non tantum ibi habuit reditus & caſtra, ſed etiam ibi habitauit. Addit enim tex. In qua interdū cōſueuit commorari, & ſic habebat ibi domicilium. Poteſt enim quis in diuerſis locis domicilium habere, per iura ibi in glo.alleg. Et hæc ſolutio quoque approbatur per dd.hic.

¶ Hinc dd. ſumpta occaſione mouent
11 q. cum certum ſit, quòd quis ex† tribus cauſis ſortiatur forum ratione ſcilicet cōtractus, delicti,& domicilii, ideo quęrunt quid comprehendatur ſub voce, Domicilium an id tantum vbi quis habitet, an verò vbi habet familiam an vero vbi maiorem partem bonorum
12 †An vero vbi aſsiduè conuerſatur, & ſi illa omnia concurrunt, non eſt dubiū quin quis ſortiatur forum. Similiter quoq; non habet dubium, vbi quis habet familiam. Item vbi habet maiorem partem bonorum, per tex.in l. ſecunda C.Vbi Senat. vel clariſſ. De hoc tantum dubitatur vtrum quis ex hoc ſolo dicatur habere domicilium in aliquo loco, quòd aſsiduo ibi conuerſatur. Et deciſio iſtius quæſt. quoque dependet

ex dicta l. ſecunda quæ addit aſsiduam conuerſationem. In hoc ergo eſt dubiũ vtrum in d. l. ſecunda ſit diſiunctiua. Aut an verò copula, Et. Si litera habet diſiunctiuam Aut nõ eſt dubium, quin ratione aſsiduæ conuerſationis quis cõ ueniri poſsit. Si verò habet copulam. Et ſecus eſt. Sed exemplaria C. in hoc variant, Quædam habent. Et quædam verò Aut ideo ſuper hac q. opiniones ſunt. Et Innocen. hic tenet, quod vera litera habeat alternatiuam Aut, ideoq; quis ex aſsidua conuerſatione ſortiatur forum. Idem decidit Barto. in dicta l. ſecunda in Summario, & idem Bart.
13 in l. ij. C. Vbi de cri. agi op. licet ex † aſsidua conuerſatione quis non acquirat domicilium, tamen ratione iſtius aſsiduæ conuerſationis poſsit ibi conueniri. Dicit enim, Ex hoc habes, quod Florentini, & alii, qui ſtant in ciuitate iſta, licet non habeant hic domicilium, tamen propter multam conuerſationem, quam habent hic, poſſunt conueniri: quod eſt valde notandum, & idem dicit de ſcholari. & fa. p hoc tex. in l. Eius §. ſi quis negotio. ff. ad municip. Idem tenet Ant. de but. hic.

¶ Contrarium tenet Ioan. Andr. hic, & Cyn. in dicta l. ſecunda. C. Vbi Senat. vel clariſſ. qui tenent, quod in dicta l. ſecunda debeat eſſe copula Et, & non diſiunctiua Aut: & facit pro eis gloſſ. in cap. Dilectus, ſupra de reſcript. Et ideo concludunt, quod quis ex aſsidua conuerſatione non ſortiatur forum, ſed vbi & aſsiduè verſatur, & maiorem partem bonorum habet. Et nota. in l. fin. C. Vbi in rem actio. & idem tenent dd. hic. Nec obſtat in dicta Autenti. Habita, quia continet ſpecialem caſum fauore ſtudioſorum.

14 ¶ Sed nunc quæritur, quum electio † iudicis competat ipſi actori, ſi vnum Iudicem ſemel elegit, an poſsit pœnitere, & eo relicto, alium adire: & videtur quod non per text. in l. Vbi cœptum. ff. de iudi. Imò videtur, ſi ad alium iuerit, quòd perdat cauſam. l. j. in fi. C. de aſſertio. tollen.

¶ Contrarium eſt verius, quod cauſam non perdat, ſed ſi eſt Iudex delegatus, quem primum elegit. perdit reſcriptũ, virtute cuius impetrauit ipſum, & condemnatur in expenſas, in ſecundo iudicio factas, & remittitur ad eum quẽ primo elegerat, ad hoc vt locum habeat diſpoſitio dictæ l. Vbi cœptum. Ita reſpondet gloſſ. & dd. in cap. Ex tenore, ſupra de reſcriptis. Tu tamen ex mente dd. hoc modo diſtingue:

¶ Aut ſumus in terminis, in quibus ex diſpoſitione Iuris Reus habet plures Iudices.

¶ Aut ſumus in terminis, vbi Reus habet plures Iudices ex partium conuentione, hoc eſt, ex prorogatione.

¶ Primo caſu dic: Aut Iudex per Actorem electus, non eſt negligens, nec etiã reus contumax, & ſubdiſtingue:

¶ Aut cauſa, quæ tractatur, eſt liberalis vtpote, quia tractatur de ſeruitute vel libertate, & Actor primum Iudicẽ mutans, amittit cauſam & in hoc caſu intelligitur d. l. j. C. de aſſert. toll. fauore ſcilicet libertatis &c.

¶ Aut non eſt liberalis cauſa, & locum habet ſolutio ſuprà data, quòd ſcilicet condemnatur in expenſas ſecundi Iudicii, & remittitur ad primum.

¶ Aut Iudex primum cõuentus eſt negligens vel Reus coram ipſo contumax, & pòterit Actor, non obſtante, quòd alius Iudex primum electus eſt, im

impunè alium Iudicem adire.d.l. Vbi cœptum, Ita decidit Bart.in.l. Quamnis.ver. Vltimo ex hac lege.ff.de dam. infec.& in.l. Sepulchri.ff.de ſepul. vio la.& vide no.in.c. Ex conqueſtione, in frà.de reſt.ſpoli.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet ſunt Iudices, non ex diſpoſitione iuris, ſed ex partium conuentione, hoc eſt, prorogatione, & poſſunt pœnitere, & aliū Iudicem adire, vſque ad litis conteſtationem.l. Si conuenerit.ff.de iuriſdict. om.iud. Vide de hac.q. quæ diximus in c.j.ſup.de iudi.& no.in.d.c. Ex tenore. & d.c. Quia nonnulli, ſupr.de reſcrip. Imò adhuc opponitur contra text.& glo.hanc. Nam licet certum ſit, quòd is qui promiſit ſoluere certo loco, poſſit ibi conueniri, & ſi Actor eũ ibi conuenerit, quòd non poſsit pœnitere, Tamen ſi non promittit ſoluere, ſed tantùm reſpondere certo loco, quòd non ſit idem. Nam qui promittit alibi corã non ſuo Iudice reſpõdere, is prorogat alterius Iudicis iuriſdictionem in ſe.l. j.cum ſimilibus.ff.de iudic. Sed certũ eſt, ſi Clericus hoc modo promittendo prorogat, nihil operatur prorogatio ſi ne ſui Ordinarii conſenſu.c. Significaſti, infr.eo. Si verò eſt laicus, valet quidem prorogatio, ſed tamen licita eſt pœnitentia, vſq; ad litis conteſtationẽ d.l. Si conuenerit.ff.de iuriſd.om. iud. Quod tamen eſt cõtra text.hic, qui æquiparat ſoluere & reſpondere. Pro ſolutione iſtius contrarii Io.And. hic exponit dictionem, Vel, hic in text.poſitam, pro id eſt, quaſi text. velit, quòd ſola promiſsio de ſoluendo non ſufficiat, ſed requiratur vel contractus, vel ſolutionis deſtinatio. Sed hæc ſolutio non valet, quia corrumpit text. Ideo ipſe Io.And. recedit ab ea, & aliter reſpondet, quæ ſolutio in effectu hoc vult, quãdo quis non promittit ſoluere, ſed reſpondere tantùm certo loco, & ſubdiſtingue.

¶ Aut promittit expreſsè reſpondere coram Ordinario, & tunc: Aut promittens eſt Clericus, & nihil operatur promiſsio ſiue prorogatio, ſine ſui Ordinarii conſenſu.d.c. Significaſti.

¶ Aut eſt laicus, & valet quidem promiſsio ſiue prorogatio, pœnitere tamẽ poteſt promittens vſque ad litem conteſtatam, quia hoc caſu actum de iuriſdictione danda.d.l. Si conuenerit.

¶ Aut promiſit coram iudice delegato dando à ſuo iudice ordinario, & tenetur reſpondere, nec poteſt pœnitere. Et hoc caſu loquitur tex. noſter. Quia hic Reus eſt Epiſcopus, & de iure omnes Epiſcopi ſunt ſub iuriſdictione ordinaria ſummi Pontificis, Igitur hic tenebatur reſpondere coram Iudice delegato, à ſummo Põtifice dato. De hoc vide quæ diximus in.c.j. ſupr.de iudi.

15 ¶ Aut quis promiſit † in genere reſpondere in certo loco, ſine expreſsione iudicis Ordinarii, vel delegati, & coram Ordinario illius loci, ſi alioqui nõ eſt competens iudex, inuitus ante litẽ conteſtatam reſpondere compelli non poteſt. Quia hæc promiſsio eſt prorogatio, in qua locum habet pœnitentia vſque ad litem conteſtatam.d.l. Si conuenerit. Et ita quoque in effectu decidũt Io.de Imo.& Panor.hic.

¶ Glo.ſi.in verbo, Exceptionibus, in prin. declarat tex. poſtea format oppo.

¶ Prima oppoſitio eſt. Dicitur hic, ꝙ in cauſa feudali Pontifex, tanquã iudex ordinarius, dederit delegatos, & quòd partes coram illis teneatur reſponde-re.

re. Sed cōtra hoc opponitur, quòd hæc delegatio nō valeat, quia in cauſa feu-
16 dali ſolus † dominus feudi iudex eſt, & non Ordinarius. §. Præterea ſi inter, de prohib. feu. alie. per Frid. Nec etiā poterit iudex eccleſiaſticus ſe intromittere, quādiu dominus feudi nō fuerit negligens in adminiſtrāda iuſticia. c. Cęterùm. ſupr. de iud. c. Ex tranſmiſſa. c. Verùm, ſupr. eo. Quum ergo in terminis. c. noſtri dominus non fuerit requiſitus, videtur quòd iudex eccleſiaſticus ſe non poterat intromittere. Glo. ſoluit, quòd iura contraria locum habeāt quando agitur ſuper feudo in iudicio petitorio, hic autem ſumus in terminis iudicii poſſeſſorii, vbi tantùm agitur de reſtitutione, quia hoc non tangit negotium feudi, ſed tantùm quandam iniuriam realem. Et hæc ſolutio probatur per tex. hic, qui expreſsè dicit, quòd illæ exceptiones locum habeant tantum in petitorio, Sed hæc ſolutio impugnatur per Panor. & And. Barba. hic. Et facit contra iſtam ſolutionem text. in. c. j. infr. de cauſ. poſſ. & prop. Vbi dicit tex. quòd cauſæ poſſeſsionis & proprietatis, debeant coram vno eodemq; iudice terminari. Sed certū eſt, quòd cauſa proprietatis feudi terminatur coram domino feudi, vt hic & in iuribus contrariis, Quia poſſeſſorium & petitorium ſunt cauſæ cōnexæ, quæ ſeparari non poſſunt. l. Nulli. C. de iudi. c. j. infr. de ſequeſt. poſſ. & fru. Et reſpondent ad tex. noſtrum, dum dicit, ꝙ illa exceptio locū habeat in petitorio non in poſſeſſorio, quòd hic ſit caſus ſpecialis fauore viduæ, que eſt miſerabilis perſona &c. quòd in alijs caſibus ſeruetur ius commune.

¶ Sed tamen ſolutio glo. videtur defendi poſſe, quòd ſcilicet poſſeſſorium in feudo proprio non pertineat ad dominum feudi, ſed poſsit agitari coram ordinario: & hoc decidit expreſſe gloſ. in d. c. Cæterùm, in verb. Quàm diu ſuper. de iudi. Idem tenent ibidem & hic Innocent. & Hoſtien. in tit. de feud. §. Apud quem ver. Quòd ſi inter duos. Nec obſtant iura per Panor. & Andrę. Barb. adducta. Nam quod dicitur, poſſeſſorium & petitoriū eſſe cauſas connexas, verum eſt non generaliter, ſed tantum in certis caſibus, quos enumerat glo. in. c. fi. in verb. Super proprietate ſupr. de iud. & vide quæ diximus ibi inter quos non recenſetur cauſa feudi Et quòd regulariter non ſint cauſæ cōnexæ, eſt glo. in. c. Literas, in verbo, Rebus. Ibi, Et nota, infr. de iura. calum. & facit tex. l. Generaliter. §. Nihil commune. ff. de acqui. poſſ. Nec etiam facit ad propoſitum, quod dictum eſt, hic eſſe ſpecialem caſum, fauore viduæ: Quia tex. loquitur indiſtinctè, quòd illæ exceptiones locum tantùm habeāt in petitorio, & non facit mentionē ſpecialitatis. Præterea non apparet ratio, quare vidua in poſſeſſorio tantùm eſſet reſeruatum agere coram Ordinario, in petitorio autem non. Igitur ſi in vno eſt priuilegiata, in alio quoque cēſetur priuilegiata &c.

¶ Secunda oppoſitio glo. quæ eſt ibi, Sic ergo eſt facilis.

¶ In tertia parte glo. quæ eſt ibi, Item hæc exceptio, opponit glo. Imò exceptio partis reę, quę erat, quòd caſtrū non pertinuiſſet ad Reginam ratione dotalitii, debebat per delegatos admitti. Hoc probat ſic. Nam ſi hoc caſtrum non pertinuit ad Reginam, ipſa falſo & per mendacium impetrauit reſcriptum

ptum & delegationem,ſed certum eſt,
27 quòd falſitas † narrata in reſcripto, viciat reſcriptum.c. Super literis, ſupra.de reſcrip.l.Puniri.l.Et ſi legibus. C.Si contra ius & vtil.publi. Igitur iudices debebant hanc exceptionem admittere, quæ erat in effectu contra reſcriptum.

¶Glo. ſoluit duobus modis. Primò quòd hæc exceptio propriè pertineat ad iudicium petitorium,quia ſi Regina petiiſſet illud ad ſe pertinere, teneretur probare ad ſe iure dotalicii pertinere: quod in poſſeſſorio non admittitur.c.ſi.infr.de ord.cog.

¶Secundò reſpondet,& melius,ſecundum dd.hic,hoc modo,quòd hæc exceptio,ſcilicet caſtrum ad Reginam non pertinere, eſt peremptoria,qua probata perimit totam intentionem Regi-
18 næ agentis, ſed exceptiones † peremptoriæ,exceptis trib. quæ dicuntur litis finitæ,non debent opponi ante litẽ conteſtatã.c.j.infr.de lit.conteſt.in vi. Igitur meritò non eſt admiſſa.& quòd falſitas ad merita cauſæ,& ſic ad exceptionem peremptoriam pertinens, in impetratione reſcripti narrata, non viciet reſcriptum,eſt tex.expreſſ.in.d. c.j.§.Licet,de litis conteſt.in vj. Dicit enim text.ibi,quòd obiectio exceptionis peremptoriæ non impediat litis cõteſta.licet Reus dicat, quòd reſcriptũ non fuerit obtentum,ſi deleganti veritas fuiſſet narrata:Quia Reus poſt litis cõteſta.in vim peremptoriæ poteſt illã opponere,& nihil officit ei. Secus ſi falſitas impetrantis poſsit per modum excep.dilatoriæ opponi, vt pote, quòd Actor impetraſſet delegatũ, qui ipſi Reo ſuſpectus eſſet,& de illa ſuſpicione nullam mentionem feciſſet in impetratione reſcripti,tum ſtatim & ante litem conteſtatam haberet locũ hæc exceptio.Imò ſi initio litis non opponeretur,poſtea Reus non audiretur quia tacendo conſenſiſſet in Iudicem, vt habetur & no.in.c.Inter monachum infr.de ſen.& re iud.

¶Et hanc ſolutionem approbant . dd. hic.Vincen.tamen , quem referunt & ſequuntur Panor. Feli.& alii , limitat hoc quod dictum eſt de peremptoria, quòd fallit quando impetrans in ipſa impetratione exprimit notoriam falſitatem.Nam ſi notoriè conſtat de defectu iuris agentis,Actor non eſt admit-
19 tendus.Quia in notoriis † ordo iuris non requiritur.c.Quoniam,ſupr.de fil.
20 presby.Sunt enim in iudiciis † euitandi circuitus.Clem.Auditor,de reſcrip. Et Iudex ex officio cauere debet,ne iudicium litigando fiat fruſtratorium.l. Quidam,cum ſimilib.ff.Si cer.pet.Vide dd.hic.

¶Gloſ.in quarta parte opponit, quòd hæc vidua poſt mortem Regis nõ debebat dici Regina.Sed hæc.q.ſuprà in notab.eſt abſoluta.

Gregorius Nonus,Epiſcopo Dulmen.

Ilecti filii,l. & A ciues Romani,ſua nobis petitiõe mõſtrarunt,quòd cũ Abbati ſanctæ Genouefæ Pariſienſis ſuper quadam pecuniæ ſumma,contra A.prædeceſſorem tuum literas impetraſſent,tu proponi feciſti, ꝙ omn

omnibus Anglicis eſt à ſede Apoſtolica indultum, vt ſuper cauſis pecuniariis, citra mare conueniri non poſsint, propter quod idem Abbas in negotio non proceſsit. Verũ quia & ſi fuiſſet priuilegium tale conceſſum, non tamẽ prodeſſet illis, qui ſe certo loco reſpondere vel ſoluere aduerſariis promiſerunt: cùm ibi, & vbi domicilium habent, valeant conueniri. Mandamus quatenus, eiſdem de pecunia ipſa, cum iuſtis & moderatis expenſis, & congrua ſatisfactione damnorum, vſuris omnino ceſſantibus, ſatisfacias vt teneris, Alioquin eidẽ Abbati noſtris damus literis in mandatis, vt in commiſſo ſibi negotio, propoſita ex parte tua indulgentia non obſtante, iuxta prioris mandati noſtri tenorem, ſine diſpendio moræ procedat.

SVMMA CAPITA.

1 *Priuilegiatus ne, niſi in loco reſpondere teneatur, ratione tamen promiſsionis, vel etiã domicilij, alibi conuentus, reſpondere debet.*

2 *Reſcriptum continens nomen proprium eius, contra quem impetratur, ad eius ſucceſſorem regulariter non extenditur.*

3 *Succedens in dignitate ex contractu prædeceſſoris ſui tenetur.*

4 *Iudicis electio competit Actori.*

5 *Expenſæ quæ debeantur, & quomodo probandæ & petendæ.*

6 *Aeſtimatio ſeu taxatio iurata an reuocanda, an verò illi ſimpliciter ſit ſtandum, remiſs.*

1 PRIVILEGIATVS, vt non teneatur niſi in certo loco, † ſi in alio loco reſpondere vel ſoluere promittat, ibi poterit conueniri, & quoque vbi habet domicilium. h. d. ſecundum Ioan. And. & Io. de Imo. Feli. & alios. Vel ſic ſecundum Panor. 1

¶ Priuilegium alicui conceſſum, vt non teneatur, niſi in certo loco reſpondere, nõ extenditur ad locũ, vbi ex aliqua cauſa de iure cõmuni cõueniri poterit: & eſt caſus notab. ſecundum eũ.

¶ Caſus. Pone, Anglicis cõceſſum erat priuilegiũ à ſummo Põtifice, ꝙ extra limites regni ſui Angliæ, & citra mare in cauſis pecuniariis cõueniri nõ debeãt. Accidit aũt ꝙ Eps Anglic⁹ Dulmeñ. à 2 duob⁹ mercatorib⁹, ciuib⁹ Romanis. acceperat mutuò pecuniã, & ꝓmiſit ſe extra Angliã certo aliquo loco, vt Pariſiis, ſoluturũ eẽ. Quũ aũt non ſolueret, creditores deuoluerũt cãm ad ſummũ Põtificẽ, & impetrauerũt ab eo Iudicẽ delegatũ Abbatẽ quẽdã Pariſieñ. corã quo agere deberẽt cõtra Epm debitorẽ. Priuſquã aũt delegatus procederet, 3 Epiſcopus debitor deceſsit, & in eius locũ alius electus eſt, cõtra illũ aũt ſucceſſorẽ egerũt dicti Mercatores coram delegato, q cõparuit per procuratorẽ, & oppoſuit exceptionẽ declinatoriã fori, ꝙ virtute priuilegii Anglicis cõceſſi, citra mare in cauſis pecu. cõueniri nõ poſsit: q̃ exceptio delegatũ mouit, ꝙ procedere noluit. Quęrit̃ ergo, quũ hic

Epiſ

Epiſcopus conuentus non contraxerit cum creditoribus, neque etiam promiſerit ſolutionem certo loco, & citra mare, vtrum poſsit ſe per hoc priuilegium defendere, ne reſpõdere cogatur extra Angliã. Et decidit tex. quòd non. Quia virtute iſtius ſpecialis promiſsionis prædeceſſoris ſui, quæ ipſum quoq; ligat, cenſetur priuilegio renũciaſſe, Igitur in loco ſolutioni deſtinato, vel in loco domicilii, conueniri poterit.

¶ Glo. in verbo, Contra, opponit cõtra
1 tex. † Nam certũ eſt † quando in reſcripto nomẽ proprium ipſius, cõtra quem impetratur, eſt expreſſum, tum nõ extenditur ad eius ſucceſſorẽ, vt not. in c. Quoniam Abbas, ſupr. de offi. dele. Sol. Quidam reſpondent, quòd iſtius delegati iuriſdictio fuerit perpetuata per citationem, qua prædeceſſor fuerit citatus. Sed hæc ſolutio eſt diuinatio, ideo Andr. Barb. aliter reſpondet, & Panor. Nam licet alioqui regulariter, quando
2 † nomen propriũ expreſſum eſt in Reſcripto, hoc non extẽdatur ad ſucceſſorem, ſicuti quando ineſt nomen appellatiuum, tamen in terminis iſtius c. noſtri hoc non cõſideratur. Ratio eſt, quia in iſtis terminis contractus celebratus erat cum Epiſcopo prędeceſſore, nõ ex ipſius perſona propria, ſed nomine Ec-
3 cleſiæ, & pro Eccleſię vtilitate, pro † caſu ſucceſſor in dignitate tenetur ex cõtractu prædeceſſoris. c. j. & quæ ibi no. infr. de ſol. Igitur ſucceſſor loco Eccleſiæ ex contractu prædeceſſoris, hoc modo celebrato, reſpõdere tenetur. Et hæc ſolutio cõmuniter tenetur à dd. & not. ex hoc, quòd in materia congruenti dignitati, & non perſonæ, nõ curamus an nomẽ proprium, an verò appellatiuum ſit expreſſum, vtroq; enim caſu diſpoſitio realis eſt. Econtrà autem, vbi materia concernit tantùm perſonam, ſiue exprimatur nomen appellatiuum, ſiue proprium, diſpoſitio ſemper eſt perſonalis. Vide de hac materia glo. in c. Aduerſus, in verbo, Succeſſor, & quæ ibi not. infr. de immu. Eccle. c. Requiſiſti, infr. de teſta. Huc refer quæ diximus in c. Quia G. ſupr. de iud. & quæ not. in c. Significante, ſupr. de reſcrip.

¶ Glo. in verbo, Domicilium, diuiditur in duas partes. In prima ponit iura cõcord. In ſecunda, quæ eſt ibi, Sic eſt, gloſ. mouet quæſtionem talem: Quia
4 hic habetur, quòd is, † qui promiſit certo loco ſoluere, vel reſpondere, habeat duos Iudices: Iudicem ad quem deſtinata eſt reſponſio, vel ſolutio, & Iudicem domicilii. Quęritur, ad quem pertineat hoc caſu electio Iudicis, vtrum ad Actorem, an ad Reum. Et videtur primò, quòd multis Iudicibus exiſtentibus, Reus habeat electionem, coram quo velit reſpondere, per text. in Authen. Habita. §. Verum tamen. C. Ne filius pro patre.

¶ Sed tamen contrarium decidit gloſſ. hic, quòd optio eligendi iudicem detur Actori, per tex. hic. Quia Reus virtute priuilegii Anglicis conceſsi, conueniri voluit in loco domicilii, Actor verò volebat eum conuenire in loco, ad quẽ deſtinata erat ſolutio, & obtinuit. Idẽ decidit gl. in c. Statutum. §. Cùm autẽ, in verbo, Recuſet, infr. de reſcri. in vj.

¶ Glo. fin. diuiditur in duas partes. In prima tractatur materia expenſarum. In ſecunda, quæ eſt ibi, tractat materiã damnorum & intereſſe.

¶ Quod ad expenſas attinet, gloſ. duo agit. Primò quærit, quæ expenſæ debeantur. Secundò, quomodo expenſæ proben

probentur.

¶Quod ad primam q.attinet, glo.decidit, non quaslibet expenſas deberi, ſed tantùm moderatas, & non ſuperfluas, nec delicatas, per iura allegata. Quod verò ad ſecundam q.attinet, decidit expenſas probari per iuramentum illius, qui facit expenſas, taxatione Iudicis tamen præmiſſa. De damnis & intereſſe diſtinguit gloſ.

¶Aut petuntur ratione contractus, & probantur per teſtes.

¶Aut petũtur propter dolum, vel violentiam alterius partis, & tunc dolus vel violentia probatur per teſtes: quo probato, probantur damna vel intereſſe per iuramentum, per iura hic in gloſ.allegata.

¶Nunc examinabimus ſingula membra glo.
5 †Et primùm, quod dictum eſt de expenſis moderatis omnino non habet dubium. Reliquum verò de probatione expenſarum, quoq; non habet dubium, tamen, pro clariori enucleatione iſtius q.Gofr.Ioã.And.& communiter Doct.hoc modo diſtinguunt.

¶Aut expenſæ factæ ſunt in lite, ea ſcilicet durante, & procedit deciſio gloſ. quòd ſcilicet taxatione Iudicis præhabita probentur per iuramentum, per iura allegata.

¶Aut factæ ſunt ante litem, & tum petuntur, vt intereſſe.c.Peruenit, infr.de fideiuſſ.ideo hoc caſu aliter probãtur, quàm per iuramentum. Dicit tamen Ioã.de Imo.hic poſt Flor.quòd hoc debeat intelligi de probatione poſsibili. Nam expenſæ factæ, & damna, quæ quis pateretur in itinere, hoſpitiis, & ſimilibus, non de facili poſſent probari per teſtes, ideo Iudex arbitrabitur quæ probatio ſufficiat. Facit ad hoc d.l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt, & quæ no.glo.hic, dum dicit: Et Iudex inquirere debet &c. Et facit tex.in l.Non ignoret.ver.Pro pecuniaria.C.de fruct.& lit.expen.Idem dicidit Spe. in.§.fi.ver.Et vt hoc clariori, in tit.de fruct.& lit.expen.Quid autẽ iuris ſit, ſi
6 †quis promiſiſſet ſtare taxationi iuratæ Actoris, & an reuocare poſsit &c.vide Panor.hic, & quæ adducũtur in apoſtil. Et huc propriè pertinet ſecunda pars principalis iſtius glo.inquantum decidit, quòd damna & intereſſe, quæ ſurgunt ex contractibus, per teſtes probentur.

¶Tertia pars de dolo & violẽtia, omnino non habet dubiũ, & idẽ decidit Spe. in præallegato loco, & Panor.& And. Barb.allegant hic plura iura concord.

¶Materia c. Significaſti, eſt explicita partim in c.j.ſupr.de iud.partim in c. Si diligenti, ſupr.eo.Vbi vide.

Gregorius IX.

PRopoſuiſti nobis, quòd quidam ſubditus tuus, ad petitionem cuiuſdã aduerſarii ſui, à te legitimè citatus ad cauſam, quia poſtmodum iuriſdictionis alterius eſſe cœpit, tuum intendit iudiciũ declinare. Porrò tuæ prudentiæ dubium eſſe non credimus, quòd is in prædicta cauſa ius reuocãdi forum non habet, quaſi ab illo iam præuentus.

k SVM

SVMMA CAPITA.

1 *Citatus licet poſtea forum mutauerit, nihilominus tamen coram priore Iudice, ad quem citatus fuerat, reſpondere tenetur.*

2 *Differentia inter ſubditum ratione domicilij, & ſubditum ratione originis.*

3 *Citatio in vtilitatem priuatã, ſine partis requiſitione, à Iudice facta, non valet.*

4 *Iudex ob publicam vtilitatem ex officio procedens, partis & Iudicis vicem obtinet.*

5 *Citatio realis & verbalis, quomodo differãt.*

6 *Aduerſarius quis eſſe dicatur, in cauſa etiam ciuili.*

7 *Citatione perpetuatur iuriſdictio, & de qua citatione hoc intelligendum.*

8 *Actor vbi Reum (qui poſtea forum mutauit) priùs coram ſuo Iudice citatum, deinde coram ſecundò Iudice conuenire velit, an per Reum exceptione litis pendentis repellendus.*

9 *Præuentio citationis nihil operatur, vbi Reus eſt contumax.*

10 *Reus contumax an poſſit purgare moram ſoluendo expenſas.*

SI CITATVS ad † cauſam
1 poſtea mutat forum in cauſa illa, coram primo Iudice reſpondere cogitur. h.d. ſecundum Ioann. de Imol. Vel ſic, ſecundum Panormit. & Andr. Barbat.

¶ Legitimè citatus tenetur corã Iudice cauſam proſequi, non obſtante, quòd forum poſt citationem mutauerit.

¶ Caſus. Titius fecit Sempronium citari per Iudicem, ſub quo Sempronius tempore citationis habebat domicilium, verùm Sempronius poſt citationem mutauit forum, & ſic cœpit eſſe alterius iuriſdictionis, Ideoq; cùm Titius coram primo Iudice, qui eum per citationem præuenit, vellet litem proſequi, oppoſuit Sempronius incompetentiæ Iudicis, quòd eius Iudex non eſſet. Quærebatur, vtrum hæc exceptio locum habeat, an verò, vtrum Reus teneatur coram primo Iudice, qui eum præuenit citatione, reſpondere. Et videtur primò, quòd hæc deciſio facta ſit ſuper q. indubitabili. Nam licet quis mutauerit domicilium, tamen videtur quòd nihilominus maneat ſubditus prioris Iudicis, cuius iuriſdictionem mutauerat, & quòd per illam mutationem non deſinat eſſe ſubditus, per text. in l. Origene. C. de municip. & orig. libro. x. & l. Aſſumptio. & l. Incola. ff. Ad municipal. facit c. iij. infr. de temp. ord. libro. vj. Quare videtur quòd non dubium fuerit ſuper hac q. nec etiã opus fuerit noua deciſione.

¶ Tamẽ tex. noſter decidit, quòd is, qui ſub aliquo Iudice habet aliquod domicilium, hoc modo præuentus cogatur poſtea coram ipſo reſpõdere, nec eſt ſu-
2 per indubitabili q. quia iura † ſuprà allegata loquũtur de eo, qui ſubditus eſt, non tantùm ratione domicilii, ſed ratione originis. Is enim mutatione domicilii nihilominus manet ſubditus, per d. iura. Text. autem noſter loquitur tantùm de eo, qui ratione domicilii deſinit eſſe ſubditus, eo ipſo, quòd domicilium mutet, & in illius ſubditi poteſtate & facultate eſt extinguere in ſe iuriſdictionem ſui ſuperioris. De hoc eſt tex. in c. Vbicunq;. §. Item, ſi quis de prouincia. xiij. q. ij. Et hoc idem voluẽt Ioan. Andr. & Andr. Barb.

¶ No. ex hoc tex. ſecundum dd. differẽtiam, quãdo Iudex procedit ad petitionem partis, ad vtilitatem priuatam, & quando procedit ex officio, ad vtilitatẽ
3 publicã. Quia primo † caſu citare non poteſt

poteſt, niſi fuerit à parte ad hoc requi-
ſitus, &, ſi ſine partis requiſitione cita-
uerit, per huiuſmodi citationem non
perpetuatur iuriſdictio, vt not.in dicto
c.j.ſupr.de iud.& Aart.in l.Ad perem-
ptorium.ff.de iudic.Inno.in c.Ad no-
ſtram,el.ij.infr.de iureiur.

4 ¶ Secũdo caſu,quãdo † quis Iudex pro-
cedit ex officio ad vtilitatem publicã,
citare poteſt ſine requiſitione partis,
quia ipſe locũ partis & iudicis obtinet,
vt no.in c.Qualiter & quando.j.de ac-
cu.& in d.c.Ad noſtrã.Vide de hoc Pa-
nor.& And.Barb.hic,in ij.notab.

5 ¶ Secundò nota hic,in verbo,A te,† dif
ferentiam inter citationem realem &
verbalẽ:Quia vbi timetur de fuga de-
bitoris,poterit creditor debitorem,ſine
requiſitione Iudicis, propria autorita-
te capere,& ſic realiter citare,per text.
in l.Ait prętor.§.Si debitorem.ff.Quæ
in fraudem creditorum.Verbaliter ve-
rò quis aduerſarium ſuum propria au-
toritate,& ſine iuſſu Iudicis,citare non
poteſt:& ſi ſine Iudicis autoritate cita-
uerit, non operatur citatio præuentio-
nem:hoc probatur hic in verbo,A te.

¶ Tertiò nota in verbo, Aduerſarii,
6 † quòd etiam is dicitur aduerſarius
meus,cum quo mihi lis eſt, in cauſa ci-
uili: & hoc probatur per text.in c.Ad-
uerſario,infr.de exceptio.& dictum eſt
etiam ſupr.in d.c.j.de iud.Reliqua no-
tab.tu ipſe vide apud dd.hic.

¶ Gloſ.in verbo,Præuentus, per ſe eſt
clara, nec opus habet longa explica-
tione,quum habeat iura concord.Quia
tamen gloſ.colligit Regulam, Quòd
7 per ſolam citationem † perpetuetur
iuriſdictio Ordinarii & delegati, & ci-
tatio poſsit fieri duobus modis. Primò
per tria edicta, quorum quodlibet ha-
bet interuallum x.dierum.l.Ad per-
emptorium,cum ſeq.ff.de iud. Secun-
dò,per vnum edictum peremptorium,
dubitatur de qua citatione perpetuatio
iuriſdictionis intelligi debeat, an ſcili-
cet requiratur trina citatio, vel vna
peremptoria, an verò ſufficiat, quòd
prima citatio de tribus ſit emiſſa, &
aliæ duæ ſequantur. Et licet Petr.vt
refert hic Panor. fuerit in illa opinio-
ne, quòd non ſufficiat vna citatio ſim-
plex,ſed requiratur trina,vel vna per-
emptoria citatio, Tamen Guil. Ioan.
Andr.& communiter Mod.tenent con-
trarium, quòd ſcilicet vna ſimplex ci-
tatio ſufficiat ad perpetuationem iu-
riſdictionis: & hoc probatur per ea,
not.in c.Licet, in verb.Vti non cœpe-
rit,iunc.glo.ibi,ſupr.de offi.dele.Dici-
tur enim ibi:Si is,qui dedit Iudices de-
legatos, deceſſerit, & dubitatur,vtrum
delegati nihilominus procedere de-
beant,diſtinguit tex.Si delegati vſi fue
rint iuriſdictione, ſcilicet per citatio-
nem,vt glo.ibi addit,tamẽ poſſent pro-
cedere,Ergo ſtatim cùm vſus eſt Iudex
iuriſdictione ſua, per illum vſum eſt
perpetuata.Dicitur autem:Vbi ſtatim,
quãdo citat,vt per d.glo.Ergo per pri-
mam citationem perpetuatur.

¶ Secundò probatur hoc per tex.in l.Si
quis poſtea.ff.de iud. Vbi dicit tex.ſa-
tis eſſe ad hoc,vt Reus forum declina-
re non poſsit,ad ius vocatum eſſe.Ter-
tiò ſunt de hoc glo.expreſſæ, in Cle.j.
in verbo, Citationes, de iud. Vbi dicit
glo.Etiam per primam citationem fir-
matur iudicium,perpetuatur,& præue
nitur iuriſdictio,& eſt tex.in Cle.ij.in.
glo.in verbo, Ad partem, vt lite pend.
Et ita quoq; concludit Panor.hic.

8 ¶ Sed quia ſuprà dictũ eſt, ſi reus † poſt

citationem domicilium mutauerit, tũ propter illam præuentionem manet illius fori, cuius fuerat ante citationẽ, & ſic cogitur proſequi cauſam, ſi actor vult corã Iudice primo experiri. Nũc dubitatur, ſi Actor Reum, qui poſt citationẽ forũ mutauerit, poſsit coram Iudice ſuo conuenire, & tamen nolit ibi agere, ſed coram Iudice, ſub quo Reus poſtea habet domicilium, vtrum ille Reus coram illo ſecundo Iudice conuentus, obiiciendo exceptionem litis pendẽtiæ, vel põuentionis, ꝙ. ſ. corã ſecundo Iudice reſpõdere nõ teneatur ideo quia prior Iudex põuenerit per citationem, cũ hac exceptione audiri, & ſic ſecundus Iudex à proceſſu abſtinere debeat. Et videtur primò, ꝙ ſic, per tex. in. l. Vbi ceptum. ff. de iudi.

¶ Tamẽ cõmunis doc. concluſio eſt in contrarium, & probatur hæc opinio, primò à maiori ad minus. Nã ſi Reus ſemel factus eſt contumax, corã eodẽ Iudice propter cõtumaciã nõ auditur, niſi contumaciam purgauerit, & expẽſas refuderit. l. Sãcim⁹. C. de iud. Ergo multò minus corã primo Iudice audiri debet, ſi propter contumaciã coram ſecũdo eſt cõuentus. Ita colligit Bart. l. ſepulchri. ff. de ſepul. vio. Imò hoc caſu ſi velit refundere expenſas, & ſatiſdare de reſpondendo, nõ debet audiri, Actore inuito, ex quo Iudicem ſemel contẽpſit. Arg. l. Vel ad aliũ, cũ. l. ſeq. ff. de ar. Quũ enim citationẽ prioris Iudicis ſemel cõtẽpſerit, amplius ſe ex ea fundare nõ põt. c. Ex ea, de re. iur. in. vj. Et ita decidunt Barto. in. d. l. Quamuis. ff. de dã. infe. & in. d. l. Sepulchri. ff. de ſepul. vio. Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de cõpe. iud. adi. §. j. in verbo, Et ſi antequã. Idem decidunt Pan. Feli. & And. Barb. hic.

¶ Nec obſtat. d. l. Vbi acceptum, quia dd. & pcipuè Feli. & Panor. hic reſpõdent, ꝙ non habeat locũ, quãdo Reus
9 eſt contumax † tum enim nihil operatur præuentio, ſicuti etiã not. Panor. & Anto. de Bnt. in. c. Ex tenore. ẽ. de reſc.
10 Quod autem ſupra dictũ eſt † Reum moram purgare non poſſe, etiã ſi velit ſoluere Actori expenſas, hoc habet dubium Bar. in. d. l. Quauis, tenet qꝺ non habeat locum purgatio moræ. Sed Ange. in. d. l. Quamuis. decidit cõtra Bart. ꝙ etiam Actore inuito, Reus poſsit purgare morã ſoluendo expenſas, & mouetur per. d. l. Si quis poſtea. ff. de iudi. & dicit hanc doctrinã fuiſſe Gul. de Cu in. d. l. Nemo. C. de iuriſd. om. iud. & Cy. in. d. l. Nulli. & in. l. Sãcimus. C. de iud. & in. l. Et ſi poſt tres. ff. Si qs cau. & allegat quoq; tex. noſtrũ, qui dicit, ꝙ per citationẽ eſt præuẽta iuriſdictio, poſtea ergo licet citatus fuerit contumax, nihilominus tamen remanet prçuẽtus, vnde videtur quod poſsit purgare morã. Sed Io. de Imol, in d. l. Quamuis, defendit Bart. contra Ang. per rationes per Bar. allegatas, & reſpondet ad iura per Ang. alleg. quòd non habeant locum in Reo contumace, qui contempſit Iudicem, & eius iuriſdictionem. Et hoc propriè pertinere videtur. d. l. Vel ad alium, cum. l. ſe. ff. de arb. Tu ex mẽte dd. hoc mõ diſtingue, ꝓ cõcordãdis iſtis opinionibus.

¶ Aut prior Iudex, qui per cõtumaciã Rei contemptus fuit, non vult remittere illam iniuriam, & ſic propter contemptum non vult procedere. Et non eſt dubium, quin prædicta exceptio locum non habeat. Et ad hoc propriè pertinet. d. l. Vel ad alium, cum. l. ſeq. ff. de

ff.de arbit.

¶ Aut primus Iudex volens remittit illam iniuriam,ſibi per contemptũ & & contumaciam Rei illatã,& dic.

¶ Aut per contumaciam Rei Actoris ius nõ eſt factum deterius, & tunc, ſi Reus vult reficere expenſas,audiẽdus eſt.Arg.l.Et ſi poſt tres.ff.Si quis cau. Et ad hoc facit ꝙ no.Bar.in.d.l.Sepulchri.Vbi dicit,Si Reus factus eſt contumax,& paratus eſt coram eodem Iudice ſoluere expenſas,& fideiubere de iudicio ſiſti, audiendus eſt.d.l.Sancimus.C.de iud.Quia ſecundũ Feli.hic, quando contumacia purgata eſt,præuentio,quæ prius videbatur extincta, vires reaſſumit.Et in hoc caſu poteſt procedere opinio Ang.in.d.l.Quãuis.

¶ Aut Actoris ius eſt factum deteri⁹, & Actore inuito nõ admittitur Reus ad reſpondendũ coram primo Iudice, etiam ſi primus paratus fuerit procedere,& offerat ſe ad diligentiam.

¶ Et in hoc caſu procedit opinio Bart. Tunc enim concurrunt duo.

¶ Primũ ſcilicet contẽpt⁹ Iudicis prioris. Et ſecundò, quod ius Actoris eſt factum deterius.Et ita in effectu ſentit Lud.de Ro.in.d.l.Quãuis. Felin.& Andr.Barba.hic.

Gregorius, IX.

Licet ratione delicti,ſeu cõtractus aut domicilii ſiue rei,de qua cõtra poſſeſſorem cauſa mouetur,quibus forum regulariter quis ſortitur, Epiſcopus veſter ad ſedem Apoſtolicam conuentus non fuerit: Quia tamen omnium Eccleſiarum mater eſt eadem:& magiſtra, ritè compelli potuit, vt ibi aduerſariis reſponderet: niſi pro alia iuſta & neceſſaria cauſa veniſſet, quam ſi tunc allegaſſet, ius reuocandi domum ſaluum fuiſſet eidem.

SVMMA CAPITA.

1 *Roma communis patria,ratione tam communis patriæ,non quiuis reſpondere tenetur.ſi ſuas opponat excuſationes.*

2 *Quot modis quis ſortiatur forum.*

3 *Conuentus ratione communis patriæ,licet forum declinare nequeat,poteſt tamen reuocare domum.*

4 *Delicti effectus ſiue fines.*

5 *Delictum dat iuriſdictionem in delinquentẽ, & quatenus iſta iuriſdictio extendatur.*

6 *Iudex delicti an eum,qui in ſuo territorio deliquerat, poſtea in alio territorio degentem citare poſſit.*

8 *Priuilegia an ob delictum amittantur & extinguantur.*

8 *Priuilegia corpori Iuris inſerta,non amittũtur propter delictum.fallit tamen iſta regula,remiſſiuè.*

9 *Delinquens an ibi,vbi inuenitur,conueniendus.puniendu ſue.*

10 *Delinquens ad locum delicti,an & quando remittendus.*

11 *Contractus appellatione quid veniat,& pactum per ſe dici contractum.*

12 *Contractus ratione quando quis cenſeatur ſortiri forum.*

13 *Contractus qualem tribuat iuriſdictionẽ in contrahentis perſonam vel res.*

Caſus.

Quidam Epiſcopus in ſuis negotiis venit Romam, & quum ibi deprehéderetur per creditorem, conuentus eſt vt ſatisfaceret. Epiſcopus excepit, ꝙ illic non teneretur reſpondere: & colligit hoc à ſufficienti partium enumeratione. Nam ad hoc vt quis coram Iudice aliquo reſpondere cogatur, neceſſe eſſe vt ſit ei ſubiectus, aut ratione delicti, aut ratione contractus, aut ratione domicilii, aut ratione rei, de qua agit. ſed Romæ ipſe nec deliquerat. nec cõtraxerat, neque domicilium habebat, quã cõtẽdebat, ibi ſita erat, quare nec res, de ibi reſpondere non teneretur.

¶ Quærebatur. vtrum Epiſcopus huiuſmodi exceptiõe ſe defendere potuerit, quominus Romæ reſponderet.

Et deciditur, ꝙ nõ quia hæc exceptio collecta ex inſufficienti partium enumeratione.

¶ Quia præter iſtos quatuor modos, eſt etiam alius ſortiendi forũ modus,

1 vt Roma †, quæ dicitur communis patria omnium. l. Roma. ff. Ad municipa, Et licet Anto. de But. hic, & alii Cano. dicant, ꝙ poſteaquam vrbs Roma conceſſa fuerit Romanis pontificibus non dicatur Amplius indiſtinctè patria omnium, ſed cõmunis patria laicorum dicatur locus, vbi eſt ſedes Imperialis & communis patria Clericorum dicatur dicatur locus, vbi eſt ſedes Pontificia: & ſic vult, ꝙ poſt tranſlationem vrbis Romæ in Ponti. ll. Romanæ ſint correctæ.

¶ Tamen Io. de Imo. hic dicit, ꝙ non ſit correcta: quia nuſquã reperitur iure cautum, ꝙ ſit correcta, ideo ei eſt ſtandum. l. Præcipimus, in fi. C. de appell. Sit quidquid ſit, certum eſt, ꝙ Roma fuerit communis patria iſtius Epiſcopi, per ratione hic in tex. allegatam. Sed in loco communis patriæ, quilibet reſpondere tenetur, niſi neceſſaria & iuſta cauſa eum excuſet.

¶ Dicitur autem iuſta cauſa excuſans vt ſi quis fungitur officio legati, vel ſi eſt vocatus cauſa perhibendi teſtimonii, vel accerſitus cauſa iudicandi &c. l. ij. §. Legati. ff. de iud. Et dicit Ioan. de Imo. idem eſſe in cauſa probabili, de qua in. l. Nec non. ff. Quib. ex cau. ma. De hac latius dicemus.

¶ Notà primo ex hoc texto quatuor † modos, quibus quis ſortitur forum, tu adde, vt diximus, quintum, ſcilicet vbi eſt cõmunis patria, vel ſuprema poteſtas, vt in loco vbi eſt ſummus princeps. Sunt & alii modi, vt ratione originis. l. Aſſumptio. ff. Filius. ff. Ad municip. Et multos alios modos vide apud Spe. in. §. j. de comp. iud. adi.

¶ Secundò nota, ꝙ is, qui conuenitur in loco, vbi dicitur communis eſſe pa-

3 tria, vt Romæ, † vel vbi eſt ſedes Imperialis, non poteſt declinare forum, ex cauſa quantũuis iuſta: vel neceſſaria, quia conuenitur coram Iudice cõpetenti: ſed poteſt reuocare domũ, ex iuſta & legitima cauſa.

¶ Differunt autẽ declinare forũ, & reuocare domum, in eo, ꝙ is declinat forum, qui omnino non eſt ſubiectus iuriſdictioni alicuius, quare coram eo reſpondere non vult, vt diximus in. c. p̃cedenti. Is autem dicitur reuocare domum, qui quidẽ ſubiectus eſt iuriſdictioni Iudicis, ſed tamen ex legitima cauſa illo tempore reſpondere non tenetur, vt pote, ꝙ eſt legatus, vel vocatus

tus cauſa dicẽdi teſtimonii,& propter ea non potuit in cauſa venire inſtructus cum deliberatione, ideo reuocat domum, vt ibi poſsit deliberare, quid ſibi ſit faciendum. Vtrum autem teneatur cauere de redeundo. dicemus infrà.

¶ Reliqua notabi. tu ipſe vide.

¶ Glo.hic,in verbo, Ratione delicti, tractat † primum modum, ratione cuius quis ſortitur forum ſcilicet ratione delicti. Et colligit gl.hic quatuor effectus, qui ſequuntur delictum.

¶ Primò, quòd delictũ dat iuriſdictionem contra delinquentem illi Iudici, qui alioqui in ipſum non habebat iuriſdictionem.

¶ Secundò, ꝙ delictum tollit priuilegium, ꝙ delinquens habebat, quia non obſtante priuilegio, puniri debet propter delictum.

¶ Tertiò, ꝙ propter delictum conueni tur quis in loco, vbi habet domicilium.

¶ Quartò, ꝙ delinquens remittitur ad Iudicem, vbi deliquit, præſertim ſi delictum eſt graue. Hæc omnia probãtur per iura hic in gl. alleg. Nunc illa ordine examinabimus.

¶ Et primò. quum hoc non habeat du-
5 bium, † ꝙ delictum det iuriſdictionẽ contra delinquentem illi Iudici, qui alioqui non erat ipſius Iudex, dubitatur, quam iuriſdictionẽ det, an tantũ det iuriſdictionẽ in perſonã delinquẽtis. an verò etiam in bona ipſius. Et ſi ſi concluſum fuerit, ꝙ iuriſdictio quoque detur in eius bona. dubitatur, an detur in bona ſita in territorio illius Iudicis, vbi deliquit. an verò etiam in bona extra ipſius territorium ſita.

¶ Et licet hæc. q. ſit ſatis diſputabilis, tamen omiſsis ſuperfluis, hæc eſt communis Doct. concluſio.

¶ Si delinquens deprehenditur per Iudicem delicti in loco delicti, tunc non eſt dubium ꝙ Iudex delicti ſortitus eſt iuriſdictionem, tam in eius perſonam. quã bona ibi & alibi exiſtẽtia, per tex. & quæ ibi no. in. d. c. Poſtulaſti. §. eo. & quæ no. in. l. j. & Auc. Qua in ꝓuincia. C. Vbi de cri. agi. opor.

¶ Et hoc caſu non diſtinguitur, vtrũ delinquens ſit priuatus, vel in dignitate conſtitutus.

¶ Nam etiam in dignitate conſtitutus, in alieno territorio cenſetur priuatus. l. iij. ff. de offi. præſi. & no. per gl. & dd. in. c. j. de conſti. in. vj. Et in hoc mẽbro non eſt dubiũ, propterea quoque nõ tractabimus copioſè. Si verò delinquens non deprehenditur in loco delicti: & quoque diſtinguunt.

¶ At citatio comprehendit delinquentem, cũ adhuc eſſet in territorio, vbi delictum commiſſum eſt, & quoque concludunt Doct. ꝙ illa citatio liget delinquentem, & quod teneatur delinquens coram Iudice delicti comparere, & ſi non comparuerit, ꝙ contra eum poſsit procedi tanquam contra contumacem.

¶ Nam certum eſt, ꝙ ratione delicti ſortitus eſt forum Iudicis delicti. Ergo potuit ab eo citari, & ſi citatio non eſt miſſa extra territoriũ citantis, tenetur citatus comparere. l. fin. & quæ ibi no. ff. de iur. om. iud. & in. c. Romana. §. Contrahentes. j. de foro cõp. in. vj. Eſt enim per citationem Iudicis delicti ꝑuentus, virtute cuius citatio arctauit ipſum. c. Propoſuiſti. §. eo. Igitur ſi nõ comparet, contumax eſt, & propterea puniend9, ĩ foro eccleſiaſtico excõica-

tione, in foro ſeculari, ſecundum diſpoſitionem l. Abſentem. ff. de pœn. c. Tuę infr. Vt lite non conteſta. iunct. glo. ibi cum no. Et ita quoq; decidunt Innoc. in c. Præterea, infr. de dila. Panormi. & And. Barba. hic Nec quoque habet hoc membrum dubium. Si autẽ delinquens ſtatim poſt delictum commiſſum aufugit, ita quod non eſt deprehenſus realiter cum captura, neq; etiam verbali citatione præuentus, ſed omnino degit
6 in alieno territorio, iam dubium † eſt, vtrum Iudex delicti delinquentem in ſuo territorio, & in alieno territorio exiſtentem poſſit citare, ita quod contumacia liget eum. Et in hac q. ſunt opiniones, vt dicit Ang. in l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. Tu ex mente dd. hic & Bart. in l. j. §. j. ff. de requi. reis, & in extrauag. Ad reprimendum. in ver. Per edicta. & Do. Iaſ. in d. l. fi. hoc modo diſtingue:

¶ Aut Iudex per ſe, ſine miniſterio & requiſitione Iudicis vbi degit, vult eũ citare, & dic:

¶ Aut delinquens habet bona in territorio Iudicis delicti, & poterit eum citare ad effectum procedendi contra bona exiſtentia in territorio delicti, contra perſonam vero virtute eiuſmodi citationis, procedere non poteſt, Arg. c. Romana. §. Contrahentes de fo. comp. in. vj. Clem. Paſtoralis, de re iudi. & ita decidit Inno. hic. Quod autem hoc caſu poſsit procedi ad miſsionem in poſ. bonorum, probant à minori ad maius. Nam iſtiuſmodi miſsio fit etiam contra abſentem Reip. cauſa, & quoq; contra pupillos, qui non ſint contumaces. l. Item ait prætor. §. Hęc autẽ. ff. Quib. ex cau. maio. l. ſi pupillus. ff. de priuil. cred. Sed vlterius quàm ad miſsionem in bona, virtute iſtius citationis procedi non poteſt. d. §. Contrahentes. Et ita quoq; decidit Inno. hic, & in c. ij. infrà de dila. & dd. in d. §. Contrahẽtes. Quia ratione delicti non naturaliter, ſed tantum accidentaliter quis ſubiicitur Iudici delicti.

¶ Aut delinquens nõ habet bona in territorio Iudicis delicti. Aut conſtat de loco vbi ſit, Et dic:

¶ Aut citat eum verbaliter per nunciũ vel per epiſtolam per ſe, & non tenetur comparere, nec fit contumax non comparendo d. l. fi. ff. de iuriſd. om. iudi. Et ita decidit Ang. in Auten. Si verò criminis. C. de adulte.

¶ Aut requirit Iudicem illius loci, vbi degit, vt eum citet, & ſic citat eum per ſubſidium Iuris, & tenetur comparere: Quia ſi non comparet, latitare videtur & poteſt procedi contra ipſum tanquã contumacem quia talis citatio porrigit effectum ſuum ad locum vbi iudex habet iuriſdictionem d. §. Contrahentes.

¶ Aut neſcitur vbi delinquens degit, & ſic vult citare per edicta poſita in albo ſui territorii, & dic:

¶ Aut vterq; Iudicum delicti, & vbi delinquens degit, habent ſuas iuriſdictiones ab eodem principe, vt ab Imperatore, & tenetur comparere, quaſi hoc videatur permiſſum à principe, qui vtriq; iuriſdictionem conceſsit. Facit ad hoc l. Quæro. ff. de ſolu. & l. Titium §. Tutores. ff. de adminiſt. tut. Et dicit Ang. in d. auten. Si verò quod tale edictum incipiat ſe extendere extra territorium citantis, ſicuti inchoata in territorio Iudicis infamantis, & Bald. in c. Cum olim. j. de dolo & contuma. dicit quod Iudex non poſſit monere extra ſuum territorium, ſed ſi ipſe Iudex ſit intra ſuum territorium, & vox eius audia

diatur per citatum extra territorium exiſtentem, propter edictum propoſitum, quod vox ſit incorporea, & ideo valitura ſit citatio. Arg. l. fi. C. de præſcrip. long. tempo. Si verò habent iuriſdictiones ſeparatas & diſtinctas, ita quod ab vno principe non dependeãt qualis eſt Iuriſdictio Imperatoris & ſummi Pontificiis, & non valet citatio: ita intelligi poteſt Clem. Paſtoralis, de re iud. & ita quoq; in effectu concludit Bar. in d. l. j ff. de requi. reis, quẽ ſequitur Dn. Iaſ. in dicta l. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. Vide Panormi. Felin. & Andr. Barb. hic.

¶Secundus effectus delicti eſt, vt diximus, quod delinquens propter delictũ amittat priuilegium, quod ſcilicet priuilegio non obſtante, in loco delicti puniri poſsit. Sed contra hoc opponitur de Auten. Clericus. C. de epiſc. & cleri.
7 Vbi habetur, quod contra Clerum † delinquentem obſeruatis Clericorum priuilegiis procedi debeat, & eſt tex. in c. j. de priuil. in vj. Gloſſ. in auten. Qua in prouincia, in verb. Illic omni priuilegio. C. Vbi de crim. agi opor. reſpondet duobus modis. Primò, quod priuilegium eſt duplex.

¶Quoddam dicitur priuilegium fori hoc eſt, quod in certo loco tantum quis conueniri poſsit, & non alibi, de quo in l. j. C. Vbi Sena. vel clariſ. & hoc priuilegium amittitur propter delictum d. l. j. in fin.

¶Quoddam eſt priuilegium ſui Iudicis, hoc eſt, quod quis non coram quolibet genere Iudicum, ſed tantum ſub certa quadam ſpecie Iudicum conueniri poteſt. vt Clerici, qui non conueniuntur corã Iudicibus laicis, ſed tantum coram Iudice eccleſiaſtico: & hoc priuilegium non amittitur propter delictum, ideo exemplificat Bald. in dicta Auten. Qua in prouincia. Si Clericus Gallicanus Bononiæ deliquerit, poterit quidem declinare Iudicium, hoc eſt, ne conueniatur coram poteſtate ſeculari, ſed forum declinare non poteſt hoc eſt, velit nolit cogitur reſpondere coram Epiſcopo Bononienſi, qui ſcilicet eſt de genere Iudicum cui ipſe ſubiectus eſt. Et dicit hoc eſſe valde notandum, & illam ſolutionem ibi Bar. Bal. & Pau. de Ca. approbant.

¶Secundo reſpondet glo. ibi, & melius quòd priuilegiorum quædam conceduntur à principibus particulariter, quæ non ſunt inſerta in corpore Iuris ſicut quotidie priuilegia poſſunt cõcedi perſonis ob merita, vel ex gratia. Et illa poſſunt amitti propter delictum & de
8 his loquitur gloſſ. noſtra. Quædam † verò priuilegia conceſſa in corpus iuris redacta ſunt, qualia ſunt priuilegia clericorum item pupillorum & viduarũ, de quo in l. Vnica. C. Quando imp. inter pup. & vid. Item mulierum, de quibus per tot. in ff. & C. Ad S. C. Velleia. &c. Et illa non amittuntur propter delictum. Hęc ſolutio ſecundum Doctor. eſt ſingularis & vtilis, & approbatur per Doctor. & præcipuè Bart. ibi eandem ſolutionem ponit gloſſ. in l. Hæres abſens, in princ. in verbo, Expenſarum. ff. de iud.

¶Sed contra hanc ſolutionem facit, quod militum priuilegium, ne ſcilicet alibi conueniantur, quàm coram ſuo duce: ad quem mittendi ſunt, eſt corpori iuris inſertum, vt in l. Deſertorem, cum ſimilibus. ff. de re mili. Et tamen ſi miles grauiter deliquit, poteſt puniri in illa prouincia vbi deliquit, nec eſt

remittendus ad ſuum ducem, non obſtáte priuilegio.§.Volumus, in Auten. Vt iud.ſine quoq; ſuffrag.colla.ij. Vbi dicit tex. Volumus,vt hi,qui in militiis conſtituti ſunt,occaſione cauſarum criminalium ſubſint iudicibus prouinciarum.Idem habetur in d.l.Deſertorem. Cyn.in d.auten.Qua in prouincia,propter iſtud contrarium ita diſtinguit.

¶Aut delictum eſt atrox,& tunc ſi priuilegium eximit priuilegiatum à particulari iuriſdictione,& retinet eum nihilominus ſub eodē genere iuriſdictionis, tum priuilegium tollitur propter atrox delictum,quia ius eximit militem à iuriſdictione iudicum prouincialium, & tamen retinet eum ſub eodem genere iuriſdictionis, ſcilicet ſub iuriſdictione ducis ſui, vtrinque enim dependet iuriſdictio à poteſtate ſeculari. Si verò priuilegium eximit à certo genere Iudicum,transferẽdo ad diuerſum genus fori, ſicuti fit cum Clerico, qui omnino tranſlatus eſt à iuriſdictione laicorum ad iuriſdictionem eccleſiaſti.& non tollitur priuilegium propter delictum quantumuis atrox, quia non remanſit ſub priori principe in aliqua parte, ſed omnino eſt exemptus. Sed Panor. breuibus reſpondet, quòd Regula vera ſit priuilegia corpori iuris incluſa,propter delicta non amitti: & quod hęc Regula fallat in certis quibuſdam caſibus,vt in militibus & clariſs.viris,de quibus in l.j.& ij. C. Vbi Sena.vel clariſſ.Vide Panor.hic.An autem delegatus delinquens in cauſa cõmiſſa poſſit puniri per Ordinarium loci vide dd.hic.

¶Tertius effectus delicti eſt, ſecundũ glo.quod delinquens punitur in loco, vbi habet domicilium,vel vbi inuenitur.Primum de domicilio nõ habet dubium,quia de hoc eſt text.hic,& in cap. Cùm contingat,ſupra eod. Secundum
9 verò, vtrum delinquens † poſſit conueniri in loco vbi inuenitur,licet ibi non habeat domicilium,maius dubium habet,quia de hoc non extat text.expreſſus.Nam licet text.in l. prima. C. Vbi de crim. agi opor.dicat delinquentem puniri debere, vbi delicta commiſſa, vel vbi iudicia inchoata ſunt, vel vbi reperiuntur delinquentes, tamen gloſ. ibi,in verb.Reperiuntur, ſupplet text. quod ſcilicet tex.ita intelligatur quod puniri debeant,vbi reperiuntur habere domicilium vel forum, & non vbi ſimpliciter reperiuntur.Vel ſi verbum Reperiuntur,deberet intelligi ſimpliciter, quod tantum debeat referri ad vagabundos,quãdo ſcilicet certam habitationem propriam vel conductitiam nuſquam habent: & illum intellectum gloſſ.ſequuntur Bart. & Bal. ibi. Tu pro intellectu iſtius q. hoc modo diſtingue:

¶Aut iudex,vbi delinquens inuenitur vult procedere ex officio, non procedente accuſatione, ad alicuius inſtantiam & diſtingue:

¶Aut Iudex præcedentibus indiciis inſtituit inquiſitionem generalem contra ſacrilegos, latrones,plagiarios, fures,eorumque receptatores, & ſimiles, Et dic:

¶Aut eſt inferior Iudex, & valet quidem inquiſitio, quo ad inueniendum delictum, non autem quo ad hoc, vt ipſe puniat delinquentem, ſed eſt remittendus ad locum delicti, per tex.in l. Congruit, & quæ ibi not. Barto. & Bald.ff.de offic.præſ.iunct.text.in.§.Si verò quis comprehenſorum,in Auten.

Vt

Vt nulli iudi. Limitatur enim iſtorum inferiorum Iudicum iuriſdictio, ſecundum territorium ipſorum, Igitur quo ad pœnam infligendam, ad ipſos non pertinet, quod extra ipſorum territorium commiſſum eſt probatur per tex. hic, qui enumerat certas ſpecies quibus quis ſortitur forū, & nō meminit iſtius membri.

¶ Aut Iudex inquirens eſt, ſummus princeps, vt Imperator, & valet inquiſitio, quo ad inueniendum & puniendum, quia ſuum territorium eſt totum Imperium, Igitur quoque iuriſdictio tanta eſt argumen.c. Cuncta per mundum.ix.q.iij.

¶ Aut iudex, vbi delinquens inuenitur non vult procedere per viam inquiſitionis, ſed ad alicuius accuſatoris inſtantiam, & dic:

¶ Aut delinquens eſt omnino vagabundus, quod certam & firmam habitationem nuſquam habet, & poterit eum punire: & in hoc caſu intelligitur d.l.j.C. vbi de cri.agi opor.

¶ Aut eſt quidem aliquo modo vagabundus, habet tamen tempore conuentionis in aliquo loco domicilium, & dicunt quidam, ſi eſt paratus præſtare ſufficientem cautionem de redeundo ad locum domicilii, & de ſtando iuri ibidem, quod alibi vt vagabundus, cōueniri & puniri non poſsit. Ita refert Bald. in dicta.l.prima quendam excellentem Doctor. tenuiſſe. Et Panormit. quoq; in effectu idem concludit.

¶ Aut habet certam & firmam habitionem, & non poteſt, vbi inuenitur, conueniri & puniri, per d. gloſſ. & quæ ibi no. ſed tamen in hoc ſeruatur contrarium de conſuetudine.

¶ Quartus effectus delicti eſt ſecundū gło. quod delinquens remittitur ad locum delicti, quia licet in hac q. ſint variæ opiniones, vt habetur & no. in apoſtil. hic ad Panor. Tamen ex mente dd. hic & in d.l.j. Vbi de crim.agi opor. poteſt hoc modo diſtingui:

¶ Aut conſtat delictū commiſſum eſſe in aliquo certo loco & dic:

¶ Aut iudex delicti nō poſtulat remiſſionem delinquentis, & remiſsio nō eſt neceſſaria, ſed poterit delinquens per Iudicem domicilii puniri. Ita dicunt Barto. & Bald. in d.l.j. C. Vbi de crim. agi opor.

¶ Aut iudex delicti poſtulat remiſsionem & tunc:

¶ Aut eſt delictum leue, & non fit remiſsio.l.deſertorem, in prin. ſumpto argumento à cōtrario ſenſu.ff.de re mil.

¶ Aut eſt atrox & graue delictū & ſubdiſtingue:

¶ Aut agitur ciuiliter contra delinquētem, & non habet locum remiſsio, quia cauſa finalis, propter quam fit remiſsio eſt hæc vt delinquens in loco delicti aliis ſit exemplo & vt ibi tollatur ſcandalum quæ ratio ceſſat in remiſsione, quando ſuper crimine agitur tantum ciuiliter, Vide quæ no. in c.j.de rapto.

¶ Aut agitur criminaliter & dic: Aut delinquens non eſt vagabundus, ſed habet firmam manſionem & diſtingue:

¶ Aut degit ſub Iudice domicilii, qui intendit eum punire, & tunc:

¶ Aut in loco delicti eſt præuentus per accuſationē, & tunc remiſsio petita per iudicem delicti eſt neceſsitatis d.l. Deſertorē.d.§.ſi verò quis deprehenſorū.

¶ Aut non eſt accuſatus per iudicem delicti, ſed res in vtroq; foro eſt integra, & tunc remiſsio non eſt neceſsitatis ſed vrbanitatis. Ita refert Panor. tene

tenere Io.Cal.in.d.c.j.infr.de rapto.
¶ Aut delinquens non vagabundus nõ degit ſub Iudice domicilii,ſed alibi,& tunc remiſsio per Iudicem delicti petita eſt neceſsitatis.Ita propriè loquitur.d.§.Si verò quis comprehenſorũ.
¶ Si verò delinquens eſt vagabundus. Et ſunt opiniones.Nam primò, quòd non ſit remittendus,facit.d.l.j.C. Vbi de crim.agi opor.quæ habet ſecundũ verum intellectum glo.ibi,quòd vagabundus delinquens habeat iudicem, vbicunque inuenitur,Ergo non opus eſt remiſsione.Et hoc tenet Io.Cal. in d.c.j.Sed Innoc.ibi concludit,quòd debeat remitti:quem ſequuntur hic Ant. de But.& Panor. Quia in vagabundo eſt eadem ratio remiſsionis, quæ eſt in non vagabundo, vt ſcilicet fiat remiſsio propter exemplum,& ad tollen lendum ſcandalum.imò Panorm.addit hic,ſe putare quòd in vagabundo magis debeat fieri remiſsio,quàm in non vagabundo,quum talis remiſsio fiat ſine iniuria alicuius iudicis.Et pro hoc facit tex.in.d.§.Si verò quis comprehenſorum.& in.d.c.j.infr.de rapto. & in.d.l.Deſertorem.ff.de re mili.& in l.Solet.ff.de cuſto.& exhib.reo.qui tex. loquuntur indiſtinctè,nec faciunt differentiam inter vagabundum, & non vagabundum.Nec obſtat tex. in.d.l.j. C.Vbi de crim.agi opor.Nã licet ibi caueatur, quòd delinquens vagabundus poſsit conueniri in loco,vbi reperitur,tamen inde non ſequitur, quòd remiſsio ſit ſublata,quum delinquens non vagabundus quoque poſsit cõueniri propter delictum in loco domicilii,& tamen habeat locum remiſsio, ſecundum diſtinctionem ſuprà traditam,ideo tu dic,in vagabundo eſſe eandem diſtinctionem adhibendam, quæ eſt in non vagabundo,an ſcilicet remiſsio ſit petita.item an accuſatio in loco delicti prius fuerit inſtituta,de quo ſuprà.
¶ Aut non conſtat delictum eſſe commiſſum,& neceſſariò præcedere debet remiſsionem cauſæ cognitio ſumma, an ſcilicet delictum commiſſum ſit, nec ne:quæ cognitio pertinet ad eum, qui petit remiſsionem. Ita decidunt Bar.& Bald.in.d.l.j.C.Vbi de crimi. agi opor.& copioſius Panor.Vide quoque de hac materia quæ habentur & not.in Clemen.Paſtoralis.§.Vt illud, de ien.& re iudi.
¶ Glo.in verb.Seu contractus, diuiditur in duas partes.In prima diſputat, quomodo capiatur nomen, Contra-
11 ctus.Et videtur primo,†quòd appellatione contractus tantùm veniant illi contractus,qui vltrò citroque obligãt, quales ſunt:emptio,venditio, locatio, conductio,&c.per tex.expreſſ.in.l. Labeo.§.Contractum.ff.de verb. ſignifi
¶ Tamen contrarium eſt verius, ſcilicet quòd ad ſortiendum forum,verbũ Contractus,capitur largiſſ. ſiue ſit verus contractus,nominatus,vel innominatus,ſiue quaſi contractus,ſiue quælibet alia obligatio,ex qua oriri poſſit actio perſonalis,per text.in.l. Hæres abſens.§. Ibi,vel quid aliud, vnde obligatio oritur.& l.Omnẽ obligationem.ff.de iud.Dicit enim tex.omnem obliga.pro cõtractu habendã &c.quare ſiue quis contrahat,ſiue quaſi cõtrahat,ſiue quoquo modo obligetur,ſortitur forum in loco iſtius obligationis. Et ideo Feli.& Andr.Barba.hic reputant glo.noſtram ſingularem ad hoc, ꝙ iura de contractibus diſponẽtia.extend

tendi debeant ad.q. contractus, ſicut
inter cætera & text.facit in.c. Roma-
na.§.Contrahentes,de foro compe.in
vj.Et hoc vult Pet.de Anch.ibi. Et ad
hocoptimè facit glo.in Auten. Sacra-
menta puberum.C. Si aduerſ, vend.
Vbi ponit text.caſum exorbitantem
à iure communi,& loquitur in contra
ctu,quod gloſſ.ibi extendit ad quamli
bet obligationem.Nam contractus Mi
norum de iure reſcindi poſſunt,vt per
tot.ff.de Mino.&.C.de in integ.reſt.&
tamen.d.Auten.diſponit,ſi iuramentũ
accedat,quòd reſcindi non debeant &
c.& ſic exorbitat à iure communi,& ta
men in illa materia exorbitanti exten
dit glo.nomen Contractus,ad omnem
obligationem,quam gl.dd.ibi, & in.c.
Cùm contingat,reputant ſing.Et licet
quidam.dd.dicant illam extenſionem
ibi fieri per glo.fauore animæ,propter
iuramentum ſcilicet,Tamẽ hæc reſtri
ctio confunditur per glo.noſtram hic,
quæ non loquitur in tali caſu.vbi ver
ſatur periculum animæ,& tamen extẽ
dit nomen Contractus,ad quamlibet
obligationem.Et quòd hoc verum ſit,
probatur quoq; per glo.in.l.iij.§.Con
trarium,in verb.Liberatione.Vbi glo.
expreſsè dicit,quòd.d.Auten.Sacramẽ
ta puberum,non tantùm locũ habeat
in contractu,ſed etiã in qualibet obli-
gatiõe ſine fraude facta:& quòd in ter
minis.d.Autenticæ, Sacramenta, no-
men Contractus,intelligatur indiſtin-
ctè de qualibet obligatione,& non tan
tùm fauore animæ,eſt opti.gl.in.§.Itẽ
ſacramenta,in verb.Super contracti-
bus,circa medium,in ver. Item quæ-
ro,in vſibus feud.de pace iura.fir. Et
eſt ratio,quia quodlibet pactum per ſe
dicitur contractus,vt eſt opt.glo,in.l.
j.in verbo,Figuris,in fin.ff.de actio.&
obliga.quam glo.Bal.in.c. Quintaual
lis,reputat ſing.ad hoc, quòd nudum
pactum dicatur contractus innomina-
tus.Et facit quoque ad hoc, quod not.
Bar.in Auten.Litigioſa.C. de litigioſ.
vbi tex.dicit,rem litigioſam eſſe,de cu
ius domino cauſa mouetur,& ſupplet
Bart.idem ſi de quaſi dominio. Vide
Feli.& And.Barb.hic.

¶ Glo.in ſecunda parte,quæ eſt ibi: Et
hoc intellige,diſputat.q.quando ratio
ne contractus quis ſortiatur forum.
Hanc.q.copioſè diſputauimus in.c.Ro
mana.§.Nec etiam eod. in vj. Igitur
dic breuibus.

12 ¶ Aut contrahens†non erat ſtatim in-
de receſſurus,vel quia habebat ſtatio-
nem,vel pergulam ibi,& poteſt conue
niri ratione contractus.

¶ Aut non habuit pergulam ibi,ſed cõ
traxit,vt viator.& tunc,ſi contrahens
cum eo ignorat eum eſſe viatorem,&
poteſt conueniri in loco contractus.
Præſumitur autem ignoraſſe, præſer-
tim ſi incedebat vt ciuis.Arg.l.Si quis
ignorans.ff.loca.&.c.Si verò ſententia.
Ita concluſit Bart.in.l. Hæres abſens.
§.Proinde.ff.de iud.Idem vult Anton.
de Butr.hic,licet Bald.in repet. Rubr.
C.de reuoc.his quæ in frau.teneat con
trarium.

¶ Aut ſciuit eũ eſſe viatorẽ,& nõ ſortit
forũ rõne cõtractus.Vide q̃ no.in.d.l.
Hæres.§.Proinde.& in.c. Romana.§.
13 Nec etiã.&.§.Cõtrahentes,eo.in vj.
Sed nunc eſt dubium,†quam iuriſdi-
ctionem tribuat contractus,& conclu-
dunt.dd.communiter hic,& in.d.l. Hæ
res.& in.d.§.Contrahentes.

¶ Aut contrahens non vt viator,inue-
nitur in loco contractus,& habet Iu-

dex

dex omnimodã iuriſdictionẽ in res & perſonam ipſius,prout patitur qualitas contractus,vt in.c.Dilecti,ſupr.eod.

¶ Aut non inuenitur,& tamen prius eſt præuentus per citationem,ita quòd cõſtitutus eſt in contumacia,& quoq; poterit contra eum procedi.ſi ſtatus cauſæ patitur,vt no.Inno.in.c.ij.infr.de dila.Arg.c.Propoſuiſti.& facit tex.in.l.is qui Romæ.ff.de iud.

¶ Aut non eſt præuentus per citationẽ, nec factus contumax,Et dic,

¶ Aut habet bona in loco contractus,& poteſt citari,quo ad illum effectum,vt fiat miſsio in poſſeſſ.illorum bonorũ.d.§.Contrahentes.& no.in.d.l.Hæres abſens.Contrahens tamen hoc caſu inuitus cogi non poteſt perſonaliter cõparere coram iudice contractus,& ipſe Iudex hoc caſu citando eum cogitur requirere iudicem,ſub quo degit,vt ſic citetur per ſubſidium Iuris.Remiſsio tamen in contractibus locum non habet.Vide.dd.hic.& in.d.l.Hæres abſens & in.d.§.Contrahentes,vbi illæ qq.copioſè tractantur.

DE LIBELLI oblatione.

Cap.I.Ex Concilio apud ſanctum Medardum.

IGnarus Epiſcopus dixit:Habetis libellum reclamationis vel poſtulationis? Illi reſponderunt,ſe præ manibus nullũ habere libellum. Ignarus Epiſcop9 dixit.Oportet vox ſecũdũ eccleſiaſticã autoritatẽ reclamationẽ veſtrã libelli ſerie declarare,eãq; manibus veſtris roboratã Synodo porrigere,vt tũc vobis Canonice valeat reſpõderi.Et tũc ipſi fratres libellũ porrexerũt.

SVMMA CAPITA.

1 Libellus in ſcripis offerendus.
2 Oblationis libelli effectus duo.
3 Libellus quot modis accipiatur,& quid propriè ſit.
4 Libellus ex conſuetudine ſine ſcriptis offertur & dictatur Notario in quibuſdam locis.
5 Libellus nec verboſus,nec obſcurus,ſed ſuccinctus,& perſpicuus eſſe debet.
6 Perſpicuitas in Iure commendabilis.& libellus propter obſcuritatem reiiciendus.
7 Petitio libelli debet eſſe certa.
8 Summariæ cauſæ exactam libelli formam nõ requirunt.
9 Citatio vtrũm libelli oblationem,an verò libelli oblatio citationem præcedere debeat.
10 Citatio iudicii principium.
11 Ab ordine titulorum Iuris bonum ſumitur argumentum
12 Libellus duplici modo offertur.
13 Libelli oblatio,quæ fit Reo,eſt de ſubſtantia proceſſus,& eam debet præcedere.
14 Libellus quo modo Iudici offeratur.
15 Conſuetudo in libellis imprimis attendenda.
16 Libellus eſt duplex.
17 Libelli cauſa materialis.
28 Libelli cauſa formalis.
19 Cauſane remota,an propinqua in libello exprimenda.
20 Realis actio ſemper eſt vniformis,nec varietate modorum dominii mutatur.
21 Perſonalis actio eſt varia,prout & obligatio ex qua ipſa naſcitur,ex varia diuerſaque natura

natura.Et in ea exprimẽda eſt cauſa remota.
22 *Cauſa finalis,& effectus libelli.*
23 *Oblatione libelli quando cauſa annalis perpetuetur.*
24 *Per libelli oblationem an,& quando res efficiatur litigioſa.*
25 *Præſcriptio,quæ eſt odioſa tantùm,libello oblato interrumpitur.*
26 *Oblatio libelli omiſſa an vitiet proceſſum.*
27 *Remitti vbi nec tacitè,nec expreſsè libellus poſsit.*

CONTINVATIO iſtius Tit.ad præcedentem facilis eſt.Nam ſtatim poſtquam Actor iudici obtulit libellum,Reus tenetur aut exceptionem declinatoriam fori opponere,Aut verò libellum Actoris ſibi edi petere.Quia ergo proximè in præcedenti Tit.dictum eſt de exceptione declinatoria fori, igitur meritò hic ſubiungitur altera illa alternatiua, & hoc modo in effectu omnes Doctor. hic continuant.

Hæc continuatio melius & aptius ſubijciẽda eſt ſtatim Rubricæ, ſeu Titu. iſti præſenti, de libelli oblatione.

1 ¶ Actor tenetur † in ſcriptis libellũ porrigere,ſecundùm Io.de Imo. Panor.& Feli.Vel ſic,ſecundum Andræas. Barba.

¶ Non ſufficit,quo ad inchoandum iudicialem proceſſum,verbis petitionem ſuam Iudici exprimere,ſed illã in ſcriptis porrigere debet.

Tex.eſt clarus, notabilia quoque non habent opus longa explicatione, ideo examinabimus glo.in verbo, Libellum reclamationis:hæc glo.explicat in effectu nomen libelli,ſecundum locos dialecticos,hoc eſt,definiendo, & effectus colligendo. Diuiditur ergo principaliter in tres partes.

¶ In prima ponit diuiſionem libelli.In ſecunda,quæ eſt ibi,eſt ergo,poni definitionem, cum explicatione partium iſtius definitionis. In tertia, quæ eſt
2 ibi,Et per talẽ,ponit gloſ.effectus † libelli duos.Primus, quòd poſt oblationem libelli actio annalis perpetuatur. Secundò, quod facit proceſſum valere, ſi aliæ partes ſubſtantiales proceſſus affuerint. Si verò libellus non fuerit oblatus, proceſſus ſit nullus. Nos illa ordine explicabim9 & examinabimus, & docendi cauſa ſequemur ordinem dialecticum. Et primum examinabimuus definitionem libelli.
3 ¶ Capitur autem in iure hæc vox,Libellus, multis modis. Interdum enim pro Codicillo, vel epiſtola fide cõmiſſoria, aut in.l.1.in princ.de tab. exhib. Secundo, pro pane albo & ſubcinericio,vt in.l.Iudices,iun.gl.in verb.Libellis.C.de Epiſ.aud.Tertiò,pro ſupplicatione principe ſimpliciter,& nõ animo procedendi oblata,vt.C.per tot. Quando libell.princ.obla.&c.Et de talibus libellis hic non loquimur.

Quartò,capitur pro ſcriptura, quam Actor offert animo procedendi iudicialiter,Et de tali libello loquimur hic. Vide Spec.in tit.de libel.obla.§. Quot modis capiatur libellus.

¶ Dicitur ergo libellus,in tali ſignificatione ſumptus, ſcriptura breuis,clara, & certa,in ordinario iudicio,primũ Iudici,& poſtea Reo vocato offerenda,nomen Actoris & Rei, & quoque rem petitam,vel cauſam petendi continẽs. Hæc definitio collecta eſt partim ex definitione Hoſtienſis hic, partim ex Specu. in titu.de libell, conceptio.& aliorum.dd.hic,

Dico

¶ Dico in definitione, Scriptura, quia
libellus debet offerri in ſcriptis, vt no.
in Auten. offeratur. C. de litis conteſt.
& per tex. noſtrum hic, Ideo dicit Bart.
in l. Sacris. C. de prox. ſacro. ſcri. quòd
ſi aliquis vadat ad Iudicē, & dicat No-
tario: Scribe quòd ego peto à Titio de-
cem, & ipſum mihi condemnari in eis
peto, quod non dicatur in ſcriptis li-
bellum offerre, nec ordinario modo
procedere, licet Notarius ſcribat. Et in
4 hoc † quòd in ſcriptis fieri debeat, o-
mnes conueniunt. De cõſuetudine ſer-
uatur multis locis, quòd libellus nõ of-
fertur in ſcriptis, ſed dictatur Notario.
5 ¶ Dico, Breuis, quia Actor, † quantum
poſsibile eſt, cauere debet, ne ſit verbo-
ſus, ſed vt omnia verba in libello poſi-
ta, ſint alicuius importãtiæ, nec quic-
quam ſuperfluè ponatur. l. Ampliorē.
§. In refutatoriis. C. de appellat.
¶ Dico, Clara, quia propter obſcurita-
6 tem reiicitur libellus. Nihil † enim ma-
gis placet Iudici, quàm claritas. §. Nos
igitur, in Autē. de teſta. imperfect. col-
la. viij. l. de ætate. §. Nihil. ff. de interro.
act. c. Cùm clamor, infr. de teſtib.
7 ¶ Dico, Certa, quia † Iudex ferendo ſen-
tentiam tenetur reſpicere ad petitionē
in libello poſitam, vt ferat ſententiam
libello cõformem. Si ergo libellus non
eſt certus, nec Iudex certam poteſt fer-
re ſentētiam, quod tamen facere tene-
tur. §. Curare. Inſti. de actio.
¶ Dico, In iudicio ordinario, ad diffe-
rentiam cauſarum, in quibus ſumma-
8 riè proceditur, In his † enim non requi-
ritur tam anxia & certa forma libelli,
ſed ſatis eſt qualis qualis petitio ad in-
ſtructionem Iudicis, per tex. in Clem.
Sæpe. ibi, neceſſariò libellum non ex-
igat, ſun. glo. in verbo, Neceſſariò, & in
verbo, Non exigat, & quæ ibi no. dd. de
verb. ſig. glo. in extrauag. Ad reprimen
dum, in verbo, Summariè, & ibi Bar. in
tit. Quomo. in læſæ maieſt. crim. pro-
ced. Bal. in d. Auten. Offeratur. ver. In-
terdum. Feli. & alii hic.
¶ Quòd autem dico in definitione, Pri-
mùm Iudici, & poſtea Reo offerenda,
hoc habet diſputationem, & dependet
hæc diſputatio in effectu ex illa quæſt.
9 Vtrum libelli oblatio † præcedere de-
beat citationem, An verò citatio præ-
cedere debeat libelli oblationem. Nam
ſi obtentum fuerit, quòd libelli oblatio
præcedere debeat citationem, certum
eſt quòd libellus primùm offerri de-
beat Iudici. Si autem obtentum fuerit,
citationem debere præcedere, ſequere-
tur quòd oblatio primùm fieret Reo.
Sunt autem in hac q. opiniones. Nam
quidam Mod. tenent, quòd citatio de-
beat præcedere, & probant ſic: Quia ci-
10 tatio † eſt principiũ Iudicii. §. Omniũ.
Inſtit. de pœ. teme. litig. Ergo libellus
nõ poteſt præcedere citationem, Alio-
qui enim citatio non poſſet eſſe princi-
pium. Et hinc eſt quòd in ff. tit. de in
ius voc. præpoſitus eſt tit. de æden. Et
11 bonum eſt † argumentum ſumptum ab
ordine titulorum, vt not. Dn. Iaſ. ſuper
Rubr. Inſti. de actio.
¶ In contrarium tamen eſt communis
opinio, quòd ſcilicet libelli oblatio de-
beat præcedere citationem. Ita decidit
Bald. in l. Cùm Clericis. C. de Epiſc. &
Cleric. Vbi allegat æquam rationem.
Quia ad hoc vt Iudex citationem com
mittere poſsit, neceſſe eſt vt videat li-
bellum, an concludat, necne. Si enim
non concludit, vel ſi Actor iniqua pe-
tit, denegabit Iudex citationē. Et hinc
eſt, quòd in libris C. tit. de æden. præ-
cedit

cedit tit.de in ius vocan.Et ita concludunt Bar.& Bal.in d.Auten.Offeratur. Io.de Imo.Panor.& Feli.hic.

Tu dic breuibus,hoc modo: Libelli
12 oblatio eſt duplex. † Quædam non eſt de proceſſu & ordine iudiciario,Quædam verò eſt de proceſſu iudiciario. De proceſſu non eſt illa oblatio, quæ fit Iudici primùm. Hoc probatur ſic: Nam die feriato nihil fit in Iudicio, quo ad proceſſum Iuris attinet.l.fina. cum ſimilibus.C.de feriis.Et tamen libellus poteſt Iudici offerri die feriato. l.Miles.§.Sexaginta.ff.Ad leg.Iul.de adult. Ergo libelli oblatio, quæ Iudici fit,non eſt de proceſſu.

Secundò probatur, quòd ſi libellus tantùm Iudici,& non parti oblatus fuerit, poteſt per Actorem pro lubito reuocari,per ea quæ not.in l.Sempronia libellos.ff.de furt.

Tertiò probatur, quòd per libelli oblationem Iudici factam, non dicitur litis pendentia facta,per ea quæ habentur & cot.Clemen.ij.Vt lite penden.

Quartò probatur, quòd per ſolam libelli oblationem res non fit litigioſa. Auten.Litigioſa.C.de litigioſ.Et ideo Bal.quoq; in l.j.ff.de in ius voc.dicit, quòd non dicatur in cauſa appellationis procedere, qui tantùm obtulit libellum, parte nondum ad hoc citata. Vide omnino Felin.hic, qui allegat ad hoc plures rationes. Et ſic poſſunt illæ duæ propoſitiones ſimul veræ eſſe,ſcilicet quòd citatio eſt principium litis & proceſſus,& tamen oblatio libelli, quæ fit Iudici, debet præcedere citationem,quia non eſt de proceſſu. Quæ autem diximus do libello Iudici offerendo,tu quoq; refer ad oblationem libelli,quæ fit arbitro, quum arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint.l.j.ff.de recept. arbitr. l. Rem non nouam, in princ.C.de iud. Secus in Arbitratoribus, qui tantùm ſunt amicabiles compoſitores,nec obſeruant ordinem iudiciorum,vt habetur vt not.copioſè in c. Quintauallis,infr.de iureiur. Conclude ergo quòd oblatio libelli, quæ Iudici vel Arbitrio fit, debeat præcedere citationem, quia non eſt de proceſſu. Et in hoc caſu intelligenda ſunt iura pro ſecunda opinione.

De ſubſtantia verò proceſſus & or-
13 dinis iudiciarii,eſt illa libelli†oblatio, quæ fit parti reæ per Iudicem. Ratio eſt, quòd hæc oblatio ſequitur citationem,vel fit vnà cum ipſa citatione.Ergo ſicuti citatio eſt de ſubſtantia, ita quoq; hæc libelli oblatio. Et hoc non habet dubium.Et ita quoq; decidit Feli.hic.Et de hac intelligenda ſunt iura pro prima opinione adducta.Et ſic breuibus conclude, quòd libelli oblatio, quæ Iudici fit,præcedat citationẽ,quæ autem fit parti,ſequatur eam.

De hoc autem nunc diſputandum
14 eſt, † quomodo,& qua ratione offeratur libellus Reo per Iudicem. Et in hac q.glo.Cy.& Bar.in d.Auten.Offeratur.Panor.& Andr.Barb.hic ponunt triplicem practicam.

Prima, quòd Reus ſimpliciter citetur ad petitionem Actoris, vt compareat in iudicio,& quòd tunc,poſtquam comparuerit, Iudex det ei copiam libelli,quæ practica in ſe eſt bona,& valet talis citatio.l.Conſentaneum. Ibi, vt præſentiam ſui faceret. C.Quomodo & quando iud.l.Non videtur. ff.de iud. Vbi patet, quòd citatus in iudicio comparens, petit copiam libelli. Ergo ſequitur, quòd libellus vnà cum cita-

tione non fuerit miſſus. Sed talis citatio tantùm operatur hoc, quòd Reus cogeretur comparere, & libellum à Iudice recipere. Alios autem effectus veræ & plenæ citationis non haberet, hoc eſt, Reus ſtatim non teneretur reſpondere libello, ſed peteret dilationẽ, præſertim ſi talis cauſa eſſet in libello, quę egeret deliberatione, vt not. Spec. §. Sequitur, in tit. de libel. concept. Io. And. in cap. fin. de elect. in vj. & habetur in cap. Præterea, infr. de dilat. Nec etiam interrumperet talis citatio præſcriptionem, nec induceret litis pendentiam, vt infrà dicemus.

¶ Alia practica eſt, quòd Reus citetur quidem per Iudicem ſimpliciter, & libellus offeratur Reo per actorem, Reo poſtulante. Et hæc practica quoq; per ſe bona eſt, & valet talis citatio, & libelli oblatio, modò copia libelli maneat penes acta, & talis citatio haberet veræ citationis effectus, quia non refert, quid ex æquipollentibus fiat, ſecundum Panor. hic.

¶ Tertia practica eſt, & melior, quòd Iudex vnà cum citatione mittat libellum Reo, quæ oblatio efficit quòd alię dilationes deliberatiuæ Reo non dentur, per tex. in d. c. Præterea. Et ita quoque decidit Bar. & hæc citatio cum inſertione libelli habet effectus citationis & libelli, de quibus infrà dicemus. Dicit tamẽ Bar. in d. Auten. Offeratur,

15 In hoc † attẽdendas eſſe conſuetudines locorum. Mittitur autem Reo copia libelli ſuis, & non Actoris expenſis. Vide de hoc copioſè Panor. & Feli. hic, & dd. in d. Auten. Offeratur.

¶ Dico, Vocato, quia illam oblationem libelli, quæ Reo fit, debet pręcedere citatio, vt ſuprà diximus. Si tamen aliqui quis eſſet præſens, quando Actor Iudici libellum offert, cogeretur quidem Reus, ſine ſpeciali citatione, libellum recipere, quia citatio non fit, niſi ad finem comparitionis, ideo ſi quis eſt præſens, non opus habet, vt citetur ad comparendum, & ſic poteſt pręſenti libellus offerri, Arg. l. de vnoquoq; ff. de re iudic. non tamen cogi poteſt in continenti reſpondere, ſed habet dilationẽ ad deliberandum. Ita decidunt hic Panor. & Feli. Bal. in d. Auten. Offeratur. Spec. in d. §. Sequitur.

¶ Reliqua quæ continentur in hac definitione, ſcilicet de re petita, vel cauſa petendi, abſoluemus in c. ſeq.

¶ Eſt autem libellus, ſecundum glo. hic

16 in prima parte, † duplex, ſcilicet libellus conuentionalis, ſiue poſtulationis, & libellus accuſationis.

¶ Libellus conuentionalis, ſiue poſtulationis, dicitur libellus, qui datur in ciuilib. quæſtionibus, de quo loquitur hic titu.

¶ Libellus accuſationis dicitur, qui offertur in cauſis criminalibus in publicis iudiciis, de quo loquitur tot. tit. ff. & C. de accuſat. & infr. de accuſat. Et hoc non habet dubium.

17 ¶ Cauſæ materiales † libelli ſunt ipſæ actiones, & ipſarũ cauſæ, quia in actionib. perſonalibus materia libelli colligitur ex obligatione, obligatio verò ex contractibus, vel quaſi: ex delictis, vel quaſi. In actionibus verò realibus materia libelli colligitur ex dominio, vel quaſi, ſeruitute, vel alio iure ipſi Actori competenti.

18 ¶ Cauſa † formalis libelli eſt, quòd cõponi debet in formam Syllogiſmi, vel Enthymematis, hoc eſt, quòd libellus cõtinere debet duas propoſitiones, ſcilicet

licet Maiorem & Minorem, & quoque Concluſionem: vel vnam propoſitioné in forma Enthymematis, & Concluſionem, quę ex illa propoſitione ſequitur. Quod autem dico de propoſitionibus, non debet intelligi eo modo, quo Dialectici Syllogiſmum vel Enthyme ma faciunt, quia Dialectici in Syllogiſmis pleruną; vtuntur loco propoſitionis Maioris communi aliqua ſenteñtia, vel regula, quam poſtea in Minori ſubſumunt, & ex vtraą; colligunt Concluſionem. Sed propoſitiones in libellis hoc modo non proponuntur. Nam Bart. in l. Si prius mihi, in viij. collat. ver. Quintò oppono, ff. de no. oper. nũc. & Dn. Iaſ. in. §. Omniũ. Inſti. de actio. ita dicunt: Sicut ars logica habet Maiorem propoſitionem, Minorem, & Cõcluſionem, & ex iſtis effectualiter conſiſtit argumentum: Ita apud Legiſtas libellus effectualiter debet ex duabus propoſitionibus, ſcilicet Maiore & Minore, & ex petitione concludenti conſiſtere. Sed hoc caſu loco propoſitionis Maioris, ponitur ipſa facti narratio, & ex illa facti narratione poſtea quædam cauſa ius Actori tribuens, quæ dicitur medium concludendi, colligitur. Et hæc cauſa agendi, quæ ex ipſa facti narratione colligitur, habetur loco propoſitionis Minoris. Ex narratione autem facti, & cauſa inde reſultante, ſequitur petitio Actoris, quæ habetur loco Concluſionis. Exemplum.

¶ Si Actor in rei vendicatione vult formare libellum, primò narratur, qualiter res ad ipſum peruenerit, & ex illa narratione infert cauſam, ſcilicet dominium, & ſubiicit deinde petitionem, hoc modo, quòd primò narrat, qualiter rem à domino emerit, & quòd ei tradita ſit: hæc narratio habetur loco propoſitionis Maioris, & continet cauſam remotam. Ex hac ergo narratione ſequitur cauſa agendi propinqua, ſcilicet dominium, quia titu. ſcilicet emptio & venditio à domino facta, ſunt cauſæ dominii. Colligit autem ex iſta narratione facti cauſam agendi, & medium concludendi, hoc modo: Quia ex iſta emptione & venditione, mihi à domino facta, factus ſum dominus rei emptæ & traditæ. §. Per traditionem, cum ſimilibus. Inſtit. de rerum diuiſione. & Reus iſtam poſsidet &c. hoc habetur loco Minoris. Et ex eo colligit petitionem, hoc modo: Peto ergo illam rem mihi adiudicari. Quæ petitio loco concluſionis habetur. Et hoc procedit, quando libellus formatur ad modum Syllogiſmi. Et in ſumma, hoc caſu narratio cauſæ remotæ cuiuſlibet actionis habetur loco propoſitionis Maioris, ſed narratio cauſæ propinquæ loco Minoris. Si autem ad ſimilitudinem Enthymematis forma-
19 tur libellus, ſatis † eſt vnam ex cauſis exprimi, ſiue ſit remota, ſiue propinqua. In hoc tamen diſtinguendum. Aut enim inſtituitur actio realis, Aut perſonalis. Si reali agitur, ſufficit vnam tantùm exprimi, quæcunque ſit, & ſequitur concludens petitio. Nam ſi Actor narrat, quòd rem emerit, & traditam acceperit ab eo, qui fuit dominus licet non exprimat, quòd ex hoc dominium acquiſierit, tamen petere poteſt rem ſibi adiudicari, quia ex diſpoſitione Iuris ineſt cauſa propinqua, ſcilicet dominium dicto. §. Per traditionem. Inſtituta, de rerum diuiſione. Commodius tamen eſt exprimere cauſam propinquam, ſcilicet domi-

nium, vel ius, vnde immediatè actio
20 oriatur. Quia actio † realis ſemper eſt vniformis, nec mutaſ ꝑpter varietatē modorum, ex quibus dominium, vel ius oritur. l. Et an eandem. §. Actiões. ff. de excep. rei iudi. Quo ad hoc tamē ſatius eſſet in reali actione exprimere tantum cauſam remotam, eo quod ſi ꝗ Actor, qui expreſsit tantum cauſam remotā, non potuerit probare cauſam expreſſam, & ideo ſuccūbuerit, poterit poſtea eandem rem ex alia cauſa petere. Nec obſtat ei excep. rei iudic. Secus ſi cauſam propinquam, ſcilicet dominium, vel ius, in libello expreſſerit. Tunc enim ſi dominium ex vna cauſa probare voluerit, & ſuccubuerit, amplius non admittetur. Si vellet probare ex alia cauſa, quia exprimendo propinquam, cenſetur omne ius, quod habebat & ſic omnes cauſas remotas ſimul in iudicium deduxiſſe, vt habetur in .c. Abbate, de re iudi. in. vj. In actiõe vero perſonali non ſatis eſt exprimere cauſam propinquam. ſ. obligationem.
21 Quia † obligatio nõ ſemper eſt eiuſdem naturæ, ſicuti dominium, ſed ex ſingulis cauſis ſingulæ obligatiões naſcunt, nec vna alteri⁹ obligatione vitiaſ. d. l. Et an eadem. §. Actiones. Ideo de neceſsitate requiriſ, vt in his exprimaſ cauſa remota, in illum quoque finem, vt Reus cognoſcat, vtrum conueniatur actione bonæ fidei, vel ſtricti iuris, cū ſint diuerſæ naturæ. Vide q̃ no. in. d. Actiões. & in. d. c. Abbate. Et de hoc dicem⁹ infra copioſè in. c. ſeq.

22 ¶ Cauſa finalis † libelli eſt, vt Actor obtineat ſententiam, ſecūdū petitionē in libello expreſſam, vt no. in. §. Curare. inſti. de Actio.

¶ Effectus libelli ponit gl. quatuor hic.

¶ Primus eſt, ꝙ per libelli oblationē q̃ fit Reo ꝑ iudicē ꝑpetuaſ actio ānalis

Secundus quod poſt oblationem res petita fit litigioſa.

¶ Tertius eſt, ꝙ inter rūpi ꝑſcriptio.

¶ Quartus eſt, ꝙ eius omiſsio reddit proceſſum nullum, per iura hic allegata in gl. Quia glo. dicit, ꝙ libelli oblatio ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarii.

¶ Quod ad primum effectum attinet tu adde, ꝙ hic effectus procedit, quando libellus offertur ſummo principi,
13 † Tum eīn actiones annales ideo perpetuantur, & ad hæredes quoque trāſmittuntur, ꝙ talis oblatio habet vim litis conteſtat. Alias enim ſola libelli oblatio non inducit perpetuationem actionis annalis ſed requiritur litis cōteſtatio, vt no. Bar. & alii, in. l. j. C. Quādo libel. prin. da. fa. litis conte.

¶ Quod ad ſecundum effectū attinet, dic ſecūdū Bar. in. l. j. C. de litigio. Aut agitur reali, aut perſonali, aut mixta actione, Si agitur reali. Aut agitur re
14 ven. aut publiciana, & res † fit litigioſa per libelli oblationē. Et in hoc caſu loquuntur per iura glo. alle.

¶ Aut agitur cõfeſſoria, negatoria, vel hypothecaria, & nõ fit litigioſa ſola libelli oblatione, vt habeſ & no. in. §. Ad hoc, in Autē. de liti. colla. viij. Requiriſ igitur litis conteſtatio.

¶ Aut agitur actione perſonali, & per ſolam libelli oblationē nunquā fit res litigioſa, ſed per litis conteſtationē, vt no. per gl. & dd. in. l. Quanquā. §. Iulianus, in verbo iudiciū. ff. de aqua plu. ar. & glo, in. l. ij. C. de litigio.

¶ Aut agitur actione mixta, vt Fami. herc, Communi diuidundo, vel Finiū regun. & diſtinguæ.

¶ Aut

¶ Aut eſt actio vniuerſalis, vt fa.erc. & res,ſit litigioſa per ſolam controuerſiam.l. Diuns cũ ibi not.in princ.ff.de peti.hære.l. Alienationes.ff.fa. her.

¶ Aut eſt actio ſingularis,& ſit res litigioſa,per ſolam litis conteſtationem. l.j.in fin.C. Communi diuidun.

¶ Quod ad tertium effectum attinet, dic præſcriptionem eſſe duplicẽ. Quædam eſt merè fauorabilis,Quædã verò odioſa,Quædam verò mixta. Fauorabilis dicitur vſus capio,quæ triénio cauſatur,cũ titulo & bonafide,vt Inſti. de vſucap.in prin. Eſt enĩ introducta in fauorem poſsidentis, cum titulo & bona fide,vt Inſti.de vſuſca.in princi. Eſt enim introducta in fauorem poſsidentis,cum titulo & bonafide rem mobilem,vt no.in.c,Poſſeſſor:de reg.iu.in

25 vj. Et hæc † non interrumpitur per libelli oblationem,quia regulariter per litis conteſtationem non dicitur interrumpi,vt habetur & no.in.l ij.§.Si rẽ alienam.ff.pro empto.Odioſa vero dicitur,quæ inducitur in odiũ negligentis.& hæc interrũpitur per ſolam citationem,& ſic per libelli oblationẽ,quę reo fit.l.Cum notiſsimi in prin.cũ ibi no.C.de præſcri.xx.an.Mixta dicitur præſcriptio x.ann.inter Præſentes, & xx.annorum inter abſentes, quæ partim in fauorẽ præſcribentis,& partim in odium negligentis eſt introducta. Et hæc interrumpitur per litis conteſ. l.Moræ litis,cum ibi no.C de rei ven. Vide de hac materia gl.in.c. Illud.in verbo,Interruptio.j.de præſcri.

Quod ad quartum effectũ attinet,

26 ſ.vtrum † libelli oblatio omiſſa viciet proceſſum,dic ꝙ gl.ponit hic duas opiniones.Prima eſt. ꝙ ſit de ſubſtantia proceſſus, & quod eius omiſsio vitiet proceſſum,de iura hic in gl.alle.

Secunda eſt,ꝙ expreſſe remitti nõ poſsit,ſed tacitè.ſic ad ſimilitudinem iuramenti calumniæ.Sed Io.Andr.in Cle.Sæpe,de ver.ſig.ponit aliam opi. & diſtinguit.

Aut libellus petitur à Reo,& eſt de ſubſtantia.Aut nõ petitur,& nõ eſt de ſubſtantia,ſed ſatis eſt ꝙ in actis reperiatur qualis petitio,ſuper qua poſsit fieri litis conteſt. Et hanc opinionem quitur hic Ant.de But.& refert cum Cy.in.d.Autẽ.Offerat.C.da lit.cõteſt, & Andr.Barb.hic

Quarta opinio eſt ꝙ expreſsè & tacitè remitti poſsit:hanc opinionem tenet glo.in.§,Sancimus,in verbo,Libellum.ver.Item fallit,in Auten.de exhi. reis.

Tu in hac materia dic breuibus,Libelli oblationem eſſe duplicẽ,vt diximus.Quædam enim fit Iudici. Quædam verò parti reæ. Ea quæ fit iudici per Actorem: in impetratione citationis,non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarii, quia ſatis eſt Iudicem adire, & citationem impetrare,licet ipſi nullus offeratur libellus, vt ſuprà diximus. Ea verò libelli oblatio, quæ fit parti reæ, quoque duplex eſt.Aut enĩ ſum⁹ in cauſis,in quibus ex diſpoſitione iuris ſummariè proceditur, vt in cauſis electionum,poſtulationum,prouiſionũ,matrimonialiũ Etc.Et libelli oblatio quoque non eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarii.per text.expreſſ.& quæ ibi no:in Cle. Diſpendioſam,de iud.

Aut ſumus,in cauſis,de quorũ natura non poteſt ſummariè procedi ſubdiſtingue.

Aut cauſa agitur coram arbitro,vel coram Iudice. Si corã arbitro agitur,

& obſeruatur forma compromiſsi,ſicu ti inter partes conuentum eſt ,hoc eſt, ſi partes conſenſerunt libellũ offerri. Sin minus,non offertur nec vitiatur proceſſus ,quia forma totius proceſſus coram arbitris pendere poteſt ex compromiſſo.l.Diem proferre.§.Si quis litig,ver.Proinde,ff.de arbitr. Et ita quoq; decidit Panor.hic.Et in hoc caſu intelligi poteſt opi.glo.in.d.§.Sãcimus.

¶ Aut cauſa agitur coram delegato, Aut ordinario. Si coram delegato , & inſpiciendæ ſunt literæ commiſsionis & delegationis,hoc eſt , ſi Ordinarius delegauit,ꝙ ſummariè procedere debeat,& tum libelli oblatio non eſt de ſubſtantia proceſſus. Si verò nõ ſummariè delegauit , & requiritur libelli oblatio,per tex.expreſſ.in Cle.Sæpe. §.Nos autem,in verbo , Neceſſariò libellum non exigat.de ver.ſig

¶ Aut agitur coram Iudice ordinario, qui ſequi tenetur ordinẽ & proceſſum
27 Iuris,& tum † libellus Reo offerẽdus eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarii, ad eo ꝙ eius omiſsio viciet totũ proceſſum,per iura hic in gl,alleg.

¶ Et probatur hoc pciſe per tex.in.d. Auten.Offeratur,vbi text.imperatiuè exigit Reo libellum offerendũ eſſe :& addit in fine.Si factum nõ fuerit,quod litis conteſtatio ſecuta nulla ſit.

¶ Secundo probatur expreſsè,per tex. in.d.Cle.Diſpẽdioſam.& .d.cle. Sæpe, ſumpto arg.à contrario ſenſu,Et dicit Bar.in.d.Autẽ.Offeratur.ver. Vltimò quæro,ꝙ talis oblatio libelli non exigitur tantùm ad vtilitatem partiũ,ſed etiã fit ad vtilitatem Iudicis , vt ſciat ſuper quo debeat ferre ſententia ,quæ ſemper debat libello eſſe conformis.§. Curare.Inſtit.de actio.l.Vt fundus.ff. Cõmuni diui.iunc.c.Licet Heli,& ibi gl.ſ.de ſimo.Igitur illa libelli oblatio nec tacitè,nec expſsè à partib⁹ põt remitti , quia fauore publicæ vtilitatis introducta eſt.c. Si diligenti.j.de fo.cõpet.Præterea iura de libelli oblatione diſponentia,loquuntur de certa ſolẽnitate in actibus hominũ,quæ quoque conſenſu partium remitti nõ poſſunt. l.Nemo poteſt.ff.de leg.j.l. Ius publicũ.ff.de pac.cũ ſimili, Igitur certũ eſt, ꝙ in cauſis non ſummariis , q̃ aguntur corã Iudicib⁹ ordinariis , libelli oblatio,quæ Reo fit,eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarii.Ita decidunt hic Inn.Io. de Imo.Pa.& An.Bar.& Bar.in.d.Aut. Offeratur.Nec põt hoc habere dubiũ.

Innocentius. III.

SIgnificantibus T.&R.fratribus noſtro fuit Apoſtolatui declaratum , quod cum inter ipſos ex vna parte & V. ex altera ſuper quadã terra corã Iudicibus delegatis tracti fuiſſent in cauſam ,oblato eis libello:illi cũ plures terras haberent,vt terra illa ,ſuper qua quæſtio vertebaẽ,oſtẽderetur eiſdẽ,à Iudicib⁹ poſtularunt, Qđ cũ ipſi facere denegarẽt, ad noſtrã audientiã prouocarũt. Quo circa mãdamus quatenus,ſi eſt ita reuocato ĩ ſtatũ debitũ ſi qđ poſt appellationẽ

huius

huius noueritis attẽtatũ &c.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Generalis libellus, vbi de generalitate non excipitur, eſt admittendus.*

2 *In iudicium quis trahi cenſetur per ſolam citationem.*

3 *In actionibus realibus ſingularibus, quæ ſint exprimenda.*

4 *Generalitas in ſubſequentibus probationibus poteſt ſpecificari.*

5 *Rem ſimpliciter petẽs, videtur totã petere. Itẽ partis appellatiõe an veniat dimidia remiſſi.*

6 *Proximi vicini in libello non ſemper neceſſariò exprimendi.*

7 *Incerta petitio in caſu admittitur.*

8 *Cauſam remotam in rei vẽdicatione vtilius eſt Actori, quam propinquam exprimi.*

9 *Cauſa remota expreſſa Actor ſuccumbens poterit denuo ex alia cauſa exceptione rei iudicatæ non obſtante, agere.*

10 *Cauſam propinquã in realibus actionibus exprimi confert Reo.*

11 *Vniuerſales actiones quæ dicantur, quidue in eis exprimendum.*

12 *In actionibus generalibus q̃ exprimi debeãt.*

13 *Vniuerſales & generales actiones, quomodo differant.*

14 *Emendare, mutare, & accumulare actionem, differunt.*

15 *Emendatio libelli, an & quando ſit licita circa ipſam rem.*

16 *Emendatio libelli cauſa formali.*

17 *Subſtantialia libelli duplicia.*

18 *Emendatio libelli in cauſa materiali.*

19 *Res eadem ſeu diuerſa, quãdo cenſeatur peti, remiſſiuè.*

20 *Libellus etiã poſt litis conteſtationem mutari poteſt, minuendo ſcilicet petitionẽ, dolo tamen in hoc interueniente.*

21 *Imo, & lite conteſtata, augeri põt, circa acceſſoria litis conteſtationem.*

22 *In actionibus vniuerſalibus & generalibus, an & quãdo libello addi & detrahi queat.*

23 *In actionibus generalibus & vniuerſalibus, quo ad emendationem libelli, quæ lite conteſtata, nõ admittitur vbi libellus ad certas ſpecies fuerit reſtrictus, nulla eſt differentia.*

24 *Cautela pro Actore, ne in iſtiuſmodi actionibus libellum ad certam ſpeciem reſtringat.*

25 *Emendatio libelli, circa qualitatem rei petitæ, quando permiſſa.*

26 *Obſcura & ambigua libelli verba, licitè vſque ad ſententiam declari poſſunt.*

27 *Mutatio libelli quando admittatur.*

28 *Clauſula, ſaluo iure addendi, minuendi &c. quid operetur.*

29 *Mutatio libelli à legis diſpoſitione, non à libellantis voluntate, dependet.*

30 *In ſecunda inſtantia, an & quando libellus mutari queat.*

31 *Accumulatio regulariter, vſque ad litis conteſta. permittitur.*

32 *Regula iſtius fallentia.*

33 *Res & fructus, an ſimul eodem in libello peti poſſint.*

QVVM agitur actione reali, non ſufficit rem gñaliter peti, ſed ita debet ſpecificari, vt ceſſet obſcuritas & æquiuocatio. h. d. ſecundũ Feli. & Panor. Vel ſic magis propriè ad propoſitum noſtrũ: Licet
1 † libellus generalis admittat, ſi Reus non oppoſuerit exc. Tamẽ ſi gñalitatẽ in modũ exc. obiecit, debet reiici libellus, aut, ſi illa exceptione non obſtante, fuerit pronũciatũ, libellũ admittẽdũ, valeret ſnĩa ipſo iure, ſi nõ appellaret: ſi aũt appellaret, poſt appellationẽ Iudices nõ poſſent ꝓcedere. h. d. in effectu ſecũdũ And. Barb. Caſus.

¶ Pone: quidam inſtituit rei vendicationem, coram Iudicibus delegatis, & formauit libellum nimis genera-

lem,petendo ſcilicet ab aduerſario terram ſine aliqua ſpecificatione finium limitum,vel aliarum qualitatum. Iam prima quæſtio eſt vtrum is libellus ipſo iure valeat,ſine ope excep. Et deciditur communiter quòd valeat ſi generalitas non oponatur. Sufficit enim quod in probationibus declaretur obſcuritas & generalitas de hoc eſt gloſ. in l.j.§.ſi quis argentum in verbo infrà di.ff. Depoſi. & de hoc infrà dicemus. Ideo Reus in terminis noſtri c. oppoſuit generalitatem per modum excep. quod ſcilicet non eſſet admittendus libellus propter nimiam generalitatem quia cùm terra in genere peteretur, & ipſe haberet plures terras non poſſet eſſe certus,quam terram Actor peteret & ſic non poſſet deliberare,an velit cedere vel contendere,ideo petiit vt certificaretur terra petita.Super hac exceptione delegati interlocuti ſunt, quòd illa exceptione non obſtante,Reus deberet libello reſpondere. Reus autem ab illa interlocutoria appellauit ſed delegati habebant illam appellationem pro friuola,ideo nolebant eidem deferre, ſed ea pendente procedebant. Iam quæritur,vtrum libellus generalis poſt obiectionem generalitatis per modum exceptionis admittendus ſit. Secundò, ſi contra fuerit pronunciatum, an appellari debeat. Tertiò ſi poſt appellationem Iudex inferior vltra proceſſerit,an proceſſus ſit nullus.

Tex. noſter hic non reſpondet ad primã q.ſed ad duas poſteriores, quod ſcilicet ab interlocutoria appellari potuerit, & quod proceſſus poſt appellationem attentatus ſit nullus, per text. hic. Sed prima q.probatur per text. & quæ ibi not.in l.fi.in fi.C. de anna.excep.& per d.gloſſ.in l.j.§.Si quis argentum. ff. depoſ. Et infrà copioſius de ea re dicemus.

2 Nota primo ex hoc text. ſecundum Panor.hic,†quod quis dicatur in iudicium trahi per ſolam citationem etiam ante libelli oblationem, & litis conteſtationem,quod facit ad ſtatuta diſponentia pœnam trahenti aliquẽ ad certum iudicium & facit ad materiam ca. Si diligenti ſupr.de fo.compe.Alia notab.ſunt facilia.

Glo.in verbo,Significantibus, diuiditur principaliter in duas partes. In prima tractat,quod in vno quoq; libello ſecundum actionis cuiuslibet naturam,exprimi debeat. In ſecunda, quæ eſt ibi,Item nota,tractat quæſtionem, an & quando libellus poſsit mutari.

Prima pars glo.ſubdiuiditur in tres partes.In prima ponit, qualiter fiat expreſsio in actionibus ſingularibus. In ſecunda,quæ eſt ibi,In vniuerſa.ponit naturam actionum vniuerſaliũ in hac materia.Tertia,quæ eſt ibi,In generalibus ponit quid exprimi debeat in actionibus generalibus.

Sumamus igitur primam particulã primæ partis principalis,ſcilicet de actionibus ſingularibus quam gloſ.;iterum diuidit in duas partes ſcilicet in actiones reales & perſonales. Materiã autem actionum realium primò abſoluit, & concludit, quod in actionibus realibus ſingularibus tria ſunt in libello exprimenda de neceſsitate, ſcilicet ipſa res:ſecundo an petaẽ tota vel pars rei tertio duo proximi vicini.

Quod ad primum attinet,ſcilicet de expreſsione rei, Tu ex mente Doctor. hoc modo diſtingue:

Aut petenda eſt res incerta vt homo

mo æquus, vel ſimile quid in genere, vel aliquod alternatiuum,vt illud aut illud,& ſufficit generaliter vel alterna tiuè petere.l.Vbi autem in princ.ff.de verb.oblig.& not.Barto. in l. ſi in rem ff.de rei vend.Sed hoc membrum non pōt propriè applicari ad actiones reales,quia ad perſonales pertinet.

Aut petenda eſt res certa non ex aliqua obligatione, ſed ex dominio, vel quaſi,Et dic:

Aut petitur res immobilis, aut mobilis.Si immobilis petitur, vt fundus, domus &c.Et dic:

Aut Reus habet tantum vnum fundum,& tunc ſi is fundus habet propriū nomen vt fundus Sempronianus, vel Cornelianus,& ſatis eſt exprimere nomen proprium illius fundi cum expreſſione loci,his verbis:Peto fundum Sempronianum ,quem Titius poſsidet in tali villa.Quia hoc caſu conſtat de corpore fundi petiti,igitur ſatis eſt.l. Certum.ff.ſi cer.pet.l.Si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.j.§. Si quis in nomine.Inſti.de lega.

Aut fundus non habet nomen proprium,Et dic:

Aut conſtat Reum tantum vnum fundum habere,& quoq; ſatis eſt petere fundum ſimpliciter,his verbis: Peto fundum,quem Titius poſsidet in tali villa.Arg.§.Nominatim autem Inſt. de exhær.lib.

Aut non conſtat Reum tantum vnū habere & exprimendus eſt ipſe fundus cum ſuis qualitatibus hoc eſt,an ſit aratorius,pratinus, vel ad vineam cultus, ad vitandam ſcilicet obſcuritatem. Ita decidit Hoſtien.quem refert & ſequitur And.Barba.hic per aliquot fundamenta,& probatur per tex. in l.ſi quis. C.de bo.proſcrip.

Si verò res mobilis petitur, diſtingue:Aut petitur homo, hoc eſt, ſeruus aliquis & dic:

Aut ignoratur nomen illius ſerui,& ſatis eſt vti demonſtratione quo poſsit de corpore cōſtare,his verbis:Peto ſeruum ex illa ancilla natum. d. l. ſi quis in rem ver.Sed ſi nomen.

Aut cōſtat de nomine,& tūc ſi Reus habet plures ſeruos eiuſdem nominis & exprimendum eſt nomen proprium ſerui, cum aliis qualitatibus, ſcilicet, vtrum puer an adoleſcens ſit dicta.l.Si quis in rem ver.Licet.

Si verò habet tantum vnum ſeruum illius nominis & ſatis eſt nomen proprium exprimere.l.ij.ff.de lib. & poſthumis.Aut non petitur homo, ſed alia res mobilis,& dic:Aut petitur materia infecta, aut ſpecies aliqua ex materia confecta.Si materia petitur,exprimenda ſunt tria prædicamēta, hoc eſt quid quale,quantum. Primò enim exprimi debet,quid ſit materia,an ſit aurum vel argumentum.Deinde, quantum auri, vt ſcilicet exprimatur pondus.Tertiò, quale aurum, an ſit Hungaricum, vel Rhenenſe.Ita qui vinum,vel frumentum petit,eodem modo exprimere debet,quid quale,quātum d.l.Vbi autem ff.de verb.oblig.d.l.ſi in rem.ver.Octauianus ita definit.Si verò petitur ſpecies aliqua, debet exprimi nomen ſpeciei,Vt ſi ſcyphus petitur exprimatur ſcyphus aureus vel argēteus tanti ponderis formam tamen exprimi non eſt neceſſe.an ſcilicet ſit rotundus vel quadratus d.l.Si in rem.ver. Nam illud in humanū. Ita in petitione veſtium,nomen & color exprimi debet nō autem an ſit noua vel attrita d. ver.Nam illud

Et ſi in petitione rei certæ iſtiuſmodi,
vel ſimiles expreſsiones omiſſæ fue-
rint,& Reus exceperit contra libellum
propter generalitatem, reiicitur libel-
lus.Si autem non exceperit &poſtea in
probationibus generalitas poteſt reſol
ui in ſpecificationem, ita quòd certa
ſententia poſsit ferri,valet libellus, vt
ſupra diximus, & infrà dicemus. Vide
Panor.& Feli.hic.& Bar.in d.l.Si in rē.
Et tantum de prima parte circa actio.
reales nes hoc eſt,de expreſsione rei.

¶ Secundo dicit glo.debet exprimi, an
petatur res tota, vel eius pars d.l. Si in
rem.Et eſt de hoc glo.in l.Pomponius,
in verbo,Rem meam.ff.de procura.Et
hoc ideo, vt Iudex poſsit ferre certam
ſententiam d.§.Curare.Inſti.de actio.
Sed hoc requiſitum gloſſ.dd. limitant,
quòd procedat tum,quando Actor pe-
tit partem rei,alioqui ſi totam rem pe
tit,ſatis eſt ſimpliciter exprimere rem
ſine expreſsione nominis tota. Quia
exprimendo rem ſimpliciter, videtur
totam petiiſſe. hanc limitationem po-
nit glo.in d.l.Si in rem,in verbo, To-
tam,& ibi Bar.& idem Bar.in l. de pu-
pillo.§.Qui nunciat.ff.de no.ope. nun.
Et probatur hæc limitatio. Primum,
quod in ſimili habetur, ſi quis in Iure
interrogatus fuerit ſimpliciter, an ſit
hæres,& ipſe reſpondeat ſimpliciter,ſe
hæredem eſſe: videtur ex illa ſimplici
reſponſione, reſpondiſſe ſe ex aſſe hæ-
redem eſſe. Secus, ſi interrogatus fue-
rit,an pro dimidia parte ſit hæres. Se-
cundo probatur per tex.in d.l.de pupil
lo.§.Qui nunciat.ff. de no.oper. nunc.
Vbi dicit tex. Toties autē demonſtra-
tio facienda eſt quoties in partem ſit
nunciatio. Cæterùm ſi in totum opus
fiat, non eſt neceſſe demonſtrare, ſed
hoc ipſum dicere,ſcilicet quod ſimpli-
citer fiat nunciatio, & videtur in toto
opere facta, licet nulla fiat mentio to-
tius.Tertiò probatur per tex. noſtrum
hic vbi ſimpliciter petebatur terra, &
non petitur declarari, an petatur tota,
vel pars terræ, ſed tantum vt declare-
tur, quænam ſit iſta terra. Et quoq; cō
cludit Panormi.hic, qui allegat ad hoc
multa iura concord.An autem partem
petens cenſeatur dimidiam petiiſſe, vi
de apud glo.in d.l.Si in rem, in verbo,
Totum.

¶ Tertiò dicit gloſſ. quòd exprimi de-
6 beant duo† proximi vicini illius fundi
vt in l.Forma.ff. de cenſib. Sed hoc di-
ctum gloſſ. dd.limitant quod procedat
quando ex aliis demōſtrationibus fun
dus non poſsit eſſe certus.Secus ſi poſ-
ſit eſſe certus ex aliis demonſtrationi-
bus,puta ſi haberet proprium nomen,
tum non indigeret alia demonſtratio-
ne.l.j.in fi.ff.de dote prælegat.l.j.in fi.
ff.de actio.emp.& per opt.text.in l.Cū
ſeruo.§.demonſtratione.ff.de contrah.
emp.Vbi dicit tex.expreſsè demonſtra
tione fundi facta confines nominari ſu
peruacuum eſt,& ita decidit Bart. in.l.
Libellorum,mihi in ij.colla.ff.de accu
ſa.& in l.Demonſtratio. ff. de condi.&
demonſ.Et eſt de hoc opt.tex.in.Olim
el.j.infrà de reſti.ſpol. Vbi petitur do-
mus habens proprium,nomen ſine ex-
preſsione vicinorum.Vide Panorm. &
And,Bar.hic.Sed contra prædicta op-
ponit gl. Imò videtur quod non ſit ne-
ceſſe in libellis vti iſtiuſmodi demon-
ſtrationibus rerum petitarum, ſed ſa-
tis eſſe quamlibet incertam petitionē,
per text.in l.Quem de tota. §. Incerta.
ff.de rei vend.l.Et ſi non omnes.§.ſi in
certam.ff.communi diuid.

Glo.

¶ Glo. ſoluit, quod illa contraria ponăt ſpeciales caſus in materia. l. Falcidiæ, Nam ſi tota hæreditas eſt conſumpta, legatis permiſſum eſt detrahere quar-
7 tam à legatis. † Quando ergo non conſtat, quid ſit in hæreditate, nec quid ſit legatum, non poteſt exprimi quanta ſit illa quarta, igitur admittitur illa incerpetitio in executione ſpecificanda. Et illa ſolutio approbatur.

¶ Quia ergo glo. abſoluit tria, quæ de neceſsitate in rei vendicatione exprimenda ſunt, iam mouet q. vtrum in rei vendicatione etiam cauſa remota de neceſsitate exprimi debeat, & hæc q. ſuprà eſt abſoluta, ideo breuibus abſolue mus. Et decidit glo. quod non. Eo ipſo enim, quod dicit Actor rem ad ſe pertinere iure dominii, vel quaſi cauſa propinqua expreſſa eſt, quæ omnes cauſas remotas in ſe concludit. Res enim amplius, quàm ſemel mea eſſe non poteſt, per iura, hic in glo. allegat. Sed gloſſ. in verb. Item & hoc nota, quod ſit magis commodum, an exprimere cauſam remotam, vel non exprimere, in effectu hoc modo diſtinguit: Si quęris de Acto-
8 ris commodo, & multo † vtilius eſt exprimere cauſam remotă, hoc eſt, quod dicat illam rem ad ſe pertinere iure dominii, vel quaſi quia ſit ei legata, vel donata vel vendita, & tradita, & probat ſic: Quia ſi Actor in libello exprimit vnam cauſam remotam, vtputa, quòd res ei ſit vendita, & tradita, ſi illam cauſam remotam probare non poterit, ita quod Reus abſoluatur, poterit nihilominus eandem rém petere ex alia cauſa, puta, quod ei legata, vel donata ſit.
9 Nec obſtat ei, quod Reus prius † ſit abſolutus, quando petit ex alia cauſa. l. Si mater. §. j. & ij. & l. Et an eadem. §. Actiones. ff. de excep. rei iudi. & probat hoc gl. ſecundo à ſimili, quia iudicium poſſeſſorium ſi prius intentatum eſt de adipiſcenda poſſeſsione, & Actor ſuccumbit, poterit poſtea inſtituere de recuperanda, nec obſtat except. rei iud. c. Inter dilectos, iun. gloſſ. in verbo, Diſſimilibus, infr. de dona. Sed contra hoc opponit glo. quod Actor, qui expreſsit vnam cauſam, & ſuccumbit, ex alia nõ poſsit agere, per tex. expreſſum in lege Duobus. §. Colonus. ff. de iureiur. Vbi dicitur, quod in quodam horto, quem colonus conduxerat, arbores ſuccisæ erant, & locator volebat agere contra colonum ſuſpectum, certum eſt, quod locatori competebant plures actiones pro arboribus ſuccisis, vt locati. Item ex lege. xij. Tab. de arboribus ſuccisis. Item ex l. Aquillia. Item ex Interdicto quod vi aut clàm &c. Et tamen ipſe, Actor elegit actionem locati contra Colonum, Colonus autem iurauit, ſe non ſuccidiſſe, Igitur locator ſuccubuit, propterea locator volebat agere ex alia cauſa, vt ex lege Aquilia. &c. quærebatur an poſsit. Et decidit textus, quod non, quia obſtat ei exceptio rei iudicatæ hoc non obſtante, quòd certam cauſam, hoc eſt, locati, in libello expreſſerat. Gloſſ. hic, quam ſequitur Panormitanus ſoluit, quòd in terminis dicto. §. Colonus, ex vna cauſa multæ oriebantur actiones, quia tum, vna intentata, & Actore ſuccumbente, alia inſtitui non poteſt. Nos autem hic ſumus in terminis, vbi ex multis cauſis vna naſcitur actio, igitur vna expreſſa, & non probata, poterit Actor redire ad aliam. Sed tu dic breuibus, quòd dicto. §. Colonus, nihil faciat ad propoſitum noſtrũ quia nos diſpu-

diſputamus de actionibus realibus.§. autem,Colonus, loquitur de actionibus perſonalibus ex delicto, ſucciſione ſcilicet arborum, deſcédentibus.Et hæc de commodo Actoris in rei vendicatione proponenda,dicta ſunt.

¶Quando autem quæritur,quid Reo magis conueniat,dicit glo.Reo multo
10 commodius eſſe cauſas † remotas in actionibus, realibus, non exprimere, ſed tantū cauſam propinquam, hoc eſt dominium,vel quaſi. Nam ſi cauſam propinquam tantùm deducit in iudicium,cenſetur omnes,ex quibus dominium oritur,in iudicium deduxiſſe,Igitur in articulis probatoriis, poſt litem conteſtatam:de cauſis remotis articulari debet, vt cauſa propinqua, ſcilicet dominium probari poſſit.Si vero hoc caſu ſuccumbit Actor,& poſtea ex aliqua cauſa remota agit,repellitur per excep.rei iudicatæ.d.l.Et an eadem.§. Actiones.ff.de excep.rei iudicatæ.Vide omnino,c.Abbate,cum ibi not.infr.de iud.in.vj.Et tantum de actione reali.

¶Quod autem ad actiones perſonales attinet,glo.concludit,quòd cauſa remota exprimenda ſit,per iura in ea allegata,& quia hæc.q.ſuprà quoque tractata,& eſt materia.c.ſequentis, nolumus eam copioſe diſputare. Vide Bar.in.d. l.Et an eadem,& dd.Et tantum de actionibus ſingularibus.

¶Nunc dicemus de ſecunda parte primæ partis principalis,ſcilicet de actio-
11 nibus vniuerſalibus,† quarum quatuor ſunt,quæ omnes competunt pro hæreditate tantùm cuius nomine comprehenditur vniuerſum ius defuncti vt petitio hereditatis familiæ hercíſc.actio ex teſtamento que datur pro hereditate ex Trebellia.reſtituenda,& actio ex empto.quæ datur quoties tota hereditas emitur. Sed Panor.hic dicit, quòd multæ aliæ poſſint numerari ad ſimilitudinem illarum quatuor, vt quando petitur villa ſeu caſtrum,cum pertinentijs ſuis.vt not. Innocen.in.c.Cùm ad ſedem,infrà de reſtitu.ſpolia.& Barto. in.d.l.j.ff.de æden.dicit quòd actio vniuerſalis dicatur,quæ datur ad aliquid, quod de ſui ſignificatione multa in ſe vniuerſaliter comprehendit. Et in his actionibus dicit glo.ſatis eſſe in libello dicete: Peto talem hæreditatem, quia ſum hæres.Idem dicit glo.in.l.j.in verbo,Et perinde.ff.de æden.Sed Ioan. de Imo.hic dicit,quòd licet is libellus in petitione hæreditatis poſſit ſuſtineri, per id quod habetur in .l.prima.ff.Si pars hære.pet.Tamen Reo inſtante,cogitur Actor exprimere, an ſit heres ex teſta.vel ab inteſtato.l.prima & ſecunda.ff.de petitione hæredita.& Barto.in dicta.l. Ex diuerſo.§. primo.ff.de rei vendic.& Andr.Barba.hic,& ideo addunt quòd verior libellus eſſet in hac forma, quòd narraret Actor ſe hæredem Titij eſſe ex teſta.vel ab inteſtato, ſecundum facti contingentiam : & vt quoque narraret,quomodo Reus poſſidebat res hæreditarias,& petere ſe declarari hæredem eſſe Titij,& Reum per officium Iudicis condemnari,& cogi ad reſtituendum res hæreditarias, quas detinet.Et ideo dicit Barto.in dicta.l.prima in princip.ff.de æden.quòd id petitione hæreditatis non ſit bonus libellus,quando petitur his verbis: Peto hæreditatem.Quia ſi agit petitione hæreditatis neceſſe eſt eum eſſe hæredem.Si autem eſt hæres,habet hæreditatem.prout eſt ius lege. Cùm hæredes.in princip.ff.de acquirenda poſſeſſione.Non eſt ergo neceſſe petere hæreditatem ſed ſic debet libellus conclu

der

dere Peto me pronunciari hæredem, & aduerſarium cogi ad reſtituendum quidquid tenet, & poſſidet de dicta hæreditate, ſicuti Iuriſconſul. in lege Licet. ff. de petitione hęredita. libellum forma. Panormi. tamen hic, & Andr. Barb. dicunt quòd gloſſ. hic & in dicta lege prima poſſit ſuſtineri. Nam quan do dico: Peto hæreditatem, quia ſum hæres, idem eſt, ac ſi peterem res hæreditarias. vt eas poſſideã nomine meo. Et facit ad hoc quæ not. Bald. in lege prima mihi. in nona columna verſicu. Circa primum. C. Qui admit. ad bono. poſſeſ. Vbi quærit, quidam coram Iudice dicit: Domine Iudex, agnoſco do minium rerum, vel volo eſſe dominus rerum talis cognati mei, an is videatur agnouiſſe bonorum poſſeſſionem & concludit quòd ſic. Quia quando verba tendunt ad eundem finem, debent idem operari. l. Quoniam. C. de teſta. l. ſecunda. ff. de præto. ſtipulat. l. Etiam hoc modo. ff. de lega. primo. l. Si quis mihi bona. §. Sed quid ſi. ff. de acquir. hæredita. Et ideo dicit Bartolus in dicta lege. Ex diuerſo, verſicu. Vbi autem, in princi. ferè, quando peto quem condemnari ad reſtitutionem petitione hæred. vel rei vend. quia ſum dominus, vel hæres, per conſequens videor petere me pronunciari hæredem vel dominum, & ſi hoc non pronunciatur expreſſe, videtur tacitè pronunciari Reum condemnandum ad reſtitutionem rei, Argu. l. prima. C. de ordi. iudi. Quare ſecundum Doctor. hic, poteſt defendi gloſſ. hic. Et tantum de actioni bus vniuerſalibus.

¶ Actiones generales ſunt, Actio tutelæ. Negotiorum geſtorum Pro ſocio &c. De quibus in dicta lege prima. ff.

12 de æden. Et in his dicit glo. †ſatis eſſe exprimi cauſam vel factum, his verbis Peto rationem de adminiſtratione, quã geſſiſti. nec requiritur expreſſio aliarum rerum. l. Licet. C. de iud. Eſt tamẽ conſultius exprimere capita. ſuper qui bus petitur ratio adminiſtrationis. Nã ſi quis geſſit alicuius tutelam, poterit conueniri, vt ſuper multis capitibus reddãt rationem adminiſtrationis. Igitur poterit fieri quòd petatur ratio totius adminiſtrationis, vel quarundam partium. Igitur commodum eſſet, in libello exprimere eas partes, ſuper quibus peteretur adminiſtrationis ratio. Et ſi in libello expreſſio non fieret, ꝙ poſt litem conteſtatam, in proſecutione cauſæ fieret, alioqui, ſi generaliter in libello eſt petitum, & in proſecutione cauſæ quædam tantùm negocia expreſsè deducta ſunt, quædam verò nõ item & Reus abſolueretur, obſtaret Actori exceptio rei iudicatæ, ſi de aliis non expreſſis vellet de nouo agere. d. l.

13 Licet. & quæ ibi no. Et †ideo differunt actiones vniuerſales à generalibus. Primùm in eo, quòd in vniuerſalibus vniuerſaliter petitur & fertur ſententia, nec cogitur quis exprimere res, vt ſuprà diximus, & ſi in his ab initio actũ eſt ad certam ſpeciem, nihilominus venit omne id, quod tempore ſententiæ Reus inuenitur poſſidere. l. iiij. cũ ſimi libus. ff. de pet. hæred. In generalibus verò poteſt quidem libellus generaliter concipi, ſed poſt litem conteſtatam in proſecutione cauſæ expreſſio facienda eſt. Nam ſi ab initio generaliter eſſet actum, & in proſecutione tantùm vna ſpecies expreſſa, vt ratio adminiſtrationis ſuper ſale, aliæ adminiſtrationes non venirent. d. l. Licet. & illas differen

differẽtias colligit Spe.in.§. Sequitur. ver.Sed quæ eſt differentia,in tit.de actio.& petit.Vide Panor.hic,& quæ no. in.d.l.Licet.Et tantum de actionib' generalibus,& de prima parte principali huius glo.

¶ Nunc ſequitur ſecunda pars,quæ eſt ibi,Item nota quæ habet hanc.q. an & quando libellus poſsit mutari,emendari & corrigi,& glo.ſatis couſuſè illam q.determinat.In effectu tamen hoc mo do diſtinguit:

¶ Aut libellus nõ eſt Reo exhibitus p Iudicẽ,& poterit Actor mutare,corrigere,emendare.imò in totũ ab agendo deſiſtere,quia nemo inuitus agere cõpellit.l.Vnica.C.Vt nemo inui.ag.vel accu.cog.Aut.Qui ſemel,in prin.C.Quo mo.& quan.iud ſumpto arg. à contrario ſenſu.Aut libellus eſt Reo exhibitus,& ſubdiſtinguit:

¶ Aut Actor competunt plures actiões, & ipſe ex iſtis omnibus eelegit vnam, quam in libello deduxit,&dic:Aut ſunt tales actiones,quæ tolluntur electione hoc eſt,quòd vna intentata, alia eligi non poteſt,de quibus in.l.j.C. de furt. l,vlt.C,de codicill.l.Quod ad hæredẽ. §.Eligere.ff.de tribut.actio.l. Commiſſoriè.C.de pact.inter emp.l.Cùm filius §.Varijs.ff.de legatis.ij.Et in hoc caſu non admittitur variatio, vel mutatio.

¶ Aut non ſunt tales actiones,quæ tolluntur electione,ſed quod vna intentata,alia intẽtari poſsit.& ſubſtiſtinguit:

¶ Aut lis nondum eſt conteſtata,& poterit fieri mutatio,vel emendatio.in totum tamen Actor non poterit deſiſtere reo inuito.d.Ant.Qui ſemel.&.l.iij.C. de edendo.

¶ Aut lis eſt conteſtata,& dicit: Aut Actor primam actionem non vult mutare aliam inſtituendo,ſed tantùm priori actioni aliquid addere.Et tunc, ſi ex primo libello Reus potuit eſſe inſtructus,& talis additio ſine eius præiudicio fieri poteſt,& eſt licita,nec dantur Reo de nouo induciæ,nec etiam condẽnatur Actor propterea in expenſas.c. Literæ.infr.de dila.

¶ Aut Reus ex priori actione nõ poterit eſſe inſtructus,neque etiam ſine ei' præiudicio poterit fieri talis additio,& dandæ ſunt Reo de nouo induciæ ad deliberandum,& quoque tenetur Actor ipſi ad intereſſe,propter variationem. l.de ætate.§.vltimo.ff.de interro.actio. l.Eum quem temere.ff.de iud.Hæc gl. in effectu.Sed hæc deciſio glo.ita confuſe tradita eſt,quòd materia ipſius q. non poſsit ex ea ſufficienter intelligi.

14 Nam omnino†diuerſa ſunt, emendare,mutare & accumulare. quæ omnia glo.cum vna deciſione complexa eſt. Emendare enim actionem, nihil aliud eſt,quàm corrigere,ſuperflua reſecare, verba mutare,ſententia tamen permanente,addere,vel detrahere, declarare obſcura,vt colligitur per tot,de emenda.C.Iuſtinia.Mutare autem eſt actionem intentatam omittere,& nouã proponere,vt colligitur ex.l.Vnic. C. de muta.no.Accumulare autem eſt vnam actionem cum alia coadunanre,vt quia primò intentauit vnam actionem nunc intentat aliam,& vult ſimul proſequi quod fieri poteſt.vt infrà dicetur.Quia ergo iſta tria diuerſa ſunt,nos ſingula ordine examinabimus,quando ſcilicet liceat emendare,mutare,vel accumulare.

15 Et primum,an & quando Actor poſſit libellum emendare.

¶ In hac q.tu poſt Panor.hic,Bar.Bald. & Alex.de Imo.in.l.Edita.C.de æden.

hoc

hoc modo diſtingue: Quado quæritur, vtrum libellus ſemel oblatus, emendari poſſit per Actoré. dic: Aut actor vult libellum emendare in cauſa formali.

26 ¶ In cauſa † formali dicitur emendari Libellus, quando ea, quæ de ſubſtantia vniuſcuiuſque libelli requiruntur, primùm omiſſa ſunt, & Actor poſtea vult illa ſubſtantialia addere, & libellum emẽdare. Pro intellectu iſtius diſtinctionis dic, quòd ſubſtantialia vniuſcuiuſ-
17 que libelli ſunt duplicia. † Quædam enim ſunt talia ſubſtantialia, quorum omiſſio nõ viciat libellum ipſo iure, ſed tantùm ope except. quale eſt illud ſubſtantiale, quòd quilibet libellus debet eſſe clarus & perſpicuus, non autem obſcurus, vt ſuprà diximus, in definitione libelli. Sed tamen omiſſio iſtius ſubſtãtialis non viciat libellum, ipſo iure, ſed admittitur, niſi Re° exceperit de obſcuritate. l. fi. C. de anna. excep. & ſuprà dictum eſt. Et hoc caſu, quando Reus nõ excepit de obſcuritate admittitur emẽdatio libelli obſcuri vſque ad ſententiam, ſecundum Bar. in. d. l. Edita, mihi iu. vij. col. ver. Breuiter quãdoq;. Quædam verò ſunt ſubſtantialia, quorum omiſſio ipſum libellum viciat ipſo iure, etiamſi Reus non exceperit, qualia ſunt in cauſa criminali, quòd libellus debeat continere annum, menſem & locum. l. Libellorum. ff. de accuſa. & eſt opinio glo. in. l. In cauſis, in verbo, Secretarium. C. de accuſa. In ciuili verò cauſa ſubſtantialia libelli ſunt, quòd contineat concluſionem. Nam ſi concluſio ex præmiſſis non ſequitur, libellus ipſo iure nullus, vt ſi quis ita diceret: Peto centum, quia Cæſar eſt Ratiſponæ, vt no. dd. in. l. ij. §. Circa. ff. de doli excep. Item ſi in actione perſonali libellus non habet cauſam petendi, quoque deficit in ſubſtantiali. c. fi. infr. eo. Et deficientibus iſtis vel ſim libus ſubſtantialibus, quæritur, an Actor poſſit libellum emendare. & ſubſtantialia addere, diſtingue:

¶ Aut lis eſt conteſtata, & non admittitur emendatio, de nouo tamen poterit Actor vel accuſator agere vel accuſare, obſeruatis quæ hoc caſu requiruntur. d. l. Libellorum. ver. Quod ſi libelli, ff. de accuſationibus. Et vide gloſſ. magiſ. in. l. Edita actio. C. de edendo. vbi late Moderni.

¶ Aut lis non eſt conteſtata, & dic: us.
¶ Aut à lege, vel à Iudice eſt præfixel certus terminus, infra quem Actor vel accuſator agere, vel accuſare debeat, el tunc, ſi infra illum terminum egit, vs, accuſauit, omiſſis iſtis ſubſtantialibu e poterit ante lapſum termini libellum mendare, & ſuſtantialia addere: poſt terminum verò lapſum emendatio nõ admittitur. l. Accuſaturus, cum glo. ibi. ff. Ad. l. Iul. de adult. & facit ad hoc tex. in. l. Bonorum. ff. Rem ratam haberi.

¶ Aut non eſt præfixus terminus à lege vel à Iudice, & admititur emẽdatio ante litem conteſtatam. Vide Bar. in. d. l. Edita. & in. d. l. j. ff. de ædend. Et tãtum de emendatione circa cauſam formalem.

18 ¶ In cauſa † verò materiali dicitur libellus emendari, quando Actor vult emẽdare libellum circa expreſſionem rei petitæ. Et hoc fit duobus modis.

¶ Aut enim vult emendare circa rem vel ſummam petitam, Aut circa aliquã qualitatem.

¶ Primo caſu dic: Aut ſumus in actionibus ſingularibus. aut in actionibus vniuerſalibus, aut generalibus.

¶Si ſumus in actionibus ſingularibus, & quæritur,an poſſit libellus emendari circa rem petitam,addendo, vel minuendo,& dic.

¶Aut actor ante litem conteſtatã vult emendare,& dic.

¶Aut perſeuerat in petitione rei in libello prius expreſſæ, vult tamen circa illam ipſam rẽ aliquid addere vel detrahere, & permittitur emendatio.d.l. Edita,iunc.glo.in verbo,Emendari. C. de ædendo.Et eſt glo.hic. Vt ſi à Titio ſtipulatus fui x.& petii tantùm v.Vel ſi fui ab eo ſtipulatus totum fundum, & petii tantùm partem fundi, poſſum ſemper ante litem conteſtatam reſiduum, quod omiſſum eſt, addere.§.Sin minus,cum ibi not.Inſt.de actio.

¶Aut vult petere aliam rem, quæ non eſt comprehenſa ſub prima actione, & non poterit libellum emendare, vt ſi primò petiit fundum Sempronianum, & poſtea vult libellum emẽdare,& petere fundum Cornelia,non admittitur emendatio,quia eſſet planè noua actio.

19 †Et quãdo dicatur peti eadem res, vel diuerſa, vide quæ not.in l.Scire debemus.ff.de verb.obligat.

¶Aut poſt litem conteſtatã Actor vult emendare libellum,& dic.

¶Aut vult detrahere, aut addere. Si vult detrahere priori petitioni, & tũc.

¶Aut dolo exegit cautionem ab aduerſario,plus continentem quàm debebatur,& virtute illius cautionis egit in iudicio,ſi conſtiterit de dolo in cautione,& plus petitione,vtputa,quia aduerſarius debebat tantùm x.& ipſe extorſit cautionem ſuper xx & poſt litem conteſtatam non auditur,etiam ſi velit à priori petitione detrahere, & poſtea tantùm x.petere,nõ auditur,ſed amittit debitum.l.j.C.de plus petitio.

¶Aut non interuenit dolus, & poterit

20 †Actor etiam poſt litem conteſtatam à ſua petitione aliquid detrahere, & petitionem mutare, renunciando ſcilicet illi parti,in qua plus petiit.Sicuti enim poſſum toti liti renunciare,ita quoque parti litis.l.Poſtquam liti.C.de pactis. iunc.glo.Quæ de tota.C.de rei vendi. Si verò Actor poſt litem conteſtatam vult addere quidam,& dic.

¶Aut vult addere circa acceſſoria, vt circa fructus, & tunc, ſi vult addere de

21 his,quæ † occurrunt poſt litem conteſtatam, & poteſt addere. Secus in his, quæ occurrunt ante litem cõteſtatam. Argu.l.A Ediles.§.Item ſciendum.ff.de ædil.edic.l.At eius.§.fi.cum l.ſequent. ff.de aqua plu.arc.Et tantum de actionibus ſingularibus.

¶Si verò ſumus in actionibus vniuerſalibus & generalibus, & diſtinguendum eſt.

¶Aut Actor in libello non reſtringit ſe ad certam rem, ſe egit & concluſit

22 generaliter,vtputa, † in petitione hæreditatis non expreſsit certas res, ſed tantùm petiit ſe declarari hæredem, vel in actione tutelæ, quæ generalis eſt, petiit in genere rationem adminiſtrationis.Et hoc caſu poterit addere & detrahere, vſq; ad ſententiam.l.iiij.& l.Si quo tempore.ff.de peti.hære.Idem tenet glo.in d.l.Edita.Cyn.tamen,Pet. Bal.& Alex.de Imo.iudicant non opus eſſe diſputare, vtrũ in actionibus vniuerſalibus poſsit libellus poſt litẽ conteſtatam emendari, quando generaliter petitum eſt. Quia in petitione hæreditatis petit Actor ſe pronũciari hæredem,& ſatis eſt,poſtea autem in executione veniunt omnia bona hæreditaria,

tarla, vnde ſi poſt litem conteſtatã aliquid ex hæreditate ad Reum peruenit, quod tempore libelli non poſsidet, illud venit in hoc iudicio magis ex virtute actionis abſolutè propoſitæ, & ex ſui natura, quàm ex virtute emẽdationis, Igitur quãdo ita generaliter actum & petitum eſt, non eſt neceſſaria additio vel detractio. Et hoc verum eſt.

¶ Aut Actor in libello reſtringit ſe ad certas res, nec petiit generaliter, ſed ſpecificauit res, quas petebat. Et dubiũ eſt, vtrum poſt litem conteſtatã poſsit addere & libellum emendare. Spe. in tit. de actio. & petit. §. Sequitur. ver. Differunt autem, facit differentiam inter actiones vniuerſales & generales, quòd ſcilicet in vniuerſalibus, licet actum ſit ad certam ſpeciem, nihilominus tamen veniat omne id, quod tempore ſententiæ Reus inuenitur poſsidere, allegat d.l.iiij. & d.l. Si quo tempore. ff. de petit. hæred. In generali verò, ſi actum ſit ad vnam ſpeciem tantùm, non venire quod alia ſpecie contineatur. l. Licet. C. de iudic. Idem decidit, quo ad actiones vniuerſales, Raph. Fulg. in d.l. Edita, & Bald. ibi. in repet. Patauí. mihi in vj. coll. ver. Septimò oppono, aliter diſtinguit circa actiones vniuerſales, hoc modo: Si tota hæreditas tempore libelli alicui debetur, & ipſe in libello ſpecificat certas res, tunc, poſt litẽ conteſtatam, nihil poterit addere. Si autem tempore libelli non competebat tota hæreditas, ſed tantùm pars, vel dimidia, & reliqua dimidia accreſcit ei poſt litem conteſtatam, tunc poterit Actor illam dimidiam, quæ accreuit, in libello addere vt feratur ſententia ſuper tota hæreditate, allegat l. Si proponas. §. fin. ff. de inoffic. teſtamen. Sed hoc impugnat Alex. de Imo. in d.l. Edita, mihi in ij. col. ver. Alia concluſio. Nam licet tex. in d.l. Si proponas, loquatur quòd ius illud accreſcat, non tamen ibi continetur, quòd illa ipſa pars, quæ accreuit, addi poſsit poſt litem conteſtatam in libello. Et ideo Sali. Pau. de Caſtr. & Alex. de Imo. in d.l. Edita. & Anto. de But. hic concludunt, quòd id, quod poſt litem conteſtatam accreuit, non poſsit libello inſeri, in quo ſe ad certam partem reſtrinxit, ideo conclude breuibus,
23 quòd inter † actiones vniuerſales & generales, quo ad hoc, nulla eſt differentia. Et quòd non admittatur emendatio poſt litem conteſtatam, ſi libellus ad certas ſpecies fuerit reſtrictus, probatur d.l. Non poteſt. ff. de iud. Ita decidunt Petr. Cyn. Bart. & Alex. de Imo. in d.l. Edita, & Panor. hic. Idem decidit in effectu Spec. in. §. Nunc oſtendamus, in princ. in tit. de libel. concept. Igitur di-
24 cunt Doctor. conſultum eſſe, † quòd in vniuerſalibus & generalibus iudiciis Actor non reſtringat ſe in libello ad certam ſpeciem, ſed faciat concluſionẽ vniuerſalem, ſeu generalem. Et tantum de emendatione libelli circa rem petitam. Nunc videbimus de emendatione libelli circa qualitatem rei petitæ, & diſtinguunt dd. hoc modo.
25 ¶ Aut per mutationem † iſtius qualitatis contingeret mutatio actionis propoſitæ, & non liceret. Exemplum. Si quis egit de vi priuata contra aliquem, & perſeuerat in illa accuſatione, mutat tamen qualitatem, & dicit vim publicam eſſe factã, non admittitur illa mutatio qualitatis, niſi finito primo iudicio, vt not. in l. Prætor. §. Hoc edicto. ff. de vi bo. rapt. Aliud exemplum. Pro ſimplici percuſsione datur actio iniu-

m riar

ſiarum ex l.Cornelia.§.Iniuria autē. Inſtit.de iniur. Pro percuſsione verò facta coadunatis hominibus, eſt actio l.Iul.de vi.l.ij.& iij.ff.Ad leg.Iul.de vi pri.& ſic ſunt diuerſæ qualitates. Item pro ſimplici homicidio eſt pœna gladii.vt ff.& C.per tot.Ad leg.Cornel. de ſicar. Pro parricidio autem eſt grauior pœna, vt ff.& C.per tot.Ad leg. Pomp.de parricid. Si nunc Actor primùm egiſſet pro homicidio, & poſtea vellet libellum emendare, & addere parricidium, non admitteretur, quia eſſet mutatio totius actionis, quia diuerſitas qualitarum efficit quoq; diuerſitatem pœnarum. Vide plura exempla apud Bart.in l Qui vxori.§.Quod tamen.ff.Ad leg.Iul.de adult.

¶Aut ex mutatione qualitatis nō mutatur quidem natura actionis, contingit tamen mutatio ſubſtantiæ facti, & quoq; non eſt licitā mutatio.

¶Exemplum. Si quis inſtituiſſet accuſationem adulterii contra vxorem, quòd adulterium cōmiſiſſet cum Caio, & poſtea vellet addere de Sempronio. non liceret.l.Denunciaſſe.§.Quid tamen.ff.Ad leg.Iul.de adult.

¶Aut per additionem nouæ qualitatis non cōtingit mutatio actionis,nec ſubſtantiæ,ſed augetur vel minuitur condemnatio ex virtute actionis propoſitæ.Et concludit Bar.in d.l.Edita, quòd hæc emendatio licita ſit, per tex.in l.In delictis.§.Si detracta.ff.de noxa.actio. Vbi habetur,ſi agitur contra dominum actione noxali pro damno dato à ſeruo,poteſt durante iudicio, adiici, quòd domino ſciente ſeruus hoc fecerit, & tunc ſequitur maior cōdemnatio. Item poteſt quoq; detrahere, & dicere, quòd ignorante domino fecerit, & hoc indiſtinctè ſic approbat Bart.Innoc.in c.j. ſupr.eod.diſtinguit hoc caſu.

¶Aut Actor in libello egit generaliter ſine expreſsione ſcientiæ vel ignorantiæ domini, & tunc, ſi in proſecutione cauſę expreſsit vnum,poſſet hoc omittere, & ad aliud redire, quia vtrunque comprehenditur in libello.

¶Aut in libello expreſsit vnum, & poterit ante litem conteſtatam libellum emendare, & aliud addere, poſt litem conteſtatam non item, per ea, quæ ſuprà de actionibus ſingularibus & vniuerſalibus dicta ſunt. Idem concludunt Anto.de Butr.& Panor.hic. Si verò li-
26 bellus † continet verba obſcura, vel ambigua,admittitur declaratio vſq; ad ſententiam. l.Si quis intentione.ff.de iud. Vide Bart.in d.l.Edita.& Anto.de Butr.& Panor.hic.Et tantum de emendatione libelli.

27 ¶Nunc † dicemus, & an quando libellus mutari poſsit. Et in hoc mēbro Panor.hic poſt Bart.in d.l.Edita.ver.Sumus expediti de emendatione &c.C.de æden.in effectu hoc modo diſtinguit.

¶Aut ſumus in prima inſtantia, Aut in ſecunda, hoc eſt, in cauſa appellationis. Si ſumus in prima inſtantia,& dic.

¶Aut loquimur de cauſis criminalibus. Et neq; deſiſtere ab actione, neq; differre eam permittitur. Deſiſtendo enim incideret accuſator in pœnam Senatuſcon.Turpil.vt ff.& C.per tot. ad Turpillia.

¶Aut loquimur de cauſis ciuilibus, & dic. Aut Actor vult deſiſtere,aut litem differre. Si deſiſtere vult,dic.

¶Aut vult tātùm deſiſtere ab inſtātia, remanente ſibi ſalua actione & cauſa.

¶Aut verò vult deſiſtere non tantùm ab inſtantia, ſed renunciare actioni & cauſæ.

cauſæ. Primo caſu diſtinguit Bar. in prædallegato loco.

¶ Aut Iudex videt, quòd de neceſsitate ſequi debeat abſolutio ab inſtantia, ideo fortè, quia libellus eſt omnino ineptus, vel non concludens, vel oppoſita eſt vna exceptio. quæ ſunt litis finitæ, & incontinenti probata, & admittitur Actor deſiſtendo ab inſtãtia, quia alioqui Reus fuiſſet abſolutus ab inſtantia. Et hæc deſiſtentia ſiue renunciatio, habet vim abſolutionis.

¶ Aut Iudex ex proceſſu non poterit colligere, quòd Reus ab inſtantia debeat abſolui, & tũc, ſi Actor vult renunciare inſtantiæ, & ſibi reſeruare actionem & cauſam, & non poterit, aduerſa parte inuita, per Auten. Qui ſemel. C. Quomo. & quando iudex.

¶ Secundo caſu, quando vult deſiſtere ab actione & cauſa, & dic. Aut Actor vult in totum deſiſtere renunciando ſimpliciter actioni & cauſæ, ita quòd rem petitam amplius petere non velit, & diſtingue ſecundum dd.

¶ Aut Reus vult perſiſtere in iudicio propter aliquam vtilitatem maiorem, puta quòd vult recipere in ſe onus probandi, ſe eſſe dominum rei petitę, quod facere poterit, vt l. Quidam quaſi. ff. de probatio. & Actor cogitur expectare, Quia ex ſola renunciatione Actoris Reus non conſequitur dominium, vt not. Bar. in l. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. de acqui. poſſeſ. Si verò Reus non vult perſiſtere &c. & poterit Actor renunciando actioni & cauſæ, indiſtinctè deſiſtere. l. Poſtquam liti. C. de pact.

¶ Aut Actor non vult in totum deſiſtere, renunciando toti cauſæ, ſed vult renunciare tantùm actioni, in ea forma, qua eſt intentata, vult tamen ſibi reſeruare alias actiones ex aliis cauſis ſuper eadem re. Et ſunt opiniones. Bart. tamẽ in d. l. Edita, quem ſequitur hic Panor. in effectu hoc modo diſtinguit.

¶ Aut æquitas iudicantis decernere poterit, quòd liceat deſiſtere, & deſiſtere poterit. d. l. Edita. & d. Auten. Qui ſemel. Vbi dicitur, quòd quis cogatur exercere litem ſuper illa quæſtione, vſque ad finem. Qui autem renunciat actioni & cauſis in ea expreſsis, imponit finem omni liti.

¶ Aut æquitas iudicãtis decernere non poterit, quòd liceat deſiſtere, vt ſi prior actio non fuit famoſa, & vult poſtea Actor famoſam intentare, vtpote, quia primum intentauit actionem in factum, & vult ab ea deſiſtere, & actionem de dolo intentare, & deſiſtere non licet, quia æquitas iudicantis decernere hoc non poterit dicta. l. Edita. Si verò non vult deſiſtere, ſed litem differre, & non poterit, ſecundum omnes Doct. dicta Auten. Qui ſemel. qua dicitur, quòd Reus cogatur perſiſtere vſque ad finem.

¶ Et prædicta vera ſunt, ſiue in libello ſit appoſita clauſula, ſaluo iure addendi & minuendi &c. ſiue non. Hæc enim
28 † clauſula nihil importat, ſed tantùm ponitur ad cautelam, ſecundum gloſſ. & quæ ibi not. in c. Inter dilectos, in verb. Saluo in omnibus, & quæ ibi not. de fide inſtrumen. & Bart. in d. l. Edita.
29 † Mutare enim libellum, vel non mutare, non dependet à voluntate producentis libellum, ſed à diſpoſitione legis. d. l. Edita. & d. Aut. Qui ſemel. C. Quomo. & quando iud. ideo proteſtatio nihil operatur, per l. Non rectè. C. de fideiuſſ. Vide Spec. in tit. de libell. concep. §. Nunc oſtendamus, in fi. & de iſtà

ad vſuras &c.Sed cõtra videtur, quod imo in eodem libello poſſum petere rem cũ fructibus perceptis vel percipiendis,& quoque ſorté cũ vſuris, dãnis,& intereſſe.Et quod rem cũ fructibus petere poſsim in eodé libello,no. Cy.in.l.Cum propria.C.Si quis alteri ve. ſibi Bar.& Bal.in.l.ij.C.de peti. hære.Bar.& Docto.in.l. Ex diuerſo .§. Vbi alienum.ff.de rei vend. Quod autem ſortem cum vſuris petere poſsim in eodem libello,no.Cyn.in.l.j.in.iiij. opp.C.de iud.& eſt text.in.c. Dilecti. ſ.de foro compet.Pro ſolutione iſtorũ contrariorũ, Bal.& Pau.de Caſt.in.d. l.Edita,ponunt diſtin.quas refert ibi Do.Iaſo.ſed tu dic ſecundum Iaſ.ibi.

¶ Aut ſumus in actionibus realibus, ſiue mixtis, Aut in actionibus perſonalibus .

¶ Primo caſu dic . Aut loquimur de actionibus ſingularibus,vt de rei véd. vel actione confeſſoria,& non poſſunt ſimul peti res cum fructibus:& in hoc caſu propriè loquitur tex.in.l. Fundi, &.l.Fundum.ff.de excep.

¶ Aut ſumus in actionibus vniuerſalibus,vt petitione hæreditatis , quæ eſt actio mixta,& poſſunt peti res & fructus in eodem libello. Illam differentiam inter actiones ſingulares & vniuerſales,expreſsè ponunt doct.in.d.l. ij.C.de peti.hære.& in.d.l.Ex diuerſo. §.Vbi.ff.de rei ven.Et eſt ratio ,ſecundum Doc.ibi,quia iudiciũ quia vniuerſale recipit augmentũ,& diminutioné & per hoc dicitur non variari in ſubſtantia ,ſed in accidentibus . Secus in actionibus,particularibus,quæ habent certos limites.d.l.Fundi.Igitur in particularibus in petitione fructuũ opus eſt noua actione,quæ tum demum locum habet quando Actor ſuper ipſa re petita ſententiam obtinuit.In vniuerſalibus aũt,quia fructus tãtũ ſunt accidentia quædã,nõ opus eſt noua actione,Igitur ſtatim peti debent.

¶ Aut ſumus in actionibus perſonalibus, Et dic.

¶ Aut fructus ſiue alia acceſſoria ſunt promiſſa ſeparatim per ſtipulatio . ex qua oritur ſpecialis actio,& non poſſunt peti in eodem libello cũ ipſa re. quia hoc caſu acceſſoria debétur iure actionis.d.l.Fundi.Bar.ibi.& doc.hic.

¶ Aut acceſſoria nõ debentur iure actionis.ſed officio Iudicis mercenario , vt in actionibus bonæ fidei (licet glo. in.§.Actionũ , in verb.Bonæ fidei ,dicat,ꝙ veniant iure actionis,quæ tamé per doct.reprobatur) & tum neceſſario debet fieri cumulatio. Aliàs ſi fructus vnà cũ re.& vſuræ cum ſorte nõ eſſent petitæ in eodé libello , quæ veniunt officio Iudicis.& ſententia eſſet lata ſuper ipſa re,expiraret Iudicis officium,nec poſſet poſtea peti, vt in.d. l.ij.C.de petit.hære.cum ſimili.& in.l. j.C.de iud.& vide omnino Dn.Iaſ.in d.l.Edita.

¶ Secunda fallentia eſt,ſecundũ Pan. hic,Quando plures actiones ſic ſe habent,ꝙ electione vnius alia tollitur,& quoque non admittitur accumulatio.

¶ Exemplũ.Contra dominũ ex cõtractibus ſerui cõpetunt plures actiones, vt actio de peculio.Itẽ actio tributoria, vt.l.Quod in hæredé .ff .de trib. act.Idem in.c. Vt quis duas,de elec.in vj.Quare vnã eligere debet ,nec omnes intétare poteſt.Dyn.in.d.c.Nullus pluribus, de reg.iur.in.vj.& Barto.in. d.l.Edita,ponunt alias fallentias,quas vide.& vide quoque Bald.Pau.de caſt.

de Imo.& Dn. Iaſ.in.d.l.Edita,de hac materia copioſiſsimè.Reliqua quę pertinent ad materiã.c.noſtri, vide apud Panormi.

Gregorius Nonus Archidia. Ciuitatis None.& m.Cã no. Clugien.

DIlecti filii, fratres Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Iſipida, ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum prior & conuentus ſanctæ. M. ad carceres ipſos ſuper quadam ſumma pecuniæ coram Priore ſanctæ Trinitatis vinco autoritate apo. conuenniſſent, ex parte ipſorum fuit excipiẽdo propoſitum, quod cum dicti Prior & Conuẽtus nollẽt exprimere in porrecto libello conditionali, quare ſibi dicta pecunia debetur, reſpondere ſuper hoc minimè tenebantur; & quod dictus Iudex exceptionem huiuſmodi admittere denegabat, noſtram audientiam appellarũt. Ideoque M.quat.ſi eſt ita, reuocato in irritum & cætera.

IN Actione perſonali Reus nõ tenetur reſpondere libello Actoris, ſi cauſa remota non fuerit in eo expreſſa.h.d,ſecundum omnes:& eſt fundatum hoc.c.in.c.j.ſ.e.

¶ Caſus.Titius intẽtauit actionẽ contra Seium, in qua narrauit, ꝙ Seius ipſo centum,non tamen expreſsit cauſam remotam iſtius actionis perſonalis,vnde ſcilicet orta fuiſſet obligatio, & ex quo cõtracta.Igitur Seius oppoſuit exceptionẽ dilatoriam,ꝙ propter incertitudinẽ nõ teneretẽ reſpõdere libello, & poſtulauit cauſam remotam ex prin.Iudex aũt pronũciauit exceptionem,non eſſe admittendam,à qua interlocutoria appellatũ eſt ad Iudicem. Quærrebatur an interlocutoria Iudicis inferioris valuerit, necne. Et deciditur ꝙ non valuerit. Quia actor debebat cauſam remotã in actione pſonali exprimere. Idem probatur per in.Et an eadem.§.Actiones.ff.de exc.rei iud.Nota tamen ſecũdũ doct.hic,ꝙ proceſſus non eſt ideo ipſo iure nullus ſi in actione perſonali cauſa remota non ſit expreſſa,ſed hac vt annihiletur neceſſe eſt exceptionẽ cõtra libellum opponi.alioqui enim ſi nulla exceptio fuerit propoſita, proceſſus valet, & ſi Iudex illam exceptionem non admiſerit,opus eſt appellatione ab illa interlocutoria,in qua exceptio adiudicatur hoc probatur per.text.noſtrũ hic, qui narrat exceptionẽ & appellationẽ interpoſitã eſſe,& cõcludit,tũ demum in irritũ reuocari proceſſum, ſi exceptio & appellatio fuerint interpoſitę.Et ita decidunt hic Innocen.Io.de Imo.Pan. & Feli.Et eſt etiam de hoc tex.in.l.fin. C.de anna.excep.& in.c.Abbate.§.Sed ver.de ſenten.& re iud.in.vj. Et quia materia iſtius,c.examinata eſt copioſè in.c.j.ſupra eodem hic nolumus eſſe copioſiores. Tu vide tamen Docto. hic.

DE LITIS CONTESTATIONE.

Gregorius. IX. Abbati S. Ioannis in vineis.

OLim inter Epiſcopum Nouien. ex parte vna, & capitulum S. Quintini ex altera, ſup qbuſdā ĩiuriis, & excōicationū ſnĩis, & qbuſdā aliis articulis orta fuit materia qōnis & infra. Iudices factis quibuſdam poſitionibus & reſponſionibus ad eaſdem: auditis etiam, quæ partes voluerunt proponere coram eis, cauſam eandem ad examē Ap. remiſerūt. Procuratoribus igitur partiū propter hoc in noſtra præſentia conſtitutis, quāuis poſitiones & reſponſiones hinc inde ſuper pluribus articulis factæ fuerint corā Iudicibus memoratis. Quia tamen litis conteſtationem nō inuenimus eſſe factam, cū non per poſitiones & reſpōſiones ad eas, ſed per petitionē in Iure propoſitā, & reſponſionem ſecutam cōteſtatio litis fiat. Proceſſum ipſorum, de fratrū noſtrorum conſilio irritum duximus nūciandum.

SVMMA CAPITA.

1 *Litis conteſtatione omiſſa, Iudiciarius proceſſus eſt nullus.*
2 *Reſpōdēdo poſitionibus, an fiat litis cōteſtatio.*
3 *Litis conteſtatio quomodo & quando fieri debeat, vel poſſit.*
4 *Litis conteſtatio quid ſit.*
5 *Reſpondens ſimplici facti narrationi, an litem conteſtari videatur.*
6 *Libellus, narratio negotii, petitio in Iure propoſita reclamatio ſeu poſtulatio, ſunt ſynonyma.*
7 *Excipiens nec negare, nec fateri videtur.*
8 *Excipiens nec negare, nec fateri videtur.*
9 *Litis conteſtatio an fiat per confeſſionem intentionis libelli.*
10 *Confeſſio duplex. Vna præcedens, altera ſequens oblationem libelli.*
11 *Litis conteſtatio negatiuè fit duplici modo generaliter ſcilicet, & ſpecialiter.*
12 *Litis conteſtatio negatiua, de cōſuetudine generaliter fieri pōt, ita vt ob vnū falſum libello inſertū, totus libellus negetur.*
15 *Reſponſio qualis eſſe debeat, vt litis conteſtatio inde ſequatur.*
14 *Conſequens qui negat, negare quoque videtur antecedens.*
15 *Reſpondens ad factum, videtur quoque reſpondiſſe ad ius.*
16 *Cauſa poſita ponitur etiā effectus, & econtrà. Item negata cauſa, negatur quoque effectus, & econtrà.*
17 *Reſpondens per verbū Credo, vel nō credo, an litem conteſtari cenſeatur.*
18 *Reſponſio opprobroſa vel irata, an operetur litis conteſtationem.*
19 *Irati contractus, quo ad piā cauſam, valet.*
20 *Contractus ad quaſi contractū extenditur, in fauorabilibus.*
21 *Reſpondens præmiſſa proteſtatione, de animo non conteſtandi litem, an & quando*

litem conteſtari videatur.

1 NON per poſitiones † & reſponſiones, ſed per petitionem in Iure propoſitam, & reſponſionem ſecutam, fit litis conteſtatio, qua omiſſa, proceſſus eſt nullus.

¶ Caſus. Inter Titium Actorem, & Seium ſuper quibuſdam iniuriis & aliis articulis controuerſia erat in qua dati erant Iudices delegati, non indiſtinctè, ſed tantum ad hoc, vt coram eis quidẽ procederetur, vſq; ad ſententiã definitiuam, ipſi tamen ius pronunciandi nõ haberent, ſed poſtquam in cauſa concluſum eſſet, eam remitterent ad Iudicem delegantem, ideo Actor coram delegatis intentionem ſuæ actionis propoſuit per poſitiones, quibus Reus partim per verbum, credit, partim verò per verbum, non credit, reſpondit, vel reſpondit de veritate ſic eſſe, vel non eſſe. Poſitiones tamen non continebant petitionem. Quo facto Iudices delegati exiſtimantes per huiuſmodi poſitiones ſecutas factam eſſe litis conteſtationem proceſſerunt vſque ad ſententiam definitiuam, & cauſam, virtute commiſſionis, remiſerunt ad Iudicem delegantem, vt definitiuè pronunciaret. Iudex autem delegans deprehẽdit poſitiones & reſponſiones factas eſſe. Et diſceptabatur, an per huiuſmodi poſitiones & reſponſiones ſit facta litis conteſtatio, necne, & vtrum proceſſus validus fuerit, an irritus. Si enim facta fuiſſet litis conteſtatio, proceſſus fuiſſet validus. Sin minus, irritus fuiſſet, vt infra dicemus. Deciditur quod non ſit facta litis conteſtatio, quia per poſitiones & reſponſiones non fit litis conteſtatio, Igitur proceſſus propter defectum partis ſubſtantialis, nullus pronunciatus eſt, per tex. hic concord. c. Dudum el. ij. cũ ſimilibus ſupr. de elect.

¶ Glo. in verbo, Reſponſiones opponit 2 contra tex. quod imò † fiat litis conteſtatio per poſitiones & reſponſiones. Hoc probatur duabus rationibus. Primò, quòd poſitiones continent narrationem negotii principalis, vt no. in c. Vnico, de confeſſ. in vj. Sed litis conteſtatio fit, cum Iudex per narrationem negocii cauſam audire cœperit. l. Vnica. C. de litis conteſt. Ergo per poſitiones & reſponſiones fit litis conteſtatio. Secundò videtur, quod text. noſter ſit nimium generalis non, diſtinguendo inter poſitiones & poſitiones. Sunt enim poſitiones duplices, Singulares, & generales. Singulares dicuntur, quando Actor ſingulas circunſtãtias ſuæ actionis ſingulis poſitionibus proponit, hoc eſt quod vnus & idem libellus vnam actionem continens, habeat multas poſitiones. Et de his ſingularibus poſitionibus poſsit procedere diſpoſitio cap. noſtri. Hoc enim habet rationem, quia in quolibet proceſſu requiritur tantum vna litis conteſtat. Si autem poſitiones ſingulares, & reſponſiones ſecutas fieret litis conteſtat. ſequeretur tot eſſe litis cõteſtationes, quot ſint poſitiones & reſponſitiones, quod eſſet abſurdum igitur inquam, in ſingularibus poſitionibus poſsit procedere, Generalis verò poſitio dicitur, quæ vnica & ſola complectitur ſeriẽ totius actionis. Et videtur quòd hæc, mediante reſponſione affirmatiua, vel negatiua, faciat litis conteſtationem, quia ceſſat ratio, de qua diximus, circa poſitiones ſingulares, & ita in effectu videtur decidere Specu. in §. Nunc dicamus. ver. Quid ſi prius

quàm

quàm,de lit.conteſt.Hoſt.hic. Bar.in l. Vni.ver.Quæro vtrum.C. de lit. conteſtatio.

¶ Prima ſolutio ad hæc contraria eſt Hoſt.vt iam diximus, qui diſtinguit inter poſitiones generales & ſingulares, quod in prioribus per reſponſionē fiat litis conteſtatio. In poſterioribus verò non item, vt diximus. Quidam ita reſpondēt:Si in poſitionibus ponitur nudum factum,tunc non fit litis conteſtatio per reſponſionem. Si verò ponitur factum & ius,vt ſi dicit: Titio dedi. C. aureos,quos debet mihi, & tunc fiat litis conteſtatio per reſponſionem. Aliā ſol.ponit Cyn.in l.j. C.eo. quem vide.

¶ Tu, omiſsis ſuperfluis , ex mente Io. de Imol.Panormit.& Andr.Barba. hoc modo reſponde, quod poſitiones primum vſu tantum introductæ ſint,in illum finem,vt ſit facilior exitus litium.

¶ Fuerunt enim introductæ ideo, vt Reus ſingulis poſitionibus reſpōderet, & per hoc Actor releuaret onere probandi,vt habetur in Clem. Sæpe. §. Et quia de verb.ſigni.& not.in cap.Vnico de confeſ.in vj.Nec fuit moris annectere petitionem iſtiuſmodi poſitionibus, ſed tantum ſolent continere verba aſſertiua,ſiue enunciatiua,quæ non poſſunt operari vim petitionis. Argu.c.Significauit,de appell. Sine petitione autem in Iure propoſita , non poteſt fieri litis conteſtatio,per text. noſtrum hic, & in dicto cap.Dudum, ſumpto argu. à contrario ſenſu,Igitur per illas poſitiones,quæ tantum ideo proponuntur, vt Reus reſpondeat & confiteatur , & per hoc Actor releuetur onere probandi,nec continent petitionem,non fit litis conteſtatio,etiamſi ſequantur reſpōſiones. Quia tamen fieri poteſt quod forma libelli ſemper nō eſt eadem:Fit enim in quibuſdam locis articulatus libellus,mediātibus poſitionibus. In quibuſdam verò fit libellus per narrationem facti ſimplicem,cum petitione. Si autem articulatus libellus,ex poſitionibus conteſtans , complectitur quoque factum & habet annexam petitionem, dici poteſt,ſi ſequatur commoda reſpōſio,quòd fiat litis cōteſtatio,Non enim curamus de forma libelli,ſi modò ſubſtantia extat. Et hoc eſt quod dicit hic Panor.ſi in libello oblato Actor narrat factum & Reus reſpondet,quod fiat litis conteſtatio:& in hoc caſu dicit non intelligendum eſſe,tex.noſtrum.& Barto.in d.l.Vnica.C.eo.& addit quòd hoc caſu procedat opinio Hoſtien.dum loquitur de poſitione generali. Secus dicit,ſi poſitiones non contineant petitionem,ſed tantum ideo proponuntur, vt Reus interrogetur de veritate iuramento præmiſſo. Tunc enim intendit probare ſeu ſe releuare ab onere probandi, non autem petere , Igitur text. noſter intelligendus eſt de iſtis poſitionibus,quæ non habent petitionem,nec offeruntur loco libelli. Debet enim reſponſio fieri ad petitionem , quia ille, qui petit,dicit ſe velle litigare & reſpōdendo ad eam habemus conteſtationē, hoc eſt, ſimul atteſtationem. Et ex his facilè poteris concordare iura contraria,quia iura contraria loquuntur de poſitionibus,quæ non ideo tantum proponuntur,vt Reus reſpondeat & releuet Actorem ab onere probandi , nec habent annexam petitionem,ſed de illis quæ habent annexam petitionem, quæ litis conteſtationem operari poſſunt,mediante reſponſione.

¶ Doctores hic copioſè diſputant,vtrū

5 †ad litis conteſtat. requiratur. quòd Iudex, partibus præſentibus, interroget Reum, vt reſpondeat nõ in ſcriptis, ſed per verba, an vero ſufficiat reſponſionem fieri in ſcriptis. Item vtrum litis cõteſtatio fieri poſsit ex interuallo, an verò fieri debeat incontinenti.

¶ Tu, omiſsis ſuperfluis. dic quòm optima legum interpres ſit conſuetudo. l. Si de interpretatione. ff. de ll. non opus eſt multa de his qq. diſputare, quia conſuetudo & vſus habet, quòd litis conteſtatio fiat in ſcriptis, nec requiruntur verba ad inſtar ſtipulationis, nec etiã requirit̃ præſentia Iudicis, & fieri poteſt ex interuallo, nec requiritur quòd fiat incontinenti, ſicuti quoque tex. noſter hic, & d. c. Dudum, ſupr. de electio. illa non requirunt de ſubſtantia litis conteſtationem. Et ita quoq; concludit Panormit. hic. Quare properabimus ad alia magis neceſſaria, ſcilicet ad ſecundam partem glo. quæ eſt ibi, Eſt autem litis conteſta. Vbi gloſ. ponit definitionem litis conteſtationis, & examinat eam vſq; ad finem.

4 ¶ Sic ergo definit, †Litis conteſtatio eſt negotii principalis, hincinde apud Iudicem facta, narratio, & ſubſecuta reſponſio, ſiue negando, ſiue confitendo &c. Sed hæc definitio reprehenditur per Hoſt. & Panormi. hic, ideo tu ex mente Doct. dic:

¶ Litis conteſtatio eſt negotii principalis narratio, iũcta petitione in iure propoſita, à parte Actoris & reſponſio affirmatiuè, vel negatiuè, in initio litis à parte Rei animo conteſtandi litem facta ad hoc vt in negotio principali effectualiter procedi poſsit &c.

¶ Quòd dico in definitione, Narratio cum petitione, dubium eſt. Nam Inno. hic dicit: Si in libello non fiat petitio,

5 ſed tantum †narretur factum, & Reus animo conteſtandi litem, reſpondeat, quod toleranda ſit huiuſmodi litis conteſtatio, vt res magis valeat, quàm pereat. c. Abbate, cum ſimilibus, infra de verbo. ſigni. Et Barto. in dicta l. prima verſ. Quærit ergo. C. eo. dicit: Si Actor narrauit factum tantum, & petiit pronunciari narrata, pro vt narrantur, vera eſſe, & Reus ad facta tantum reſpondeat; decidit quod ſit litis conteſtatio, per tex. ibi. Hoſt. contrà, quòd imò ſola narratio à parte Actoris, & reſponſio à parte Rei non ſufficiat, ſed requiratur à parte Actoris petitio, ſine qua Iudex ſententiam ferre non poſsit. l. Vt fundos. ff. Commu. diuid. & facit pro ipſo tex. noſter hic, & in d. c. Dudum.

¶ Tu ex mente dd. in hac q. ita diſtingue: Aut ſumus in criminalibus, aut in ciuilibus.

¶ Primo caſu verum eſt quod dicit Innocent. Quia in criminalibus non requiritur petitio, nec concluſio in libello, ſed ſatis eſt facti narratio. Iudex enim qui in criminalibus procedit ad vindictam publicam, nõ tenetur ſequi petitionem & concluſionem partis, ſed tantum, facto propoſito iudicare ex diſpoſitione iuris, qua ſcilicet pœna delinquens puniri debeat, vt no. Bar. in. l. libellorum, in prin. circa fin. ff. de accuſ.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet ſumus in cauſis ciuilibus, diſtingue:

¶ Aut ſumus in cauſis ſpiritualibus, vt electionum, prouiſionum, matrimonialium, & ſimilium, in quibus ſummariè proceditur, & quoque procedit opinio Innoc. quod ſcilicet ſola narratio cum reſponſione ſufficiat, vt Clem. Diſpendioſam, de iudi. & Clem. Sæpe, de verbo.

bo.ſign. Quia in his exuberat officium Iuſticis, & facto narrato per partem, poterit Iudex ea quæ iuris ſunt, ſupplere, ex officio. Vide no. in c. Examinata, ſupra de iudi.

¶ Aut ſumus in aliis cauſis, & ſubdiſtingue: Aut ſumus in poſſeſſorio, Aut petitorio. Si in poſſeſſorio, & quoq; non requiritur petitio, ſed ſufficit narratio, hoc eſt, quod Actor dicat ſe ſpoliatum, licet non petat ſe reſtitui, tamé, ſi Reus illi narrationi reſpondet, fit litis conteſtatio, & ſupplet Iudex petitionem, ad cuius officium pertinet violentias cohibere. l. Illicitas, in princip. ff. de offi. præſi. Et ita decidit gl. in c. Quia præſulatus, in verbo, Ablata, & ibi Archid. j. q. iiij. Panor. & Feli. hic.

¶ Aut ſumus in petitorio. Et videtur eſſe pugnantia inter ius Ciuile & Cano. quia d. l. j. C. eo. dicit, quod lis tunc videatur conteſtata, cum Iudex per narrationem negocii cauſam audire cœperit, nec facit mentionem de petitione, ſicuti nec Barto. ibi. Text. autem c. noſtri & in d. c. Dudum, expreſsis verbis requirit petitionem &c. Hoſt. hic, in. §. Qualiter fieri concordat, & dicit, quòd diuerſitas ſit tantum in nominibus, & non re ipſa. Nam quod ius ciuile vocat narrationem, ius Cano. vocat petitionem, & vtrunq; idem eſt, quaſi diceretur libellus. † Sunt enim ſynonyma hęc libellus, vt in ca. j. ſupra de libel. obla. Narratio negocii. d. l. j. Petitio in Iure propoſita, vt c. noſtro, Reclamatio, ſeu poſtulatio. d. cap. primo ſupra de libel. obla. Igitur cum tex. in d. l. j. dicit, litis conteſtationem fieri, cum Iudex per narrationem negocii cauſam audire cœperit, intelligendum eſt, quando libellus Iudici oblatus eſt, & reſponſio ſecutã, Libellus autem non valet ſine petitione. Ergo &c.

¶ Dico in definitione, In iure propoſita, ad differentiam petitionis, quæ fit extra iudicium, quia per eam non fit litis conteſtatio, ſed requiritur vt petitio & reſponſio ſimul fiant in iudicio, ſicuti in l. Voluit. ff. de interrog. actio. dicit, Voluit prætor adſtringere eum, qui conuenitur ex ſua, in iudicio, reſponſione. Idem probatur per tex. in cap. Vnico, ſupr. de mut. petitio.

¶ Dico in definitione, Reſponſio, ad differentiam exceptionum, quia ſi Reus dilatoriè excipit, dicendo: Non teneor coram vobis reſpondere, quia eſtis Iudices incompetentes &c. Vel excipit peremptorie, his verbis, Oppono exceptionem rei iudicatæ, tranſact. iuriſiu-
7 randi, vel ſimilem, † per hoc nõ fit litis conteſtatio. c. ſecundo de litis conteſta. in vj. Sed in hac quæſtio. quoque ſunt opiniones. Nam gloſſ. in dicta. l. prima in verbo. Cùm Iudex. C. eodem. diſtinguit.

¶ Aut opponitur exceptio dilatoria, vt ſi declinat forum ratione Iudicis, vel perſonarum, vel ineptitudinis libelli, & non fit litis conteſtatio.

¶ Aut peremptoria, vt rei iudica. ſolutionis &c. & fit litis cõteſtatio: & illam gloſſ. approbãt Bartol. Bald. Paul. de Caſtr. Salic. & communiter doct. iuris Ciuil. Et quod ad exceptio. dilato. attinet. omnes doctor. tam Legiſtæ, quàm Canon. approbant gloſſ. Quod autem ad peremptorias attinet, Barto. ita diſtinguit:

¶ Aut ſtatim poſt narrationem factam ab Actore, ſequitur reſpõſio Rei opponentis exceptionem peremptoriã, & indicit litis conteſtatio, & dicit ita intel

ligen

ligendam eſſe glo.in.d.l.j.

¶Aut ex interuallo fit,& non fit litis conteſtatio,& ita dicit intelligendum eſſe tex.in.d.c.ij.de litis conteſt. in.vj. Bal.vero in.d.l.j.aliter diſtinguit.

¶Aut Reus opponit vnam ex exceptionibus,quæ ſunt litis finitæ,vt rei iudi. tranſact.iuriſiurandi &c.ad impediendum proceſſum,& non fit litis conteſt.

¶Aut opponit alias peremptorias, ad impediendam condemnationem,& in hoc caſu dicit eſſe opiniones. Guil. de de Zinſ.quòd non.Ideo Bal.ibi dicit: Dici poteſt, ſi exceptio peremptoria opponitur,præſente Actore, quòd fiat litis conteſtatio.Si vero eo abſente,ꝙ non fiat.Sed Panor.hic illa omnia reprobat,quia text.in.d.c.ij. loquitur indiſtinctè,quòd per obiectionem exceptionis peremptoriæ non fiat litis conteſtatio,nec diſtinguit an in continenti vel ex interuallo,præſente & abſente Actore,fiat.Ergo illa ſuppletio.dd. ſcilicet incontinenti & præſente parte &c.eſt mera diuinatio,&,ſi hæc fuiſſet mens Ligiſlatoris,ita diſtinguere, vtique expreſsiſſet.Arg.c.Ad audientiam infr.de deci.And.verò Bard.hic viciſſim reprehẽdit Panor.& ita diſtinguit.

¶Aut Reus excipiendo dicit, ſe animo conteſtandi litem excipere,& fiat litis conteſtatio,per obiectionem exceptionis peremptoriæ.allegat ad hoc Theoricam Innoc.in.x.Cùm venerabilis,infra.de excep.Vbi dicit,ſi Reus excipit animo conteſtandi litem,videtur litem conteſtari. Aut Reus excipiendo non dicit,ſe animo conteſtandi litem excipere,& in dubio non intelligatur litis conteſtatio facta eſſe.Et ita dicit intelligendum eſſe tex.in.d.c.ij.eo.vj.

¶Tu conclude cum Panor. quòd per obiectionem exceptionis dilatoriæ vel peremptoriæ,non fiat litis conteſtatio per tex.in.d.c.ij.qui indiſtinctè loquitur,& dicit Bald.in.d.l.j.C. eo. Hodie eſt expreſſum,quòd per obiectionẽ exceptionis peremptoriæ,non inducatur litis conteſtatio,vt.c.ij. eo.in vj.Et eſt
8 ratio,quia ille†qui excipit,nec fatetur, nec negat.c.Exceptionem.de reg.iu.in vj.Sed ponit factum ſeparatum à libello,Ergo non poteſt fieri litis conteſtatio.Et poteſt in hac.q.ita diſtingui.

¶Aut Reus excipiẽdo pſeuerat in meris finibus exceptionis,excipiendo tantùm,& verum eſt,quòd non fiat litis cõteſtatio,

¶Aut procedit vltrà,præmittendo ſcilicet reſponſionem exceptioni,hoc modo dicendo:Nego id fieri debere, quia tranſegiſti,vel quia res iudicata eſt,vel quia promiſiſti amplius nõ petere &c. & facta eſt litis conteſtatio, non propter obiectionem excep.ſed propter reſponſionem præmiſſam.Ita diſtinguũt Panor.& feli.hic,& eſt glo.in.c.ij. eodem.in.vj.

9 ¶Dico,Affirmatiuè,†quia etiam confitendo intentionem libelli,fit litis conteſtatio. Sed in hac. q. quoque ſunt opiniones.

¶Primùm enim videtur,quòd per confeſsionem Rei non fiat litis conteſtatio.Nam quando fit litis conteſtatio, tunc ſequitur definitiua,vt infr. per totum.Vt lit.non conteſt.Sed quãdo ferenda eſt definitiua,neceſſe eſt ſubeſſe controuerſiam.Alioqui enim non requireretur definitiua, quia ipſa imponit finem controuerſiæ.l.j.ff.de re iudic.Poſt confeſsionem autem Rei nulla amplius eſt cõtrouerſia, quia cõfeſsi pro iudicatis habe.t.l.Vnic.C.de confeſſ.

feſſ. Nec eſt neceſſe quòd alia ſentẽtia detur contra confeſſum, ſed tantùm da tur dilatio ad ſoluendum. l. Si debitori. ff. de iud. Quare cùm nulla alia ſenten tia detur poſt confeſsionem, ſequitur quòd confeſsio non faciat litis conteſt. Et facit ad hoc tex. in. l. Si Reus. ff. de procura. Vbi dicitur, ſi Reus fatetur de bitum, & affert pecuniam ante litẽ cõ teſtatam, deponi debet pecunia, & per confeſsionem non fit litis conteſtatio, alioqui tex. non vteretur illa clauſula Ante litem conteſtatam.

¶ Secundò videtur probari, Quia litis conteſtatio fieri non poteſt ſine narra tione, & contradictione, per tex. expreſ ſum in. l. Rem non nouam. §. Patroni. C. de iud. Sed in confeſsione nulla eſt contradictio, Ergo &c. Et ita dicit Bar to. tenuiſſe vltramontanos, & Io. Andr. in addit. ad Spec. in. §. Nunc dicemus, in verbo, Dudum, dicit idem tenuiſſe Guil. de Zinza.

¶ Contrarium decidit gloſſ. noſtra hic, dum dicit, negando & confitendo fieri litis conteſta. Sed hæc deciſio glo. quo que eſt omnium generalis, ideo gl. in. d. c. Dudum, el. ij. de electio. ſupr. in ver bo, Reſponſione, melius dicit & di ſtinguit.

¶ Aut Reus nondum oblato libello cõ fitetur, & tunc non fit litis conteſtatio, quia non præceſsit petitio, & hoc caſu nõ fertur ſentẽtia de finitiua, ſed fit præ ceptum Reo, vt ſoluat infra certũ tem pus: & in hoc caſu propriè loquuntur iura ſupra allegata. & . d. l. Vnica. C. de confeſſ. & . d. l. Si debitori.

¶ Aut Reus poſt oblationem libelli cõ fitetur animo conteſtandi litem, & fit li tis conteſtatio, ferturque definitiua: & probatur hoc per tex. in. d. c. Dudum, & per tex. noſtrum hic, qui dicunt litis conteſtationem fieri per petitionem in Iure propoſitam. & reſponſionem ſecu tam, nec diſtinguunt, quomodo reſpon ſio fiat negando, ſicut etiam colligitur ex ipſa ſignificatione vocis, quia conte ſtari, idem eſt ac ſimul teſtari, & Reus qui confitetur, ſimul atteſtatur ſuper re petita. Idem decidit gl. d. l. j. C. eo. & Io. And. in præallegato loco dicit, ſiue Reus expreſſam, ſiue tacitam confeſ ſionem faciat, ſemper fit litis conteſta tio. Nec refert ſiue confeſsio fiat per principalem ſiue per procuratorẽ, mo dò non ſit reuocata: & ita decidunt Bar to. & Bald. in. d. l. Vnica. C. eo. Specu. in præallegato loco. Panor. & Fel. hic. Nec obſtant contraria. Et primò, nihil facit tex. in. d. l. Vni. C. de confeſ. & in. d. l.
10 Si debitori. †Quia loquuntur de con feſsione, quæ fit ante libelli oblationẽ, & prodeſt ſæpe Reo ante libelli obla tionem non confiteri, ſed poſt vt fera tur definitiua ſententia propter confer uandam ſtipulationem de euictione. l. Vtique. ff. de rei vendi. Secundò, nihil facit tex. in. d. l. Si Reus, quia ſecundũ Io. And. Bart. & Panor. in præallegatis locis, is tex. non loquitur de confeſsio ne, quę eſt actus iudiciarius, ſed de obla tione ſolutionis, quæ eſt actus extraiu diciarius. Confeſsio enim eſt actus or dinatus ad litem, ſed oblatio ſolutio nis non, imò ordinatur ad excludẽdam illam. Poſtremò, nihil facit tex. in. d. l. Rem non nouam. Quia Bar. in. d. l. j. ſpondet verum eſſe, quòd litis conteſta tio fit vno modo per narrationẽ & con tradictionem, alio modo fit per narra tionem, vt eſt tex. hic, nec diſtinguitur, vtrũ ſit reſponſio contradicens, vel cõ ſonas. Idem dicit Pan. qui dicit. hæc a deò

deò vera eſſe, vt etiam per confeſsionẽ aduocati animo litigandi, inducatur litis conteſtatio, ſi modò non reuocetur confeſsio.c. Cùm cauſam, infr. de appella. Quare gl. in.d.c. Dudũ, ſeruãda eſt.

11 Dico, Negatiuè, † quia etiam negando fit litis cõteſt: Sed hæc rñſio poteſt fieri duobus modis, Gñaliter, & Spãliter. ¶ Generaliter dicitur fieri, quãdo Reus verbis generalib. ſimul & ſemel reſpondet toti libello, vt ſi dicat: nego narrata, pro vt narrantur, & petita fieri non debere. Nam talis reſponſio omnia capitula petitionis complectitur, dum omnia generaliter negantur. Arg. §. Eſt autem prodita. Inſt. Quib. mo. toll. obliga. &. l. Titia. §. fi. ff. de verb. obliga. Et hæc reſpõſio generalis fieri poteſt, etiã ſi quædã in libello vera, quædam falſa ſint. Quia hoc modo negando, non negantur ſimpliciter contenta in libello, ſed narrata, pro vt narrantur, tantùm negantur. ſed tamen tutius eſt, ea, quæ vera ſunt, fateri, & falſa negare. Specu. tamen in tit. De litis conteſtatione. ver. Nunc dicamus. & Hoſtien. eod. tit. ver. Qualiter fieri debeat, dicunt, quòd hoc procedat, quando multa diſiunctiuè in libello ponuntur, tum admittitur talis generalis reſponſio: ſecus ſi multa ponantur copulatiuè, tum ad ſingula ſigillatim reſpondendum. Alioqui pro vno falſo ibi contento, poſſet totus libellus negari. Spec. tamen in præallegato loco, & in. §. Septimò videndum, ver. Vndecimò conſiderandum, de poſitio. dicit, hanc formam excuſari poſſe per rationes ſuprà adductas, Bal. tamẽ. in. d. l. j. C. eo. contrarium ſentit, Sed de

12 † conſuetudine ſolent fieri iſtiuſmodi litis conteſta. quòd propter vnum falſum in libello iſertũ, negaĩ tot⁹ libell⁹.

¶ Specialiter dicitur fieri litis conteſtatio. quando Reus ad ſingula membra libelli ſigillatim reſpondet, confitendo, vel negando. Et quia reſponſiones hoc caſu variis modis fieri ſolent, & ſæpe dubitatur, an inducta ſit litis conteſtatio, necne. Et primò quærit Panor. ſi Actor reſpondendo tantùm ius negat.

13 Exemplum. Petis à prælato † c. occaſione mutui, Prælatus autem non reſpondet ad ipſum factum, ſed ad ius reſpondet, dicendo: Nego pecuniam in vtilitatem Eccleſiæ verſam, an per hoc inducatur litis conteſtatio: & decidit quòd

14 ſic, † quia qui negat conſequens, videtur quoque negare antecedens. Idem decidit Spec. in. §. Nunc dicamus. §. Sed nunquid, eo. tit. Inno. hic. Bar. & Bald. in. d. l. j. §. Octauo quæro. C. eo. Addit tamen Bald. quòd in criminalibus reſpondendum ſit ſuper facto, non ſuper iure, vnde accuſatus de homicidio dicere debet, Non occidi, nec debet admitti reſponſio, ſi dicat, Non delinqui, Quia hoc reſpicit ius.

15 ¶ Secũdò quærit Panor. Quid ſi † Reus reſpondendo negat tãtùm narrata, ſeu cauſam, ſiue medium cõcludendi, nihil tamen reſpondet ad petitionem. Vt ſi dicat: Nego me mutuum accepiſſe &c. an ſit inducta litis conteſtatio, & cõcludit quòd ſic. Quia narratio continet factum, ex facto autẽ oritur ius. l. Si quis ex plagis. §. In cliuo. ff. Ad. l. Aquil. Igitur qui ad factum reſpondet, videtur quoque ad ius reſpondiſſe. Sicuti enim in præcedenti. q. negans effectum, ſcilicet ius, cenſetur cauſam, hoc eſt, factum negare, ita in hac. quæſtio. negãs cauſam videĩ quoq; negare effectũ Eſt enim mutuum contractus, qui in facto conſiſtit, & oritur ex eo, tanquàm

ex cau

ex cauſa, obligatio, quæ ius eſt. Mutuũ ergo eſt in narratione, & obligatio in petitione ſummæ. Igitur nunc negatur mutuum, quaſi cauſa, ſiue negatur obligatio, quæ eſt in petitione, quaſi effectus, ſiue negetur vtrunque, ſemper li-
16 tis conteſtatio fit. Cauſa † enim præſupponit effectum, & effectus præſupponit cauſam: & negata cauſa, negatur effectus: & econtra, negato effectu, negatur quoque cauſa. Ita quoque decidunt Bart. in d. l. j. Quærit ergo. C. eo. Spec. in tit. eo. §. Nunc dicamus. ver. Item nũ quid. Inno. hic.

¶ Tertiò quærit Panor. hic, an ſit litis conteſtatio, ſi Reus dicat: Nolo litigare, vel ſi dicat, concedendum puto: & cõcludit, quòd non. Quia non apparet reſponſio affirmatiua, vel negatiua. Idẽ decidit Specul. in d. §. Nunc dicamus. ver. Quòd ſi Reus. & Hoſt. in d. §. Qualiter. Idem decidit Spec. in d. §. Nunc dicamus. ver. Quòd ſi Reus. & Hoſt. in d. §. Qualiter. Idem, ſi Reus dicit: Cedo liti, quia aut reſpondere, aut renunciare liti debet. l. Poſtquam liti. C. de. pact. Idem, ſi dicat: Nec confiteor, nec nego, quia quoque non eſt inducta litis conteſtatio, ſed debet reſpõdere certum. l. Certum, in princ. ff. de confeſſ. Idẽ decidit in d. §. Nunc dicamus. ver. Quid ſi peto.

17 ¶ Quartò quærit Pan. Quid † ſi Re⁹ rñdet per verb. Credit, vel nõcredit. vt ꝙ dicit, Credo me teneri, vel nõ credo me teneri an ſit per hoc inducta litis cõteſtatio. Et in hac. q. ſunt tres opiniones. Prima eſt glo. in d. l. j. Cùm Iudex. C. eo. quæ vult, quòd litis conteſtatio fieri debeat per reſponſionem de veritate, & non de credulitate, vt pote quòd Reus dicat, ſic eſſe, vel non eſſe: nec ſufficiat, ſi dicat, ſe credere. vel non credere, & addunt Barlus Saxoferratænsibi, & Panor. hic, hoc ita ſeruari de conſuetudine.

¶ Secũda opinio eſt Guil. de Cu. in Auten. Offeratur. C. eo. qui cõcludit, quòd per verbum, Credit, vel non credit, inducatur litis conteſtatio, Vt ſi Actor dicat in libello, me ſibi teneri in. c. & ego reſpondeo, Nõ credo, quòd ſatis ſit & probatur hoc. Quia ſenſus verborũ per non credit. habet in ſe negationem, Ergo inducitur litis conteſtatio, ſine adminiculo aliorũ verborũ. Et optime facit ad hoc gloſſ. in cap. Ex literis, de iureiurand. quæ not. dicit, quod æquè præiudicit confeſſio de credulitate, ac de veritate, & quòd per verbum. Credit, fiat litis conteſtatio: eſt opt. text, in c. Cùm ad ſedem. infr. de reſtit. ſpol. ibi enim Reus reſpondit ſe nec ſcire, nec credere ſupradicta ab hoſpitali poſſeſſa, & addit glo. ibi, in verb. Nec credere quod per hoc ſit facta litis conteſtatio, quod etiam negare non poteſt, quia patet ex tex. ibi, quod illam reſponſionem ſecutæ ſint teſtium productiones, & ſententia definitiua, quod fieri non potuiſſet ſi non fuiſſet lis conteſtata, vt infra per tot. vt lite non conteſt. Vide Feli. & alios, vt compleas. Idem decidit Bald. in leg. ſecunda in tertio notab. C. de iureiu. propter cal. dan. & in l. Si quis in libertatem verſicu. Quæro nunquid. C. Quib. ad libert. procla. non licet. Dicit enim expreſsè, ſi Reus animo conteſtandi litem dicit: Non credo libellum verum, per tale reſponſum facit litis conteſtationem. Idem dicit Anto. de Butr. Feli. Ioan. de Imo. Pano. hic.

¶ Tertia opinio eſt Bart. in d. l. j. ver. Quær

Quæro quando reſpondetur. C.eo.qui dicit quòd litis conteſtatio debeat fieri per reſpōſionem de veritate, ſed illam vocem, de veritate, interpretatur, hoc eſt, de eo, quod vehemēter credit. Aliàs enim ſi ſimpliciter de veritate eſſet reſpondendum, ſequeretur, quòd is, qui conueniretur ex facto alieno, nūquam poſſet litem conteſtari, quod eſſet abſurdum. Bal.in d.l.j.ver.Nonò; quæro. C.eod.diſtinguit in hac.q.

¶ Aut reſpōſio per verbum. Credit, refertur ad poſitiones,& non fit litis conteſtatio,quia non eſt reſponſum ad petitionem,per tex.noſtrum hic,& d.cap. Dudum,el.ij.ſupr.de elect.

¶ Aut illa reſponſio fit ad libellum, &, licet talis reſponſio non ſit congrua, quia debet reſponderi de veritate, tamen ſi pars & Iudex admittant illam reſponſionem, fit litis conteſtatio:allegat ad hoc tex.in d.c.Cùm ad ſedem. Ioan.de Imo.hic dicit ſeruandum eſſe conſuetudinem,ſi de illa appareret.Tu ſecundum Andr. Barb. hic, hoc modo diſtingue.

¶ Aut ſumus in cauſis criminalibus, & non fit litis conteſtatio, ſi Reus dicat: Credo,vel non credo me deliquiſſe,ſed debet reſpondere de veritate, an deliquerit, vel non, per ea quæ not. Bart.in l.Inter omnes.§.Rectè,in fin.ff.de furtis. & in l.Marcellus. §.Qui rerum.ff. Rerum amotarum.

¶ Aut ſumus in cauſis ciuilibus, & dic: Aut Reus reſpondere debet ſuper facto alieno, & fit litis conteſtatio, per verbum, credit, vel non credit. Et in hoc caſu propriè loquitur d.c.Cùm ad ſedem.de reſtit.ſpoliat.

¶ Aut reſpondere debet de facto proprio,& dic:Aut conſuetudo iudicii admittit quòd fiat litis conteſtatio, per verbum,non credit,& fit litis conteſtatio,ſecundum Io.de Imo.

¶ Aut nulla eſt iudicii conſuetudo, & licet quidam diſtinguant, vtrum Reus habeat terminum ad deliberandum, necne, Tamen communiter concludunt,ſiue terminum ad deliberandum habeat, ſiue non habeat, quòd fiat litis conteſtatio,per verbum,credit,vel non credit,per glo.in d.c.Ex literis, infr.de iureiur.& quæ not.Bal.in c.Vaſallus,ſi de feu.defun. controuer. fue. & Andr. Barba.hic. Et eſt quoq; communis opinio, quòd per verbum credo, vel non credo,fiat litis conteſtatio.Adde tamen hoc verum eſſe, mediante diſtinct.Bal. in d.l.j.C.eod.ſi ſcilicet illa reſponſio fiat ad libellum, non depoſitiones vt ſuprà diximus.

¶ Quintò quærit Panor.Quid ſi Reus
18 †reſpondet per verba opprobrioſa,puta,
Tu mentiris, an videatur facta litis conteſtatio:& videtur primò,quòd nō. Quia in Iudiciis non certandū eſt conuiciis.l.Quiſquis.C.de poſtulan.

¶ Secūdò videtur approbari. Nam qui in Iudicio dicit, Tu mentiris, videtur calore iracūdiæ dixiſſe:ſed quod calore iracundiæ fit,vel dicitur,pro non dicto habetur.l.Quod calore.ff.de reg.iur.

¶ Contrariam opinionem tenet Guil. de Cu.in d.l.j.Videlicet,quòd per talia verba fiat litis cōteſtatio,quia illa verba congruunt naturæ negocii, hoc eſt, negationi:& probatur hoc à ſimili,quia exhæredatio fieri poteſt per turpia & opprobrioſa verba.l.iij.ff.de liberis,& poſthu. Ergo litis cōteſtatio quoq; fieri poteſt. Idem decidit Bal.in l.Turpia,in fi.ff.de leg.j. qui expreſſè dicit,ſi quis interrogatus tempore litis conte-

ſtand

ſtandæ, an debeat, reſpondet: Actor
mentitur, quòd ſit litis cōteſtatio, quia
hæc verba cōueniunt actui, hoc eſt, ne-
gationi, & ſequitur ibi Ang. Anto.de
But.hic diſtinguit in hac q.

Aut Reus animo reſpondendi re-
ſpondet per verba opprobrioſa, & ſit
litis conteſtatio: & in hoc caſu intelligi
poteſt ſecunda opinio.

Aut non dixit animo reſpondendi,
ſed calore iracundiæ, Et tunc, ſi eſt in
ſua cauſa, ſuper qua conuenitur Reus,
& ſit litis conteſt.Arg.c.Sunt qui opes.
19 xvij.q.iiij.Vbi habetur, † quòd contra-
ctus factus ab irato, reſpectu piæ cau-
ſæ, valet & tenet. Ergo idem dicendum
eſt de quaſi contractu, qui reſultat ex
20 litis conteſtatione. Procedit † enim
extenſio de contractu ad q.cōtractum,
in fauorabilibus, vt not.per glo.in Au-
ten.Sacramenta puberum.C.Si aduer.
vend.Si verò non eſt pia cauſa, & dic.

Aut eſt datus terminus ad delibe-
randum, iuxta Auten.Offeratur.C.eo,
& tunc, licet Reus rēſpōdeat irato ani-
mo, non poteſt tamen excuſari, propter
iratum animum, per glo.in c.Ex lite-
ris, in verbo, Admonita, in fi.infr.de di-
uor.ſecundum And.Barb.hic.

Aut non fuit datus terminus ad de-
liberandum, & tunc: Aut Reus perſe-
uerat in illa reſponſione, & eſt facta li-
tis conteſtatio: & in hoc caſu quoq; po-
teſt intelligi ſecunda opinio. Si verò
non perſeuerat, ſed reuocat, & non ſit
litis conteſtatio. Et in hoc caſu intelli-
gi poteſt prima opinio. Et hanc diſtin-
ctionem approbāt Panor.Feli.& Andr.
Barb.hic.Alex.de Imo.in d.l.Turpia,
ſe legat.j.

Quando autem quæritur, quid iu-
dicandum ſit in dubio, an præſumatur
quis animo reſpōdendi, vel calore ira-
cundiæ reſpondiſſe, dicit Panor.inſpi-
ciendum eſſe tempus, geſta & alia, quæ
ſolent conſiderari ad iudicandum de
animo.l.Dolum, cum ſimil.C.de dolo.

Dico in definitione, In initio litis,
quia ſtatim poſt libellum oblatum, &
tempus ad deliberandum datum, litis
cōteſtatio fieri debet, niſi Reus habeat
exceptiones dilatorias. Vide Spec.in.§.
Quando, de litis conteſtat.& Hoſti.eo.
§.Et quando.

Dico, Animo conteſtandi litē. Quia
ſi Reus in reſponſione exprimit, quòd
animo litem conteſtandi reſpondeat,
non habet dubium, quin ſit facta litis
conteſtatio, ſi modò verba apta ſunt.
Quando autem reſpondet affirmatiuè
21 vel negatiuè, & † tamen proteſtatur,
quòd non reſpondeat animo conteſtan
di litem, dubium eſt, an facta ſit litis
conteſtatio. Et in hac q.ſunt multæ &
variæ opiniones. Quidam enim dicūt,
quòd fiat litis conteſtatio, non obſtan-
te proteſtatione, quia ex natura reſpō-
ſionis ad petitionem Actoris eſt, quòd
pariat litis conteſtationem, per tex.no-
ſtrum hic. Quia ergo reſpondet & pro-
teſtatur, quòd non animo conteſtandi
reſpondeat, facit actū contrarium pro-
teſtationi, Igitur non audiendus, per
tex.in c.Sollicitudinem, infr.de appel-
lat.l.Vbi repugnantia. ff.de regulis iu-
ris. & facit in arg.tex.in l.Quod quis,
ff.de condictio.

Secunda opinio eſt, quòd non fiat li-
tis conteſtatio. Et hanc opinionem te-
net glo.noſtra hic, & glo.in d.l.Vnica.
C.eo.& facit l.Si debitor.§.Si in ven-
ditione, ff.Quib.mod.pig.vel hypoth.
ſol.Inno.in c.Cùm M.ſupr.de conſtit.
Spe.in.§.ij.ver.Patet ex præmiſsis, eo.

Bar.in d.l.j.C.eo. Et reſpondent dd.ad iura pro prima opinione allegata, quòd reſponſio à parte Rei fieri poteſt duabus ex cauſis. Primò, animo inſtruendi Iudicem. Secundò, animo conteſtandi litem. Quo ergo animo Reus reſponderit, hoc ex eius proteſtatione deprehendi poterit. Si ergo proteſtatur de non conteſtando, proteſtatio non actui cõtraria, ſed diuerſa reſpiciens, ſcilicet inſtructionem Iudicis, igitur admittitur. Et vide omnino Bar.in præallegato loco. Sunt & aliæ opiniones, de quibus apud Bald.in d.l.j.C.eod.& Andr. Barb. Phil.Franc. in c.Exceptiones, de reg.iur.in vj.

¶ Sed omiſsis ſuperfluis, Panor.hic in hac q.hoc modo diſtinguit.

¶ Aut Reus reſpõdet ad libellum, præmiſſa proteſtatione, & dic: Aut Reus non eſt iuſſus per ſententiam reſpondere,& tamen reſpondet,& dic: Aut reſponſio ſecuta eſt proteſtationem in continenti, & tunc, ſiue Iudex impugnet proteſtationem, ſiue non, & non fit litis conteſtatio, per illam reſponſionem: cùm enim depẽdeat ab animo, an litem conteſtetur, necne, ſequitur quòd contradictio Iudicis ſequens non poteſt ponere intentionem, vbi nulla intentio eſt. Si enim partes non idem ſentiunt, non dicitur conſenſus.l.In omnibus.ff.de actio.& oblig.

¶ Aut reſponſio ſecuta eſt ex interuallo, quia tunc videtur proteſtationi renunciaſſe.c.Gratum, cum ibi not.ſupr. de offic.deleg.

¶ Aut Reus iuſſus eſt per ſententiam reſpondere, & tunc, ſi reſpondet, cum proteſtatione, nec vult à proteſtatione deſiſtere, proceditur contra ipſum, tanquam contra contumacem, ſecundum Io.Andr.& Phil.Franc.in d.c.Exceptionem, de reg.iur.in vj.& in d.l.j.C.eod. Et hoc ſeruatur de conſuetudine, quòd ſi Reus, præmiſſa proteſtatione, de qua ſuprà, reſpondet ante, quàm per ſententiam iuſſus eſt reſpondere, quòd non habetur pro litis conteſtatione.

¶ Dico in definitione, Vt effectualiter procedi poſsit: quia litis cõteſtatio eſt de ſubſtãtialibus proceſſus, cuius omiſſio vitiat totũ proceſſum, vt infrà per totum tit.proximum. Et tantum de definitione. Diuiſio ſuprà tractata eſt, quia duplex eſt litis conteſtatio, Affirmatiua,& negatiua, de quibus ſuprà.

¶ Effectus litis cõteſtationis, vide apud Spec.in.§.ſi.& Hoſt.in.§.6.eo.

VT LITE NON conteſtata, non procedatur ad Teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam.

QVIA ſuprà dictũ eſt de Litis conteſtatione, hic Tit. ponit vnum ex effectibus litis conteſtationis, ſcilicet quòd litis conteſtatio efficit pceſſum valere, ſi alia ſubſtãtialia proceſſus extent:& è contra eius omiſſio viciat proceſſum, etiã aliis ſubſtantialibus exiſtentibus. Quòd autẽ Rub. dicit, lite non conteſtata teſtes non recipiendos, intelligi debet de receptione teſtium, quæ fit in negocio principali, quia ſuper dilatoriis, ante litẽ conteſtatam, teſtes recipi debent, & poſſunt, quoties res poſtulat. c.Exhibita. ſ. de iud.c.Frequens.ĩ.de reſti.ſpol.in vj.c. Pia.ĩ.de except.in vj. Sed tamen, quod de

Continuatio ad præceden. Tit. Item declaratio & vſus huius Rubr.

de negocio principali diximus, quoq; non indiſtinctè procedit, quia multi caſus ſunt, in quibus etiam ante litem conteſtatam in negotio principali teſtes recipiuntur.

¶Primus caſus eſt in l. de ſubmerſis, & ibi Bar. C. de naufra. lib. x.

¶Secundus eſt, ſi Officialis, vel alius, vellet probare ſuã excuſationẽ, ne in futurũ puniretur, quoq; reciperent teſtes ante litẽ conteſt. ſecũdum Bar. in l. Ne quid. ver. Itẽ dicitur hic. ff. de incẽ. rui. naufra. allegat in arg. d. l. de ſubmerſis.

¶Tertius caſus eſt, quando timetur de morte teſtium, tũc examinãtur ad perpetuam rei memoriã, etiam ante litem conteſtatam. l. Quidam tabularũ. §. de l. Aquilia. ff. de furt. De his & aliis limitationibus dicemus in c. Quoniam frequẽter. Et quod hic dicitur de teſtibus, idẽ dici poteſt de inſtrumẽtis. Vide no. And. Barb. hic ſuper Rub. Reus tamẽ, qui vult in cõtinenti probare exceptionem litis finitæ, ad impediendũ litis ingreſſum, admittitur, vt not. in c. j. ĩ. de lit. conte. in vj. Et de hac materia quoq; copioſius diſputabimus infrà.

¶Quòd autem dicit, nõ procedendum ad definitiuam, fit ad differentiã interlocutoriæ, quæ inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his, quæ incidunt, & illa ferri poteſt ante & poſt litem cõteſtatam. De hac vide in c. Cordi, de appell. in vj. & d. c. Exhibita.

¶Poterit autem hæc Rub. allegari pro lege, quia cõtinet perfectam orationẽ, & ſunt aliç multç ſimiles, vt de reb. eccle. non alie. & ſupplen. negl. præla. Itẽ de prohi. ſequeſt. poſſ. & fruct. Item, vt lite pend. nihil inno. Item, ne liceat tertiò prouoca. &c. Et plerunq; Rubricæ incipientes per vt, vel per ne, habent communes ſententias, & poſſunt allegari per ll. Vide de hoc Feli. hic, & Hoſti. ſuper Rub. Vt Eccle. benef. &c.

Innocentius IIII. Abbati Sancti Proculi, & L. Cano. Bono.

AD hoc Deus, & infrà. Cùm cauſa, quæ inter R. & B. vxorẽ eius vertitur, autoritate apo. vobis commiſſa fuiſſet, tandẽ procurator eiuſdem R. libello vxoris, quo virum ad ſeparationẽ thori, & vt dotẽ reciperet, de adulterio accuſabat, noluit rñdere, donec Aduocatus eius veniret, inducias poſtulãdo: qui cùm huiuſmodi inducias ſæpe petẽdo, vobis illudere videretur, tandẽ ad præſentiã veſtrã accedens dixit, ſe rñdere paratũ: ſed die ſtatuto cùm crederetur reſpõſurus, libello reſtitutionem vxoris primo fieri poſtulauit, ne ſecus fieret appellando. Verùm quia dicebat mulier, ſe virũ habere ſuſpectũ: & idẽ procurator nec de mulieris impunitate cauere, nec veſtro ſe curaſſet poſtmodũ conſpectui præſentare: vos teſtes mulieris recipere ſtuduiſtis, & infrà. Conſultationi veſtræ taliter reſpondemus, quòd licet ordo iudiciarius in aliis con-

trouerſiis ſit ſeruandus, & in matrimonialibus cauſis nõ vſquequaque ſeruetur: quia tamen in præſenti negotio non eſt actum de fœdere matrimonii, ſed de crimine adulterii, per quod ad ſeparationem coniugii, non ad coniunctionem intenditur, quia lite non conteſtata teſtes fuerunt recepti, & atteſtationes etiã publicatæ, ſiue deferendũ, ſiue non deferẽdũ appellationi fuiſſet, nõ eſt ad diffinitiuã ſententiã procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter ſuã contumaciam, vel etiam procuratoris, ſi ſciens non purgauerit eandem, excommunicationis ſententia innodari.

SVMMA CAPITA.

1 *Teſtes ante litis conteſtationem, vbi de thori ſeparatione, ob adulterium, agitur, & Reus ſit contumax, non recipiendi.*
2 *Aduocato abſente, an dilationes dandæ.*
3 *Dilationes an malitioſè petantur, necne, Iudici committendum.*
4 *Sententia, in cauſa fiſci Aduocato abſente, lata, non valet.*
5 *Spoliatus in cauſa matrimoniali, quando non reſtituendus.*
6 *Ignorantis domini conditio per procuratorẽ deterior fieri non debet.*
7 *Procuratoris negligentia ſeu factum, an & quando domino præiudicet, ſiue noceat, diſtinctio Bar. & eius declaratio.*
8 *Procuratoris omiſſio ſiue negligentia, quan do domino præiudicet.*
9 *Magni præiudicii omiſſio ſiue negligentia, quæ dicatur.*
10 *Contumacia vſusfructuarii quo ad miſſionem ex ſecundo decreto, proprietario nõ præiudicat.*
11 *Procuratoris ob contumaciam, an ipſe dominus in expenſas condemnandus, mulctandusque, vel Procurator eius.*
12 *Sententia in procuratorem, non in dominũ, ferenda.*
13 *Executio ſententiæ condemnatoriæ expenſarum, an in dominum vel procuratorem ipſius fieri debeat.*
14 *Communiter reputatus diligens, ſi fiat negligens fortuito caſui adſcribendum.*
15 *An is, qui à principe arcem cuſtodiendam acceperit, & rurſus fidei alterius, qui eam deinde hoſtibus prodat, commiſerit teneatur, &c.*
16 *Dominus an propter procuratoris contumaciam mulctandus.*
17 *Nemo propria perſona iudicio intereſſe cogitur, ſed per procuratorem comparere poteſt, exceptis tamen quibuſdam cauſis.*
18 *Procuratoris factum an ipſi domino præiudicet, ſed noceat.*
19 *Procuratoris confeſſio, an domino præiudicet.*
20 *Tutoris item confeſſio, an præiudicet pupillo.*
21 *Confeſſio, errore facti probato, reuocanda.*
22 *Confeſſio propria & procuratoris, quomodo inuicem differunt.*
23 *Duo ſpecialia circa idem concurrere non debent.*

1 SI AGITVR De adulterio † ad ſeparationem thori, & ante litem conteſtatam Reus eſt

eſt contumax,poteſt excommunicari, ſed teſtes recipi non poſſunt, nec cauſa definiri.h.d.ſecũdũ Bal.Io.de Imo. Pan.& alios hic.

¶ Caius. Quædam vxor accuſabat maritum ſuum adulterii,in illum finẽ vt per diuortium ab eo ſepararetur,& dotem reciperet. Maritus conſtituit procuratorem,qui cum libello vxoris reſpondere debebat,excepit de abſentia Aduocati, & inducias poſtulauit ſæpius. Tandem dixit ſe reſponſurũ libello,ad quem terminus deputabatᷣ: adueniente autem termino,non reſpõdit,ſed oppoſuit in vim dilatoriæ except.ſpoliationis,dicendo,ſe nõ teneri reſpondere,quia principalis fuiſſet in quaſi poſ. Matrimonii vũ actrice, & fuerit per eã ſpoliatus. Igitur ante omnia debebat reſtitui.c.cũ dilectus.§. Sed quando.ĵ.de ord.cog.c.Frequẽs.ĵ. de reſt.ſpo.in.vj.&,ſi non ſit reſtituendus appellauit,Vxor autem replicauit ſe maritũ habere ſuſpectũ de ſæuitia& quia maritus propria perſona cõparere noluit nec etiam procurator voluit de impunitate mulieris cauere, Iudices,appellatione non obſtante,receperunt teſtes mulieris ſuper adulterio mariti: licet lis non fuerat cõteſtata. Verum atteſtatio.publicatis diſputabatᷣ,vtrũ ſuper dictis teſtiũ deberet ferri definitiua,& ſic vtrũ appellatiõi nõ eſſet deferẽdũ,an verò deferẽdũ,& ſententia ferenda nõ eſſet.Et erãt duę contrariæ ſententiæ inter Iudices,altero contendente appellationi deferẽdum,altero verò in contrarium, & ꝙ ferri debeat ſententia definitiua, allegante ꝙ in matrimonialibus non obſeruetur proceſſus iuris.Clemen.Diſpendioſam,de iud.Quærebatur ergo quid eſſ et faciendum,& decidit tex.ꝙ quum hoc caſu non diſputaretur de fœdere matrimonii contrahẽdo, in qua cauſa ordo non ſeruatur, ſed de crimine adulterii,ad thori ſeparationẽ igitur teſtes ante litem non conteſtatam non debebant recipi,nec ſentẽtia ferri,ſed maritus propter contumaciã debeat excommunicari &c.

¶ Notabi.quæ colliguntur ex hoc tex. vide apud Pan.hic.

2 ¶ Glo.in verbo, Aduocatus,tractat. q. vtrum propter † abſentiam Aduocati dandæ ſint dilationes. Et in hac.q.dd. communiter hoc modo diſtinguunt.

¶ Aut in initio litis petuntur induciæ ad quærẽdum Aduocatũ,& dãdæ ſunt induciæ,per iura in gl.hic allegata.

¶ Aut poſt initiũ litis petuntur induciæ ad expectandum Aduocatũ,& diſtinguunt Doc,

¶ Aut ſumus ante litem conteſtatam & Aduocatus expectandus non eſt, ſed quærendus alius,quia ante litem conteſtatam nondum eſt diſputatum de meritis cauſæ, Ita decidit Bald.in.l. Cauſas.C.de tranſ,

¶ Aut ſumus poſt litem conteſtatam & dic. Aut ſumus ante ſententiam definitiuam,& tunc,ſi Aduocatus longo tempore abfuturus eſt,& nõ datur induciæ ad expectandum,ſed alius Aduocatus quærendus eſt,ſecũdũ Bart.in l.Ait prætor.§.fi.ff. Quib.ex cau.mai. Bar.& Alex.in.l.Si longius,in prin.ff. de iudi.

¶ Aut breuiſ eſt reuerſurus.& dic ſecũdum Hoſt.Inno.& Panor.hic.Quod ſi pars perit dilationẽ malitioſè cauſa differendi negotium.& non ſunt dandæ induciæ,vt no.in.c.Prout.ĵ.de dolo & contu.

3 ¶ Aut nō petit † malitioſè,& dantur induciæ,per ea, quæ no.Bar.in.l.fi.ff. de vaca.mune.Committitur autem Iudicis arbitrio arbitrari, an malitioſè vel nō malitioſè petanť induciȩ debet enim Iudex attēdere,an pars ante terminum potuerit præuidere Aduocati impedimentum. Vide de hoc Inn.& Panor.hic.

¶ Aut ſumus poſt ſententiā definitiuā hoc eſt, ꝙ pars in ſententia grauata, vult eam retractare, ideo quia tempore ſententiæ Aduocatum non habuit, & decidit gl.quā alii ſequuntur, quod hæc allegatio nō audiatur.l.Velamēto.C.de poſtu.Gl.tamen hic. dicit,hoc
4 † fallere in cauſa fiſci,quia ſententia in cauſa fiſci lata in abſentia Aduocati,non valet.l.Si fiſcus.ff.de iure fiſc. Et licet hæc fallentia per quoſdā impugnetur,tamē communiter ſeruatur per tex.in.d.l.fi.quæ expreſsè & indefinite dicit, Aduocatum fiſci debere præſentem eſſe,quando in cauſa fiſci pronunciatur.

¶ Glo.in verbo,Suſpectum,enumerat
5 aliquot fallentias, propter † quas in cauſa matrimoniali ſpoliatus nō reſtituatur,quæ ſunt faciles.

¶ Gl.in verbo,Procuratoris,diuiditur in quatuor partes.Primò gl.arguit, ꝙ factum procuratoris noceat domino. In ſecunda parte,quæ eſt ibi,Sed contra.arguit contrà.In tertia,quæ eſt ibi Solutio.gl.reſpondet ad iura cōtraria, In quarta tractat.q.quandam. Hæc autem eſt ſumma totius diſputationis: quando quæritur,vtrū factū procuratoris noceat domino,& dic.

¶ Aut loquimur de dolo, delicto,ſeu contumacia procuratoris,& ſic de his, quæ cadunt in delictum.Aut verò loquimur,de culpa,vt pote ꝙ aliquid nō de dolo,ſed ex negligentia omittit, ꝙ facere debet,vel ex inaduertentia aliquid confitetur contra dominum.

¶ Primo caſu dic. Aut dominus ignorat,& non præiudicat ei delictum procuratoris,ſed ipſe procurator punitur l.j.§.Si procurator.ff.Si quis ius dic.
6 non obtem.Ignorantis †enim domini conditio per procuratorem deterior fieri non debet.l.Ignorantis.ff.de procura.&c.

¶ Aut ſcit delictū,& tunc,Aut purgat contradicendo,& quoque nō præiudicat ei,per text.hic.

¶ Aut non purgat,ſed tacet,& præiudicat ei,quia intelligitur habere ratum, & facit delictum proprium, propter conſenſum.Arg.c.Sæpe contingit, de appel.&.c.Biduū.ver.Si aduerſus.ij. q.vj.l.Procuratori,ff.de tri.c.Cū olim. j.de cau.poſ.& fruc.

¶ Secundo caſu,quando.ſ. diſputatur de culpa ſeu negligentia procuratoris dic.Aut procurator exceſsit fines mādati,& non præiudicat domino.c. Cū olim.§.Qui verò,de offi.dele.l.Si procurator.C.de procur.

¶ Aut nō excedit fines mandati,& dic: Aut facit aliquid præter mandatū, vt confitendo aliquid,& tunc,ſi dominus ſtatim cōtradixit:& non præiudicat. d.c.Cū olim.§.Quia,ibi.gl.in verbo, Protinus.de offi.dele.

¶ Aut facit aliquid ſecundū mandatū, & indiſtinctè prȩiudicat domino,quia non contradicēdo, ſed ratificando facit factum ſuum,per iura hic in princ. glo.alleg.

¶ Aut omiſit aliqd p negligētiā,& reſtituit dn̄s contra negligētiā.c.Cū veniſſent.ſ.de reſt.in iure.Et addi.Hoſt, hoc

hoc procedere ante lit. cõte. Quia poſt litem cõteſtatã ſimpliciter p̄iudicat & addit q̃ hoc caſu procurator teneatur dño, & ſi nõ fuerit ſoluẽdo, reſtituatur a ctio. l. Eleganter. §. pe. ff. de dolo.

¶ Aut loquimur de procuratore generali, hoc eſt, qui habet mandatum cum libera, & eius factũ nocet ſimpliciter Homino. l. Procuratoris, iũ. gl. ibi. ff. de trib. actio. facit tex. in. l. apud Celſum. §. Quæſitum. ff. de do. ma. exce. Et Hoſtienſem ſequitur Io. Andr. An autem prædicta omnia vera ſint examinabimus ordine.

7 ¶ Pan. hic. in hac † materia refert & ſequitur Bar. in. d. l. Vnica. §. Si procurator. ff. Si quis ius di. non obtem. Diuidit autẽ Bar. iſtam materiam principaliter in tres. qq.

¶ Prima eſt, vtrũ procurator in omittendo præiudicare poſsit domino.

¶ Secunda, vtrum in faciendo poſsit præiudicare.

¶ Tertia, vtrũ confeſsio procuratoris noceat domino. Quod ad primã. q. attinet, recitabimus Bar. & Pan. & poſteà examinabimus, dic ergo ſecũdũ ipſos:

¶ Aut dñs ipſe debebat aliquid facere, vt puta mater filiis tutore: petere &c. & mittit procuratorẽ, qui nõ facit, &

8 dic. † Aut procurator impedit propter caſum fortuitũ, & excuſat ipſe & dñs ꝑpter caſum fortuitũ. l. Cũ à matrib᷒. C. Qui pe. tut. c. Significãte. j. de pign.

¶ Aut nõ excuſatur p caſum fortuitũ, & ipſe dñs tenet qa cẽſet poti᷒ cõtumacia dñi, quã procuratoris. l. Si procuratorẽ. §. Si tutores. ff. Mãd. l. Nõ diſtinguemus. §. Si dñi. ff. de arb. & facit tex. in. l. Cũ filiusfa. §. In hac. ff. de ver. obl. Vbi ſi pater promiſit ad diẽ, licet dies venerit, in perſona pupilli, nõ dicitur contumacia pupilli, ſed defuncti.

¶ Aut nõ dñs ipſe, ſed procurator, debebat aliquid facere, eſt tamẽ inobediens, & dic.

¶ Aut illa inobedientia cadit in delictum, & ſubdiſtinguunt.

¶ Aut eſt parui præiudicii, vt puta, q̃ circa illã inobediẽtiã miſsio facienda eſt in poſſeſ. ex primo decreto, & tũc, ſi dñs neſcit, nõ præiudicat, ſi ſcit: & purgat, & quoq; nõ p̄iudicat, per text. hic. Si verò ſcit, & nõ purgat, & ſit miſsio in poſ. dñi, ex primo decreto, ꝑpter cõtumaciã procuratoris. l. Eũ qui res. C. de procu. l. Quoties. C. de dignit. li. xij.

¶ Aut eſt magni præiudicii, & nõ p̄iudicat domino inobedientia procuratoris, ſed ipſe procurator punitur. Dicit

9 † aũt magni p̄iudicii, quando mulcta imponenda eſt. l. j. ſi procurator. ff. Si quis ius di. nõ obtem. Item dicitur magni præiudicii, quãdo miſsio facienda eſt in poſſ. ex ſecũdo decreto, quæ non fit cõtra dominũ, propter inobediẽtiã procuratoris. Eſt enim fructuarius quaſi procurator proprietarii, & ta-

10 men propter † inobedientiã vſufructuarii, non poteſt perueniri ad miſsionem ex ſecundo decreto contra proprietarium. l. Si cum vſusfructus, ff. Si ex noxa. l. Hoc amplius. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de dam. infect.

¶ Aut inobediẽtia procuratoris nõ cadit in delictum, ſed conſiſtit in mera omiſsione, ex inaduertentia ſiue incuria, & tunc non nocet domino.

¶ Exẽplum. Vt ſi omiſit appellare infra decẽ dies, q̃ interdum prodeſſe poteſt domino, vt ſi dominus eſt abſens, & per procuratorẽ defenſus eſt, q̃ nõ appellauit infra decẽ dies: ſi tunc procurator nõ eſt ſoluẽdo, admittit dominus

nus etiam poſt decem dies,ad appellandum.l.j.in fin.iunct.glo.fin.ibi.ff.Quādo appel.Idem dicendum, ſi procurator ſit negligens in producendi teſtibus,& aliis probationibus,infra terminum.Si tamen procurator hoc malitioſè fecerit, dolo feciſſe videtur, & cadit in delictum,& ſuccurritur domino per beneficium d.l.Eleganter.§.penulti.ff. de dolo.Hæc Bar.& Panor. ſingula ordine nunc examinabimus.

¶ Prædicta diſtinctio non multum impugnatur per dd.declarandi tamen cauſa,mouent quaſdam qq.Et primo,quia in diſtinct. dictum eſt, quod ſi inobedientia procuratoris cadit in delictum & hoc delictum eſt magni præiudicii, vt quando mulcta imponenda eſt, ipſe procurator, & non dominus, punitur, Circa hoc membrum dd.in d. l. Vnica §. Si procurator. ff. Si quis ius di. non obtemp.& & in cap.Noſtra,mouent q. Pone,dominus eſt citatus vt veniat ad iudicium,& ad litigandum,qui non cōparuit in propria perſona ſed miſit procuratorem cum mandato, qui poſtea,

11 † factus eſt inobediens & contumax circa vnum articulum, vtrum propter illam contumaciam dominus puniri debeat in expenſis,Secundò vtrum poſſit propterea in mulctam condemnari.

¶ Quod ad primam q. attinet, dic eſſe multas & varias opiniones dd.non concordantium.

¶ Prima opinio eſt Innocen. qui decidit quod licet dominus non poſſit mulctari propter contumaciam procuratoris,tamen poſſit in expenſas condemnari.Ita decidit Innocen.hic & in dicto cap.Conſtitutos. verſ.Item hic, ſupra de procura.Barto.in.l.Contumacia.ff. de re iudi.Et eſt ratio, quia ſibi imputare debet, cur procuratorem non idoneum & negligentem elegerit. l. Eum qui.§.fi.iunct.l.ſeq.ff.commod.

¶ Secunda opinio eſt Barto. in dicta. l. j.procurator. ff. Si quis ius di. non obtem.qui vult,quod dominus nō debeat propter contumaciam & negligentiam procuratoris in expenſas damnari, & probat hoc ex deciſione Innocen.& ita colligit,Inno.dicit, dominum mulctari non poſſe propter contumaciam procuratoris,Ergo quoque in expenſas cōdemnari non poteſt, tenet conſequentia,quia par ratio eſt in condemnatione expenſarum d.l.j.§.Si procurator.Vbi tex.ſimpliciter decidit, quod procurator propter cōtumaciam ſit puniendus & non dominus, nec diſtinguit inter pœnam expenſarum & mulctæ.

¶ Secundo probat Barto.à ſimili, ſicuti procurator habens generale mandatū, non præiudicat domino per negligentiam ſuam,vel factam etiam. l. Si procurator. ff.de condict. indeb. & in l.Si pater.ff.de his, quæ in fraud. cred. Ita quoque propter mandatum in vna certa cauſa contumacia procuratoris domino non poterit obeſſe, ex identitate rationis.Putat tamen Bart.quod iudex propter contumaciam procuratoris nō poſſit audire partem,niſi reficiat expenſas ſed condemnare non debeat.

¶ Tertia opinio eſt Specu.in §. Sequitur ver.Sed quid ſi procurator in titu. de execu.ſen.vbi dicit: Aut procurator poſtquam agere incepit, & factus dominus litis,contumax fit,& tenetur ipſe,& non dominus allegat dicta.l.j.§.Si procurator. Si verò ab initio mandatum occultat, & dominus condemnatur in expenſas,ſecundum gloſ.in cap. ſæpe,in verbo,Reſponſalis,infra de ap

pell.

pell. & facit ad hoc dicta l. Eum qui. ff. Commod.

¶ Quarta opinio eſt Anto. de Butr. qui concludit diſtinguendo: Si procurator omnino non fuit in iudicio, & tunc dominus ſit condemnandus, quia ex quo nihil eſt geſtum per procuratorem, Iudex non habet poteſtatem condemnandi ipſum. Si verò procurator fuit aliquando in iudicio cum mandato & putat quod ſit in optione Iudicis, quem velit condemnare, quia condemnare in expenſas, non eſt vera pœna contumaciæ, & per hoc dicit eſſe reſponſum ad d. §. Si procurator. Sed Panormit. illam reſponſionem impugnat, quia tex. in d. §. Si procurator, non dicit ſimpliciter procuratorem condemnandum, ſed expreſſe dicit, quod ipſe procurator, & non dominus, còndemnari debeat, Ergo non eſt in optione Iudicis, quem velit condemnare &c. Sunt & aliæ. qq. quas recenſet And. Barb. hic.

¶ Panor. hic colligit breuem concluſionem, ex opinio. Barto. Spec. & Anto. de But. & diſtinguit.

¶ Aut procurator nunquam fuit in iudicio, & certum eſt, quod dominus & non procurator, condẽnandus ſit, quia Iudex hoc caſu nullam habet poteſtatem in procuratorem, cum abſenti procuratori nihil iniunxerit: habet tamen dominus actionem mandati cõtra procuratorem contumacem, qua expenſas ab eo recuperare poterit. l. Si procuratorem. §. Si tutores, verſicu. Planè. ff. Mandat.

¶ Aut procurator fuit in iudicio, & poſtea contumax eſt, & ipſe condemnandus eſt, & non dominus, per iura & rationes pro opinio. Bar. adductas.

¶ Tu dic, concluſionem Panormita. ve-
12 ram eſſe, † quod ad condemnationem attinet: quia ſemper ſententia in procuratorem, & non principalem, ferenda eſt. l. j. C. de ſen. & interl. om. iud. De hoc antem dubitari poterit, contra quẽ debeat fieri executio contra dominum ne, an contra procuratorem. Et hæc q. dependet nunc ex alia, ſcilicet, vtrum Actor & Reus poſsint condemnari, propter contumaciam, in expenſis. Et primum, quòd Actor cõdemnetur propter contumaciam in expenſis nec audiatur, niſi reficiat, ſunt text. expreſsi in l. Sancimus. C. de iudic. & in dicto cap. primo de do. & contuma. in ſexto. Igitur eius procurator propter contumaciam quoque poteſt condemnari, dicta l. prima. C. de ſenten. & interloc. omnium iudic. Quando ergo quæritur, ſi procurator Actoris propter contumaciam eſt condemnandus in expen-
13 ſis † vtrum executio fieri debeat contra dominum, diſtingue ſecundum Andr. Barb. hic. Aut dominus in conſtituendo procuratorem elegit talem, qui cõmuni opinione reputatus eſt diligens & vigilans & tunc ſi is ſine culpa domini, & eo inſcio factus eſt negligens nõ ſit executio contra dominum, imò dominus debet audiri. Hoc eſt ſine dubio, quod propter caſum fortuitum excuſatur procurator & dominus. l. ſecunda tot. ferè. ti. ff. Si quis caut. Sed vbi quis
14 † reputatur diligens communiter, & poſtea eſt negligens, videtur adſcribi ad caſum fortuitum. l. Argentum. ff. Commod. Et fa. text. in l. Tutor, qui reper. §. Competit. ff. de adminiſt. tut. l. Si à bonæ fidei, in verb. Integræ opinionis. ff. de rei vendit. per quem text. dicit Angel. ibi excuſari tutores & curatores, qui depoſuerunt bona pupilli

vel Minoris penes campſorem, qui reputabatur homo integræ opinionis, ſi aufugit &c. Et facit quoq; ad hoc, quæ no. Ioan. Aud. in addi. ad Specu. in titu.
15 de loca. ſuper Rubr. Vbi dicit, ſi † princeps commiſit cuſtodiam ſuæ arcis cuidam fideli ſuo, & is, quia peregrè proficiſcebatur commiſit alii, qui ſecundus cuſtos prodidit arcem hoſtibus. Quæritur, an primus teneatur propter ſubſtitutionem ſecundi. Decidit Ioan. Andr. ſi opinio illius ſecundi cuſtodis ſurrogati ad illud officium erat commendabilis, ſit excuſatus primus cuſtos ſurrogans. Argu. l. j. §. Si magiſtratus. ff. de magiſtr. conue. Ergo idem dicendum eſt in propoſito, quod dominus, qui ſatis idoneum procuratorem elegit, non teneatur propter contumaciam procuratoris, ſiue procurator ſit ſoluẽdo, nec ne, ſed ipſe procurator puniri debeat. d. l. prima. §. Si procurator. ff. Si quis ius di. non obtemp. Et hoc caſu procedit opinio Bar. & Specu. Aut dominus elegit talem procuratorem, qui communi opinione non eſt reputatus diligens & vigilans & tunc quidem executio quoque facienda eſt contra procuratorem, ſi ſit ſoluendo. dicto. §. Si procurator. Si verò non eſt ſoluendo, in dominum dirigitur executio. dicta. l. Eum qui. §. fina. cum. l. ſequentib. ff. Commoda.

¶Quando verò loquimur de Reo, primum dubium eſt, vtrum propter contumaciam Reus quoq; debeat condemnari in expenſis. Nam cum Actor propter contumaciam Rei mittatur in poſſeſſ. eius ex primo decreto. c. Tuæ, infra. eo videtur quod non condemnetur propter contumaciam, in expenſis. Idẽ vult gloſſ. in d. l. Sancimus, in verb. sancimus. C. de iud. Bal. tamen & Sali. ibi dicunt, cum Reo expediat excipere & probare, quod denegetur ipſi exceptio & probatio propter contumaciam, niſi legitimè cõpareat, & ſumptus reficiat, & ſic non propter quamlibet contumaciam Rei locum habet miſſio in poſſeſſio. ex primo decreto. Addit tamẽ Bal. ibi in vj. q. quod Reus, qui paſſus eſt miſſionem, ex primo decreto, quoque debeat condemnari in expenſas, propter contumaciam. Dic ergo, ſi procurator Rei fuerit contumax, & propterea condemnatus in expenſas, quod eodem modo quod ad executionem attinet, ſit diſtinguendum, ſicut diximus de procuratore Actoris &c.

¶Quod verò attinet ad ſecundam q.
16 ſcilicet, † vtrum dominus poſſit propter contumaciam procuratoris mulctari, dic, breuib. quòd Bar. in d. l. j. §. Si procurator. ff. ſi quis ius di. non obtem. videtur velle, quod ſi procurator, & nõ dominus, citatus eſt, & non poterit dominus mulctari. Si verò ipſe dominus citatus eſt qui miſit procuratorem, & ſi is fuerit contumax, dominus mulctari poteſt, quia eius eſt contumacia. Arg. l. ſi procuratorem. §. Si tutores. ff. mand. ¶Innoc. verò hic non diſtinguit, vter ſit citatus, ſed in hoc tantum diſtinguit an dominus miſerit talem procuratorem, qui veriſimiliter reputabatur diligens & bonus, & licet feratur ſententia contra eum ad mulctam, tamen, ſi poſtea cõſtiterit quod procurator alioqui reputatus ſit diligens, quod reuocetur ſententia mulctæ. Idem tenet Ioan. de Imo. hic. Panor. approbat ſententiã Inno. Nam iure permiſſum eſt quod in omnibus cauſis paucis exceptis, nemo
17 † cogatur in propria perſona compare-

re

re in iudicio, ſed poſsit procuratorem mittere, vt c.j.cum multis ſimilib.infr. de iudi.in vj. Ergo ſequitur, qui procuratorem mittit, quòd ex legis permiſſione hoc faciat. Qui autẽ ex l. permiſſione quid facit, non meretur pœnam. l.Gracchus.C.de adult. Igitur ſi procurator ex l.permiſsione miſſus, negligẽs fuerit, ſequitur, quod dominus propter ea non poſsit mulctari, tenet conſequẽtia, quia in conſtitutione legis autoritatem habuit. Nec obſtat d.l.Si procuratorem.§.ſi tutores. Quia Panor.hic reſpondet, quod is text.loquatur de actu, quando quis quid per ſeipſum & non per alium facere debet, ſcilicet adminiſtrare tutelam, & pupillo præeſſe. Si ergo tutor ſuum officium, quod ipſe præſtare debebat, alteri commiſerit, & is fuerit negligens, ſibi imputare poterit. Secus in eo, qui citatus eſt vt in iudicio compareat, quia in propria perſona comparere non tenetur d. ca.j. Sed poterit procuratorem ex l. prouiſione mittere. Et tantum de illo membro.

¶Secundo examinant dd. aliud membrum diſt. Bar. Quia Barto.in ſua diſt. concludit, quod propter contumaciam procuratoris non poſsit fieri miſsio in poſſeſſ.ex ſecundo decreto, quia hoc eſt grauis præiudicii. Sed Inno. hic tenet contrarium, per text.l.Sed & hæ.§. fi.cum l.ſeq.ff.de procur.& l. Quoties, iunct.glo.in verbo, Ordinabit.C.de dignita.lib.xij. Idem decidit Spe.in.§.reſtat videre. ver. Quid ſi Reus agit per procur.in tit.de primo decre. facit tex. in l.iij.C.de procur.

¶Ant.de but.quem refert hic Panor. diſtinguit in hac q. Aut ipſe dominus eſt citatus, & tunc ſi miſit procuratorem, qui cõi opinione eſt diligẽs & nõ habet locum miſsio. Si verò communi opinione non eſt reputatus diligens, & procedit miſsio. Aut procurator citatus eſt & propter contumaciam procuratoris citati non proceditur contra dominum, ad ſecundum decretum, & in hoc membro concordant Inn.& Bar. & illam diſtinctionem quoque approbat Panormit.hic.

¶Tertio examinant dd. aliud membrũ diſtinct. Barto.in quantum Barto. vult quod ſi procurator omiſit infra x. dies appellare, quòd dominus poſtea ad appella.non admittatur. Sed quia hoc dictum non vſq; adeo per dd. impugnatur, nos, quoq; ad alia pergemus. Et tantum de contumacia in omittendo. Nũc veniemus ad ſecundam q.principalem

18 ſcilicet, †vtrum procurator in faciendo, & ſic in actu affirmatiuo poſsit prę iudicare domino. Et Barto.in d.l.j.§.Si procurator. ff. Si quis ius dic. non obtemp.dicit hanc q. eſſe duplicem. Primò, vtrum factum procuratoris tale ſit quod propterea cõtra dominum poſsit exceptio opponi. Secundo, vtrum propter factum procuratoris contra dominum poſsit actio intentari.

¶Quod ad primam q.attinet, Bar. præallegato loco diſtinguit:

¶Aut procurator deliquit antequam eſſet procurator, vel in negocio, in quo non procurabat, & non præiudicat domino propter defectũ mandati, vel ratihabitionis domini.l.ſi procurator la. ij.ff.de doli excep.

¶Aut deliquit poſtquã fuit procurator & in negocio, in quo procurabat, & ſubdiſtinguit: Aut erat procurator ad iudicia, Aut ad negocia. Si erat procurator ad iudicia, & tunc: Aut deliquit ante litem conteſtatam, & tunc con

contra dominum non poteſt excipi.d.
l.Si procurator.§.Si poſt litem. Si ve-
rò erat procurator ad negocia, & tunc
in diſtinctè contra dominum agentem
excipi poteſt de dolo cōmiſſo per pro-
curatorem eius in illo negocio,per tex.
in.l.Apud Celſum.§. Quæſitum. ff.de
doli excep.per quem text.hoc indiſtin
ctè probatur.

¶ Quod verò ad ſecundam . q.attinet,
ſcilicet an dominus ex facto procurato
ris poſsit conueniri, diſtinguit Barto.
Quandoq; procurator facit aliquid,
quod certum eſt eſſe delictum. & tunc
domino non præiudicat,niſi habeat ſpe
ciale mandatum,vel ratihabitione ſecu
ta.§.l.j.Si procurator.ff.Si quis ius di.
l.j.§.Quoties.ff.de vi & vi ar.Aut con-
ſtat,quòd factum procuratoris non eſt
eſt delictum,eſt tamen aliàs punibile,
quoque non præiudicat,niſi extet ſpe-
ciale mandatum,vel ratihabitio.l.iij.§.
Si procurator.ff.quod quiſq; iur.

¶ Aut factū procuratoris eſt tale, quod
poteſt eſſe delictum, & non delictum,
vt reſponſio facta vni poſitioni, vel in
terrogationi,in qua poteſt eſſe delictū
ſi eſt mendacium:& poteſt eſſe non de
lictum,ſi eſt verum.& tūc domino prę-
iudicat donec probetur contrarium.l.
Non ſolùm,in princip.ff.de procura.l.
Certum.§.Sed an & ipſos,cum ibi no.
ff.de confeſſ.

¶ Aut eſt aliud factum,quod in delictū
non cadit,vel dolus nō cōmittitur, ſed
conſtat contractū,ex quo domino quæ
ritur,& tunc domino præiudicat, ſi ha-
bet ſpeciale mandatum, vel mādatum,
vel cum libera.l.Procuratoris,in prin.
ff.de tribu.

¶ Hæc diſt,Bar.quoque non impugna-
tur,in duobus tamen punctis Pani Aut.
And.Barb.& alii,declarant Bar.Primò
in quantū Bart.dicit,quando eſt tale fa
ctum,quod in delictum nō cadit, quòd
tunc præiudicet domino.ſi procurator
habeat ſpeciale mandatū,vel cum libe
ra &c.ibi addunt, Idem eſſe ſi habeat
mandatum generale,& dicunt ſic intel
ligendum tex.in.d.l.Si procurator. Se-
cundò declarant illum articulum ex
mente glo.noſtræ,hoc modo. Aut pro-
curator facit aliquid ſecundum manda
tum,& præiudicat domino,vt per tot.
tit.ff.&.C.Mand.Aut fecit aliquid con
tra mandatum,& tunc dominus non te
netur,niſi ratificauerit.c. Significante,
iun.gl.in verb.Certum,infr. de pign.l.
Diligenter.ff.Mand.Aut facit aliquid
præter mandatum,hoc eſt,quod neque
mandatum,neque prohibitum fuit, &
tunc ſi dominus neſcit,& non præiudi-
cat.Si verò ſcit,& non contradicit,præ
iudicat.Si verò contra dicit,& non præ
iudicat,vt habetur & no.in.c.Cū olim,
iun.glo.in verb.Protinus,ſup.de off. de
leg.Et tantum de.ij.q.principali, quan
do ſcilicet procurator aliquid facit,

19 ¶ Tertia,q.principalis eſt, † vtrum cō-
feſsio procuratoris vel adminiſtrato-
ris noceat domino.Et in hac.q.ſunt va
riæ opiniones dd.Bart.in.l . Certum.§.
Sed an ipſos . ff . de confeſſ.diſtinguit,
hoc modo:Aut loquimur de defenſore,
ſiue negotiorum geſtore,qui ſine man-
dato agit. Aut de procuratore,qui ha-
bet mādatū.Aut de tutore,ſiue curatore

¶ Primo caſu dic,quòd confeſsio defen
ſoris domino nō præiudicet,niſi ſequa
tur ratihabitio.l.Si defenſor.ff . de in-
terroga.act.

¶ Secundo caſu,quando ſcilicet quæris
procuratore,dic:Aut procurator habet
mandatum ſpeciale,& præiudicat do-
mino

mino eius confeſsio. l. Qui ſeruum. ver. Idem eſt. ff. de inter. act. l. Proinde. §. Si procurator, iun. gl. in verbo, Abſentem ff. Ad. l. Aquil. l. Si procurator, in prin. ff. de condict. indeb. Aut habet mandatum generale, & tunc, ſi confitetur per modum voluntariæ iuriſdictionis, hoc eſt, quòd volens confitetur, quod confiteri non debebat, & non præiudicat cõfeſsio, per tex. in d. l. Certum. §. Sed an ipſos. ff. de confeſſ. glo. in d. l. Proinde. ver. Si procurator. ff. Ad. l. Aquil. Aut confitetur per modũ iuriſdictionis contentioſæ, vt quia reſpondet ad poſitiones Actoris, ad quas cogitur reſpondere, & præiudicat eius confeſsio domino l. Non ſolùm, in princi. ff. de procura.

¶ Tertio caſu, quando ſcilicet quæri-
20 † de confeſsione Tutoris vel Curatoris, an præiudicet pupillo vel adulto, idẽ dicit quod in procuratore, qui mandatũ generale habet: ſed in tutore hoc addit, prædicta vera eſſe, quando iudicium cœptum eſt cum tutore, ſecus ſi cũ pupillo, autoritate tutoris, quia tũc non tenetur tutor reſpondere. d. l. Certum. §. Sed & ipſos. ff. de confeſsioni. Hæc Barb.

Specul. in tit. de confeſſ. §. Poſtremo. ver. Si verò fit per procuratorem, in effectu idem dicit: nec multum diſcrepat Cy. in. l. Vnica. C. de. confeſſ.

Anto. de But. Panor. Feli. & Andræ. Barb. hic approbant hanc diſtinct. Bartantùm in quibuſdam declarant. Et primò, vbi Bart. loquitur de confeſsione procuratoris generalis, qui voluntariè confitetur, ipſi hoc addunt: Aut eius cõfeſsio fit domino præſente, & præiudicat ei. Deinde, vbi Bart. loquitur de cõfeſsione procuratoris generalis, quæ fit per modum contentioſæ iuriſdictionis ipſi addunt, idem eſſe in confeſsione procuratoris ficta, quæ ſcilicet ſurgit ex contumacia in non reſpondendo poſitionibus. c. ij. infr. de confeſſ. in vj. Et addit Panor. prędicta vera eſſe, niſi do-
21 minus † reuocauerit confeſsionem procuratoris, quia probando errorem facti procuratoris, & propriam quis confeſsionem reuocare poſſet. l. Error. C. de iu. & fact. igno. c. fin. infr. de confeſſ. Sed de hoc membro, an ſcilicet reuocatio confeſsionis procuratoris, & propriæ per errorem iuris vel facti locum habeat, dicemus in. d. c. fi. infr. de confeſſ.

Et ſic ex prædictis apparet, an & quã confeſsio procuratoris noceat domino. Panor. tamen hic allegat duas differen-
22 tias † inter confeſsionem procuratoris, & confeſsionem propriam.

Prima eſt, quòd confeſsio propria præiudicat in alio iudicio, quia confitens non poteſt venire contra illud, quod dilucida voce proteſtatus eſt etiã agatur ad alium effectum. l. Generaliter, in fi. C. de non nu. pec. De quo tamẽ vide. dd. in. c. Per inquiſitionem, ſupr. de electio. & in. c. Et ſi Clerici, ſupr. de iud. Secus in confeſsione procuratoris, quia ipſe non habet poteſtatem confitendi, niſi quo ad illam cauſam, ad quã conſtitutus eſt. Ideo ipſius confeſsio nõ debet extendi ad aliam, ſecundum Specu. in tit. de confeſsio. §. Sequitur. ver. Sed nunquid confeſsio. Anto. de Butri. Feli. & Panor. hic. Et eſt ratio diuerſitatis quare procuratoris cõfeſsio in alio
23 iudicio non noceat. Quia duo † ſpecialia non debent concurrere circa idem. l. j. C. de dot. promiſ. Sed hic concurrerent duo ſpecialia, ſi confeſsio procuratoris præiudicaret. Primum eſt, quòd confeſsio aliena, ſcilicet procuratoris,

habetur

habetur pro propria. Secundò, quòd cō feſsio in vno iudicio facta ad vnum finem, faceret fidem in alio iudicio ad alium finem. Sed tamen And.Barb. impugnat hoc,& diſtinguit: Aut procurator habet ſpeciale mandatum ad ſic cō fitendum, vel habet mandatum generale,& confitetur in præſentia domini,& idem eſt, ac ſi dominus confiteretur. Si verò in abſentia,& tnm veram eſſe doctrina iſtorũ.dd. Tu vide And.Bar. hic ¶ Secunda differētia eſt, quòd propter confeſsionem propriam quis non admittitur ad appellandum.c. Ei qui.§. Nullus.ij.q.vj.C. Quorum appel. non recip. procuratoris verò confeſsio hoc non operatur. Cy.in.l.Vnica.C. de confeſs. Anto. Panor. Feli. & Andr.Barba. hic. Reliquas.qq. tu ipſe vide &c.

Innocentius.IIII. Hiercſolymitano Patriarchæ,& Archiepiſcopo Caßen.

A Ccedens,& infrà. Cùm in Iudicum delegatorum præſentia Archiepiſcopus Cyrenenſis reſtitutionis beneficium poſtularet, Plebanus. S. Marci de venetiis, cō tra quem agebat, nihil ad obiecta reſpondit, ſed ad noſtrã audiētiam appellauit. Et licet ſæpe fuiſſet admonitus, vt Iuri pareret, quia eius appellatio non tenebat: noluit reſpondere amplius, vel coram eis etiã comparere. Ipſi verò Iudices cùm plebanus in ſua contumacia perduraret, teſtes receperunt ab aduerſa parte productos: & depoſitionibus redactis in ſcriptis, mandauerunt eidem, vt ad eos accederet, in perſonas, vel in dicta teſtium obiecturus. Quod quum facere noluiſſet, in ipſum excommunicationis ſententiam protulerunt, poſſeſsionem iuris parochialis adiudicantes Archiepiſcopo memorato: & eũ reſtituētes in integrum, diſtrictiùs vetuerunt, ne quis poſſeſſionem Cyreneñ. Eccleſiæ reſtitutam, præſumeret perturbare. Quum igitur lis coram eiſdem Iudicibus non fuerit conteſtata,& manifeſtè pateret literas ipſas per veri ſuppreſsionem obtentas: cùm manifeſtum eſſet, duos prædictorum Iudicum, Accoñ. videlicet,& Cyreñ. Epiſcopos, eidē Archiepiſcopo, tanquam ſuffraganeos ſuos, metropolitano Iure ſubeſſe, ac ex his plebanum legitimè appellaſſe cō ſtaret: in quem etiam ſi minus legitime appellaſſet,& Iudices ipſi, licet propter contumaciam

ciam excommunicationis, forte potuerunt proferre ſententiam, non tamen debuerunt ſuper principali negocio, definitiuam ſententiam, lite nõ cõteſt. proferre: prædictas caſſauimus ſententias, imò caſſas denunciauimus, & inanes, Vnde Cyreñ. Archiepiſcopo dedimus in mandatis, vt Eccleſiæ S. Marci inſtrumẽta reſtituat, & etiam vniuerſa, quæ huiuſmodi occaſione ſententiæ per ſe, vel per alios occupauit.

SVMMA CAPITA.

1 *Sententia, lite non conteſtata, etiam cõtra contumacem, in cauſa reſtitutionis non ferenda.*

2 *Appellans à ſententia, etiam friuolè, iterum tamen citandus.*

3 *Delegatum recuſandi facultas, nemini auferenda.*

4 *Appellatio, cauſis grauaminis non expreſsis, an valeat.*

5 *Notorietas licet excuſet ab onere probandi, non tamen excuſat ab onere proponendi.*

6 *Grauaminis cauſa an ſpecificè: vel generaliter exprimenda*

7 *Cauſa grauaminis ſiue ſit notoria, ſiue non ſemper exprimenda.*

8 *Sententia contra ius conſtitutionis, vt quòd quis ſine indicijs præcedentibus, torquendus eſſet, nulla eſt, nec opus habet appellatione.*

9 *Fieri aliquid per ſe, vel per relationem ad aliud, paria ſunt.*

10 *Poſſeſsionis reſtitutio an ante litis conteſtationem fieri poſsit.*

11 *Delegatos recuſandi cauſæ, remiſsiuè.*

1 IN † cauſa reſtitutionis contra contumacem, lite non conteſtata, ſentẽtia proferri non debet.

¶ Caſus. Inter Archiepiſcopũ Cyreñ. & plebanũ S. Marci de venetiis, ſuper iure parochiali Eccleſiæ Cyreneñ. contẽtio erat, igitur Archiepiſcopus impetrauit in hac cauſa tres Iudices delegatos, quorũ duo erãt ſuffraganei ipſius Archiepiſcopi impetrãtis, ideoq; plebano ſuſpecti. Quũ ergo Archiepiſcopus inſtituiſſet ſua actionẽ corã iſtis delegatis, & petiiſſet reſtitutionẽ. Ipſe plebanus verò rũdere noluit, ſed recuſauit delegatos, & pro cauſis ſuſpicionis allegauit, ꝙ duo ex ipſis eſſent ſuffraganei Actoris, ꝗ cã ſuſpicionis notoria erat. Quũ ergo illas cauſas ſuſpicionis noluiſſent admittere delegati, appellauit ad ſummũ Põtificẽ, ſed delegati appellationi deferre noluerũt, q̃a putabãt eã nõ tenere, & admonuerũt vt iuri pareret. quod facere noluit, ſed perſeuerauit in ſua appellatione, ideo Iudices delegati eũ iudicarẽt eũ contumacẽ, receperũt teſtes in cã principali productos ab Archiepiſcopo Actore: & cũ atteſtationes fuiſſent publicatę, citauerunt plebanũ, vt cõpareret, & cõtra perſonas vel dicta teſtiũ exciperet, quod facere noluit, propterea ipſi delegatc tulerũt in ipſum, tanquã contumacẽ, ſententiã excommunicationis, adiudicantes poſſeſſ. Iuris parochialis Archiepiſcopo Actori, prohibẽtes ne quis poſſeſſ. Cyreneñ. Eccleſiæ reſtitutam, præſumeret perturbare. Et hic proceſſus deuolutus eſt ad ſummũ Pontificẽ. Et quęrebatur primò, vtrũ plebanus fuerit contumax, & propter eius contumaciam appellatio valida vel non valida fuerit.

Secund

¶Secundò, eſto quòd fuerit contumax, vtrum propter contumaciam potuerit excommunicari.

¶Tertiò, vtrum propter contumaciam delegati potuerint, lite non conteſtata, teſtes recipere, & ſententiam in negotio principali ferre.

¶Quartò, vtrum talis ſententia in cauſa principali, ante litem conteſtatam, valeat, &, ſi nō valeat, quomodo ſit annullandus proceſſus.

¶Quod ad primam q. attinet, text. reſpondet, plebanum non fuiſſe contumacē, & quòd propterea eius appellatio fuerit legitima: & probat ſic. Quia licet propter ſuſpicionem contra Iudices delegatos, ab eis appellari non debeat, ſed debeāt cauſæ ſuſpicionis proponi, & ipſi recuſari. c. Cùm ſpeciali, infr. de appellat. c. Legitima, cum ſimilibus, infr. de appella. in vj. Tamē, quia hoc caſu notorium erat, quòd Archiepiſcopus literas delegationis per veri ſuppreſsionem obtinuerat, quia duo ex delegatis erant eius ſuffraganei, & eius ſubditi, propterea recuſabiles: & quum hæc ſuſpicio & recuſatio fuiſſet per plebanum oppoſita, & non admiſſa, quòd legitimè appellare potuerit, & propterea non cōtumax fuerit, vt text. hic decidit. Et ex hac deciſione ſequitur facilis reſponſio ad alias qq. ſcilicet quia contumax non fuit, non debebat propter contumaciam excommunicari. Sed eſto quòd fuiſſet contumax tamen in negocio principali, lite non conteſtata, non debebant ſententiam definitiuam ferre. Quia igitur contra ius lata fuit, caſſanda eſt, & Archiepiſcopus Cyreneñ. cogendus, vt inſtrumenta & alia, quæ virtute iſtius ſententiæ occupauerat, Eccleſiæ S. Marci reſtituat.

Nota primò ex hoc text. ſecundum
2 dd. † quòd is qui friuole à ſententia appellauit & à Iudice recedit, & ſic contumax fit, tamen iterum citandus eſt, quia iſti Iudices iudicauernnt illam appellationem pro friuola, & nihilominus tamen citauerunt aliquoties appellantem, cōcord. c. Prout, infr. de dolo, & contu. Sed hoc intelligendum eſt ſecundùm Panor. quòd citandus eſt ad conuincendam eius malitiam, non autem de neceſsitate. c. Eum qui, infrà de dolo, & contumacia.

3 Secundò not. † quòd licet ſupremus princeps committat alicui cauſam, quē ſcit propter ſuſpicionē ab altera parte recuſari poſſe, tamen per hoc non tollit facultatem recuſandi: hoc probatur ex tex. noſtro. Quia delegans ſciebat, quòd iſti duo Epiſcopi, quibus cauſa delegabatur, ſuffraganei impetrantis, & ſic eius ſubditi erant, & propterea recuſari poterant, & tamen propter illam commiſsionē etiam ex certa ſcientia factam, nō eſt aduerſario ſublatum ius recuſandi. Idem dicit Inno. in c. Ex tranſmiſſa, ſupr. de foro comper. Reliqua notab. vide tu ipſe apud dd.

Glo. in verbo, Appellauit, opponit contra tex. In quantum tex. vult, quòd appellatio iſtius plebani fuerit legitima, hoc modo: Appellatio quæ fit nòn à definitiua ſententia, ſed ab interlocu-
4 toria, vel † ab alio grauamine, non valet, niſi in ipſa appellatione cauſæ legitimæ grauaminis fuerint expreſſæ. c. Vt debitus, infr. de appellat. c. Cordi, de appellat. in vj. Sed in terminis. c. noſtri non eſt appellatum à definitiua, ſed tantùm à grauamine. Appellauit enim ideo, quia citabatur per iudices ſuſpe

ſuſpectos, & in illa appellatione nulla cauſa grauaminis expreſſa eſt, quare videtur quòd hæc appellatio non fuerit legitima. Glo. ponit tres ſolutiones.

¶ Prima eſt, quòd text. noſter procedat de iure antiquo, ſecundum quod non erat neceſſe in appellatio. cauſas grauaminis exprimere, vt habetur & not. d.c.j.de appella.in vj.c.Ad Romanam, ij.q.vj. Sed quia iura hodierna ſecus diſpoſuerunt, vt d.c.Vt debitus. d.c.j. appellatio de iure hodierno non fuiſſet legitima, quia hic appellat propter ſuſpicionem, quod facere nō debebat, ſed corā delegatis cauſas ſuſpicionis proponere, quæ ſi admiſſæ non fuiſſent, potuiſſet propter hoc grauamen appellare, & hoc in appellat. exprimere &c. vt not. in d.c.Cum ſpeciali, de appella.c. Super. §.fi.ſupr.de offi.deleg.

¶ Secundò ſoluit glo. ver. Vel dic, quòd in terminis c.noſtri cauſa ſuſpicionis fuit allegata, non autē admiſſa, & propter illud grauamen appellatum.

¶ Tertiò ſoluit, quòd cauſa grauaminis hic erat notoria, quare non opus habebat expreſsione &c. Sed quæ iſtarū ſolutionum ſit verior, audiemus.

¶ Et quod ad primam ſolutionem attinet, licet non multum impugnetur per dd. tamen non procedit. Quia tempore quo lata eſt iſta Decretal. ius antiquū in appella. non eſt obſeruatum: probo ſic, quia d.c.Vt debitus, quod requirit expreſsionem cauſæ, & c.noſtrum ſunt ſcripta ab eodem Pontifice, ſcilicet ab. Innoc. III. Igitur tempore, quo hæc Decretalis lata eſt, neceſſe fuit cauſas in appel. exprimere.

¶ Secunda ſolutio videtur verior, & conformis noſtro text. Nam licet text. in principio non dicat expreſsè, quòd cauſæ ſuſpicionis fuerint propoſitæ, & non admiſſæ, tamen, quia tex. loquitur de appellat. quæ proceſsit propter ſuſpicionē, præſupponit cauſas fuiſſe expreſſas, & nō admiſſas, & quòd propter non admiſsionem ſit appellatum, nec etiam fuit opus exprimere omnia, quę appellationem præceſſerūt: & hanc ſolutionem tenent hic Io. And. Panor. & And. Barb. Et hæc eſt verior.

¶ Tertiam ſolutionem tenet Hoſt. qui dicit: Nota, quòd valet talis appel. Appello ne procedas, cùm ſis mihi ſuſpectus ex tali cauſa, propter quam te recuſo. Argu. l. Non diſtinguemus. §. Cùm quædam. ff. de arb. & addit. Hoſt. quãdo cauſa eſt notoria, non eſt neceſſe exprimere grauamen, ſed interponi poteſt appellatio modò prædicto.

¶ Sed Ioā. And. tenet contrarium, ſcilicet neceſſarium eſſe vt grauamen procedat priuſquàm licet appellare. Quia

5 † licet notorietas excuſet ab onere probandi, non tamē excuſat ab onere proponendi. Idem tenet glo. in Clem. Appellanti, de appell. & ibi Io. de Ligna. & Card. Panor. Felin. & communiter dd. hic. Imò quidam volunt, non ſufficere ſi appellans ſe refert ad acta, vt ſi diceret: Appello, quia me grauaſti, vt patet ex actis. cùm tex. in d. Clem. dicat, quòd cauſæ nominatim debeant exprimi, & habetur in c. Dilecto. & in d.c. Vt debitus. vt Io. And. & Panor.

6 ¶ Sed in hac q. an ſcilicet † expreſsio grauaminis fieri debeat verbis ſpecificis, vel generalibus, ſunt opiniones. Nā Ang. Io. & Alex. de Imo. in l. Prætor, in prin. ff. de no. oper. nunc. & in l. Vbi autem. §. Illud. ff. de verb. oblig. Dicunt ſatis eſſe exprimere grauamē verbis importantibus ipſum ex mente, licet non

ex tenore. Ideo ſufficeret dicere: Pro cauſis grauaminis allego except. pacti vel iuriſiurandi oppoſitas in primo iudicio, vt apparet ex actis. Secus ſi dicerem: Pro cauſis grauaminis allego omnes exceptiones productas in iudicio, & Allegat Alex. de Imol. in d. §. illud, multa iura concord.

¶ Secunda opinio eſt Bal. in l. Minorib. C. de his quib. vt indig. Vbi dicit, quòd non ſufficiat relatio ad acta, niſi ſpecificetur, per quam partem Actorum appareat hoc grauamen.

¶ Tertia opinio eſt quoq; Bald. in d. l. Minoribus. Vbi dicit, quando de grauamine conſtat, ex diſpoſitione Iuris, quoq; non eſt neceſſe grauamen exprimere, vtpote, ſi Iudex pronūciet quem torquendum eſſe non præcedentib. indiciis. l. Maritus. ff. de quæſtio. Vel mādat rem ſequeſtrari, quod etiam prohibitum eſt, vt C. per tot. de prohib. ſequeſt. pe. Quare in re tā aperta ſupervacua eſſet cauſæ expreſſio. Argu. l. Si conſtat. ff. de appell. Vide Feli. hic.

¶ Tu dic breuib. Quando appellādum eſt ab interloquutoria, vel grauamine
7 iudiciali, † vel extraiudiciali, non eſt opus diſputare, quod ad expreſſionem cauſæ grauaminis attinet, an ſit notoria, vel nō notoria, quia indiſtinctè exprimenda eſt. d. Clem. Appellanti, cum ſimilibus. De qualitate autem expreſſionis dubitari poterit, an ſcilicet requiratur de neceſſitate, quòd nominatim & in ſpecie exprimatur, an verò ſufficiat quoquo modo exprimere. Et in hac q. diſtingui poteſt.

8 ¶ Aut † appellans habet grauamē, quia Iudex errauit in Iure, Vt ſi pronunciauit quem torquendum eſſe non præcedentibus indiciis &c. Et hoc caſu non eſt opus appellatione, & per cōſequens cauſæ expreſſione, quia ſententia nulla eſt. l. ij. C. Quando prouo. nō eſt neceſ. & d. l. Si cōſtat. ff. de appel. Et talis ſententia, quando quis ad torturam condemnatur, non præcedentibus indiciis, eſt contra ius conſtitutionis. d. l. Maritus, cum ſimil. ff. de quęſtio. Quare tertia opinio, quæ Bal. eſt, non procedit.

¶ Aut appellans ideo appellauit, quia Iudex errauit in facto, & ſic non pronunciauit contra ius conſtitutionis, ſed contra ius partis, Et dic.

¶ Aut cauſa grauaminis eſt notoria, & exprimenda eſt, non autē probanda. Et in hoc caſu procedit opinio Io. And.

¶ Aut non eſt notoria, & tutius eſt expreſſionem fieri nominatim, & verbis ſpecificis. d. c. Cordi. & d. Clem. Appellanti. Si tamen ſit per relationem ad acta, dic.

¶ Aut relatio ad acta ſit ſimpliciter & in genere, & non ſufficit: & in hoc caſu intelligitur prima opinio.

¶ Aut ſit ad certam partē Actorum, vt locum exprimendo, & valet, quia paria
9 ſunt, † quid fieri per ſe, vel per relationem ad aliud. l. Ait prætor. §. Si Iudex. ff. de re iud. Et in hoc caſu procedit ſecunda opinio. Vide Feli. hic.

¶ Glo. in verbo, Poſſeſſionē, ponit duos intellectus ad tex. noſtrum.

¶ Primus eſt, quòd hic tex. hic loquatur de reſtitutione, quæ petitur in interdicto recuperandæ, vnde vi.

¶ Secundus intellectus eſt, quòd loquatur de reſtitutione in integrū, iure Minoris. Sed glo. approbat primum intellectum, quem ſequuntur Io. de Imo. Panor. Feli. & And. Barb. hic. Et quòd hic intellectus glo. ſit verior, colligitur ex principio & medio huius c. Quia in

principio dicit tex.quòd Actor petebat tantùm reſtitutionis beneficium,poſteà Iudices in ſententia adiudicauerunt poſſeſſ. Actori,& vetuerunt,ne quis poſſeſsionem reſtitutam turbaret. Ita colligit Andr.Barb.hic.

¶ Sed contra illum primum intellectũ, & verum, opponit glo.hic,quia tex.ſecundum illum intellectum vult, quòd ante litem conteſtatam poſſeſsio non debebat Actori adiudicari propter cõtumaciam Rei. Imò cõtrà, quòd etiam
10 ante litem conteſtatam † poſſeſsio adiudicari poſsit propter contumaciam, per tex.in c.Tuæ.& c.Quoniam.§.In aliis,infr.eod. Glo.hic reſpondendo ad hoc cõtrarium, dicit, poſſeſsionem eſſe duplicem. Quædam poſſeſsio dicitur poſſeſsio Iuris. Quædam verò dicitur poſſeſsio cauſa rei ſeruandæ.

¶ Poſſeſsio Iuris dicitur,quando Actor agit interdicto,Vnde vi,dicẽdo,ſe fuiſſe in poſſeſs.& per Reum ſpoliatum eſſe,& petit ſe reſtitui. Hoc caſu adiudicatur poſſeſsio Actori, tanquam ſua propria. Et hæc poſſeſsio adiudicari nõ poteſt ante litem conteſtatam, ſed requiritur quòd ordo iudiciarius ſeruetur.c.Conſultationibus,ſupr.de off.de leg.Bart.in l.Vnica. C.Si de momen. poſſeſſ.appell.fue. Et de hac poſſeſsione propriè loquitur tex.noſter. Poſſeſsio autem cauſa rei ſeruandæ dicitur, quando Actor mittitur in poſſeſs. ex primo decreto, propter contumaciam Rei: & hæc immiſsio fieri poteſt ante litem conteſtatam,& de hac loquuntur iura contraria. Inno. Io.de Imo.& Ioã. Andr.ponunt alios intellectus ad tex. noſtrum. Sed quia primus intellectus glo.cõuenit tex.non recitabimus alios intellectus. Tu vide Doctor.

11 ¶ Glo.in verbo,Subeſſe, † colligit cauſas, propter quas delegatus recuſari poſsit.

Innocentius IIII.Epiſc.Brixiẽ.

I.Væ fraternitatis deuotio, & infrà. Conſultationi tuæ duximus reſpõdẽdũ: Quòd ſi Reus,lite non cõteſtata, abſentauerit ſe contumaciter, talisq; cauſa ſit,quòd Actor poſsit in petitarũ rerũ poſſeſsionẽ induci, eſt in eadẽ cauſa cuſtodiæ inducẽdus. Quòd ſi cauſa talis fuerit, q̃ idem in poſſeſsionẽ nequeat intromitti, vt Iuri pareat, per cen.eccleſi. eſt compellendus.

SVMMA CAPITA.

1 *Reus ſi,lite non conteſtata fuerit contumax, erit excommunicandus, vel Actor, pro cauſæ qualitate,in poſſeſſ.Rei mittendus.*
2 *Cauſæ duplices. In quibuſdam enim habet locum miſsio, In quibuſdam non.*
3 *Abſentis bona, vbi pœna capitalis,vel deportationis,imponenda,annotantur.*
4 *Ad definitiuam, etiam lite non conteſtata, quando relegationis, vel minor pœna infligenda ſit,procedi poteſt.*
5 *Ante litis conteſta an & quando teſtes examinandi & ad definitiuam procedendum.*
6 *Exẽpla,vbi miſsio in poſſeſſ. nõ habeat locũ.*
7 *Miſsioni ſi non ſit locus,per Iudicem, iure Ciui.contumaci mulcta imponenda.*
8 *Modi ſiue remedia,quibus illi qui Actorẽ,Iudicis iuſſu, in poſſeſsionem admittere nolunt,*

tegendi.

1 SI LITIS † non conteſtata, Reus eſt contumax, ſi fieri põt. mittitur Actor in poſ. cauſa rei ſeruandæ. Sin minus, excommunicatur. Caſus.

¶ Quidam fuit legitimè citatus ad cõparendum in iudicio, qui ſtatim in initio litis, & ſic ante litis conteſtationẽ, factus eſt contumax, Quæritur, quomodo contra Reum contumacẽ ſit in Iudicio procedẽdũ. Et reſpondet tex.

2 diſtinguendo, ꝙ ſcilicet † cauſæ ſint duplices. In quibuſdã habeat locum miſsio, In quibuſdam verò non.

¶ Item cauſæ, in quibus miſsio locum habet, ſunt omnes ciuiles. Et illa tractantur, Aut per actiones reales, aut perſonales.

¶ Quando actio realis intentatur, & Reus eſt contumax, non eſt dubium, quin Actor propter ſuã cõtumaciam poſsit mitti in poſſ. rei petitę, ex primo decreto, cauſa cuſtodiæ, per tex. noſtrũ hic. Et ſi reus infra annum redierit, & ſufficienter caueri de iuri parendo, ex penſaſque ſoluerit. poſſ. recuperat. Sin minus, Actor ſit verus poſſeſſor, per tex. in. c. Quoniã frequenter. §. in aliis. j. eod.

¶ Quando vero actio perſonalis intentatur, mittitur Actor pro modo debiti in poſ. mobilium, ſi extãt, vel illis non extãtibus, immobiliũ. d. c. Quoniã frequenter. §. Si autem. j. eo.

¶ Cauſę verò in quibus nõ habet locũ miſsio ſunt ſecũdũ gl. fi. hic, cauſæ criminaliter intentatæ, vel ciuiliter, & cauſæ matrimoniales. quando. ſ. agitur ad ſeparationẽ thori. Et hoc caſu pœna contumaciæ à parte Rei, eſt quod excõicetur. c. j. in fi. ſ. e. Idẽ tenet Ioan. And. Sed hæc gl. impugnatur per dd. Et primum, inquantũ loquitur de cauſa criminali, dicit Io. de Imo. hic, quando cauſæ criminales ciuiliter intentãtur, tunc idẽ ſit quod in ciuilibus, quia in talibus procedi põt ad inſtar aliarũ cauſarum ciuilium. l. Abſentẽ, ibi, ſecũdum morem priuatorum iudiciorum, & quæ ibi nor. ff. de pœn. Si verò agitẽ criminaliter concordant Ant. de But. Io. de Imo. & Pan. ꝙ gl. re ipſa bene dicat. Quia propriè nõ habeat locũ im-

3 miſsio. † In grauioribus tamẽ delictis, quãdo pœna capitalis vel ad minus deportationis, infligenda eſt, bona abſentis annotantur, iux l. j. & . ij. ff. de reis. Quando verò pœna relegationis,

4 vel minor imponenda eſt † poterit procedi ad definitiuã etiã lite nõ cõteſtata d. l. Abſentẽ. ver. Melius. ff. de pœnis. Et de hac materia dicemus in c. Veritatis. j. de dolo & contu.

¶ Quod verò attinet ad cauſas matrimoniales diſſoluendas. Ant. de But. dicit idem eſſe, ſiue agatur ad matrimonium coniungendum, ſiue diſſoluẽdũ. dicunt tamen Ant. de Butri. Panor. & And. non eſſe commodum exemplum de cauſa matrimoniali ad tex. noſtrũ. Nam licet, nõ fiat miſsio in poſ. quando agitur de Matrimonio coniungendo, vel diſſoluendo, tamẽ, veritate cognita ex dictis teſtiũ, qui in his cauſis,

5 † ante litem conteſtatam, examinari poſſunt, poteſt ad definitiuã ſententiã procedi, per tex. expreſſum in. c. Quoniam. §. Porrò. j. eo. Et per hoc ſit expedita glo. fi.

6 ¶ Doctor, ponunt hic alia † exempla, vbi miſsio nõ poterit habere locũ. Et primũ, in cauſa beneficiali. Sed dic, ꝙ in

in ea procedi poſsit propter cõtumáciam Rei ad definitiuam ſententiam, per tex,in.c.j.j̄.de eo qui mitt.in poſſ. libro.vj,

¶ Idem eſt,ſi quis fuerit elatus ad aliquam dignitaté ſecularem,ſecundum Fel.hic,& Spec,in.§.Vidédũ.ver.Quid ſi electus.&c,

¶ Secundo ponunt Io.de Imo.Pan.& And,Barb.exemplũ,quando agitur interdicto Retinendæ.Nã hoc caſu non petitur quid dari,vel fieri,ſed tantum vt aduerſarius à turbatione deſiſtat, non poteſt fieri miſsio in poſſ.ſed proceditur ad excõmunicationem, licet Io.And.hoc caſu dicat, ꝙ procedatur ad definitiuã,iux.l.Diffamari.C.de inge.& manu.Pan.tamen hic impugnat, & ſimpliciter decidit,ꝙ excõmunicatio locum habeat per text.noſtrũ hic, & in,c.j,ſ̄.e.Spe.in tit,de contu.§.Sequitur.ver.Sed pone,Io.de Imol. poſt Spe.in.d.§.Sequitur,addit hoc verum eſſe,niſi Actor quoque petat intereſſe, ratione turbationis præteritæ, quia tunc,illo reſpectu,poterit fieri immiſſio, ſecundum Specu.in præallegato loco.

Tertiò,exemplificat Hoſt. quando agitur actione perſonali,& Reus neq; Mobilia,neque immobilia habeat, ꝙ non poſsit fieri miſsio,tunc procedat excommunicatio.

Quartò, exemplificat Vincent, Si Reus abſcondit rem, vel perdit dolo ſuo.

Tu dic breuibus, ꝙ de iure Ciuili,
7 † in his caſibus, in quibus miſsio non poteſt habere locũ,Iudex propter contumaciã poterit mulctã imponere,vt l.Vnica,in prin.iun.gl.in verbo,Pœnali.& in verbo,Iudicio,& quæ ibi not. per Doct.ff.Si quis ius di.non obtép. Vide Spe.in.d.§.Sequitur.

Glo.in verbo, Inducendus, diuiditur in tres partes.In prima ponit gl.rationes,quare Iudex propter contumaciam non debeat properare ad miſsionem. In ſecunda,quæ eſt ibi, An iſte,
8 tractat de effectu miſsionis. † In tertia ponit remedia, quibus ſint cogẽdi illi,qui non admittunt Actoré in poſſ, Iudice mandante.

Prima pars eſt facilis.ſecunda expedietur.in.c.Contingit.j̄.de dolo & contu.Tertia pars quoque non impugnatur per Doc.Hoſt.qué refert & ſequit Pan.hic,addit alia remedia. Sexto, vt inducatur mulcta,d.l.j.Si quis ius dic, non obtem.Septimò, vt puniatur extra ordinem,in quantũ Iudici videbit, l.Si quis miſſus.ff.Ne vis fiat ei qui in poſſ.l.Locatio.§.Illicitè.ff,de publi.& & vecti.l.j.ff.de var.& extraor.cog.c, Dilectus.j̄.de pœn. Vide Panormi, hic.

Innocentius.IIII.De Decima & Eleemoſyna, Abbatibus Aure.& Carno, diœce.

ACcedẽs ad ſedem Apoſtolicam,nobilis vir.Gu.Vicecomes, nobis expoſuit,quod cũ Coroſopiteñ. Epiſcopus comitẽ Britãniæ proxima linea cõſangui nitatis attingat,& Archidia. eius ſit Clericus commenſa-

lis, qui eidẽ vice comiti eſt aduerſarius principalis, vtpote qui vxorem ſuam & terrã publicè detinere preſumit, & magiſter P. de terra vxoris ſuæ oriundus exiſtens, nimis fauens eidem: & omnes ſub diſtrictu exiſteret Comitis memorati: nec niſi per diſtrictũ ipſius ei pateat acceſſus ad eos & ipſi, quibus cauſa inter ipſum & vxorem ſuam cõmiſſa fuerat, nunquã ei voluerũt, niſi in terra inimicorum ſuorum locũ & terminũ aſsignare, vbi ſine mortis periculo accedere nõ audebat: & licet literas non habuerit de conductu, ſi tamẽ cõmiſſæ ei fuiſſent non debebat ſe credere ſuis capitalibus inimicis, & infrà. Mandamus quatenus, cũ propinquiores ſitis terræ nobilis tã dictæ, quã ſuæ, & cauſa ipſa per vos cõmodius valeat terminari, cũ ad vos ſecurus pateat acceſſus, vtrinque partib⁹ cõuocatis, ſi vobis conſtiterit, quòd ante litẽ legitimè cõteſtatã, vel poſt appellationẽ ex præmiſsis cauſis interpoſitã, teſtes ſuper cõſanguinitate, cõtra matrimoniũ, abſque culpa cõtumaciæ recepti fuiſſent vos atteſtationes huiuſmodi decernatis irritas & iuanes, cõpellẽtes dictã nobilẽ, vt reuertatur ad virum ſuum, quẽ incõſultò dimiſit, ita quod poſt quã ipſe vir plenariã reſtitutionẽ habuerit, tã vxoris quã terræ cauſam ſuper matrimonio audiatis, eamque fine Canonico terminetis.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Citatus ad locum non tutum, comparere non tenetur.*
2 *Inimico nemo credere vel cõmittere ſe tenetur. etiã ſi fides ipſi, vel ſaluus cõductus datus ſit.*
3 *Publicæ tamen fidei, vel ſalui conducti, ab ab eo, qui ordinariam iuriſdictionem habet, dato, credendum.*
4 *Conſanguinitatis, ratione, an delegatus recuſandus.*
5 *Commenſalis an vt ſuſpectus recuſandus.*
6 *An quis ius domicilii ibi, vnde oriundus eſt, licet ibidem non habitet retineat.*
7 *Delegatus an eo quod aduerſarii conterraneus ſit recuſari poßit vt ſuſpectus.*
8 *Conterraneus an in cauſa conterranei habeatur ſuſpectus.*
9 *Fauor an ſit delegatum recuſandi ſufficiens cauſa.*
10 *Fauor eſt duplex.*
11 *Fauoris cauſa exprimenda.*
12 *Verba præcedentia & generalia, ſecundum ſpecialia intelligenda.*

RECEPTIO Teſtium facta contra non cõtumacem, lite non conteſtata, in cauſa matrimoniali, eſt nulla.

¶ Caſus.

¶ Caſus. Quidam nobilis Vicecomes duxit vxorē, quæ nomine dotis attulit quaſdā terras, q̄ ſitæ erant ſub quodam Comite Britanniæ. Quū aūt aliquandiu cohabitaſſent ipſa vxor diſceſsit ab eo ſine iudicio Eccleſię, & diuertit ad præfatū Comitē Britanniæ, qui Comes tam vxorē, quā terras ipſius detinuit in p̄iudiciū Vicecomitis mariti. Vxor autē allegauit pro cauſis deſertionis ꝙ ipſa & Vicecomes eſſent in tali linea conſanguinitatis, ꝙ inter ipſos Matrimonium contrahi non potuiſſet, ꝙ in Iure deducere, & per hoc ad ſeparationē agere volebat, & propter ea impetrauit à ſummo Pontifice tres delegatos. ſ. Epiſcopū, Archidiaconum, & quendā Magiſtrum, qui ad inſtantiam vxoris citauerunt Maritum, Maritus autem recuſauit delegatos omnes. Pro cauſis aūt ſuſpitionis contra delegatos propoſuit: Primò cōtra Epiſcopum, ꝙ Comitem Britāniæ qui ipſius vxorem, & dotē detineret, eiuſque manifeſtus aduerſarius eſſet, proxima conſanguinitatis linea attingeret. Contra Archidiaconum verò oppoſuit, ꝙ eſſet commenſalis ipſius Comitis Britanniæ.

¶ Cōtra Magiſtrū autē, ꝙ ſit oriūdus de terra vxoris ſuæ, & quoq; ei nimis aduerſarii ſui ita, ꝙ nullus omnino acceſſuſ aueret: & in ſumma, iſtos delegatos exiſtere ſub diſtrictu p̄fati Comitis ad ipſos pateret, niſi per diſtrictum Comitis. Et poſtremò, hoc augere ſuſpitionem, ꝙ illi cōmiſſarii nunquam voluiſſent ei locum vel terminum aſsignare, niſi in terra inimicorū ſuorum, ad quam ſine mortis periculo accedere non auderet, neque etiam dediſſent ei literas de cōductu, & ſi dediſſent, non tamen propterea potuiſſet ſe credere ſuis capitalib. inimicis: ita petebat, ne procederent in cauſa.

¶ Sed delegati iſtam recuſationem reiecerūt, propterea maritus appellauit ad ſummum Pontificem.

¶ Delegati, autem appellatione nō obſtante, proceſſerunt, lite non conteſtata in negotio principali, recipientes teſtes ſuper conſanguinitate vxoris allegata.

¶ Vicecomes autem conquæſtus eſt ſuper iſtis attentatis, apud ſummum Pontificem, & petiit reſtitutionē vxoris & terræ, in dotem datæ.

¶ Ideo ſummus Pontifex hoc negotiū aliis quibuſdam delegauit, & mandauit vt veritatem diligenter, inquirerent: & ſi conſtiterit, ꝙ ante litē cōteſtatā, vel poſt appellationē interpoſitā, priores Delegati ſuper conſanguinitate, contra Matrimoniū, recepiſſent teſtes cum vicecomes non fuiſſet contumax ꝙ iſtas atteſtationes decernerent irritas, & inanes, & compellerent vxorem, vt reuerteretur ad maritum ſuū, & reſtituerent maritum tam in Matrimonio, quàm dote. & poſtea audirent & terminarent negotium principale, ſuper conſanguinitate.

¶ Nota primò ex tex. hic, ſecundū dd.
1 † citatus non tenetur cōparere in loco non tuto, & ſic in terra inimicorum ſuorum, cōcor. Cle. Paſtoralis. §. Notorium, de re iud. & c. Ex parte. j. de app.

¶ In hoc tamē tex. noſter ſingulariter notatur, quod etiam ſi quis habuit literas de ſaluo conductu, tamen non te-
2 neatur † ſe credere inimicis ſuis. Arg. c. Literas. in. fi. j. de reſti. ſpo.

Quod autem de inimicis dicitur, de capitalibus intelligendum

eſt,

eſt.Qui autem dicantur capitales,& ex
quibus cauſis capitales inimicitiæ oriā
tur,vide dd.& præſertim Panor. hic ſu
per.iij.notab.Dictum autem eſt notan
3 ter†de literis ſalui conductus, per ini-
micum dari,quia,ſi Iudex, qui iuriſdi-
ctionem ordinariam habet, & non eſt
inimicus,dat alicui literas ſalui condu
ctus per locum,vbi habet iuriſdictionē
tenetur ei credere. De hac materia vi-
de Bar.& dd.in l.Is,qui reus.ff.de pub.
iud.Io.& Alex.de Imò.in l.Nam quod
§.Non omnis.ff.Ad S.C.Trebel, & co-
pioſè Fel.hic.Reliqua notab. tu ipſe vi
de apud dd.

¶Glo.in verb.Linea conſanguinitatis,
4 tractat q.vtrum† cauſa conſanguinita
tis ſit ſufficiens cauſa recuſandi delega
tum.Et in hac q.diſtingue:

¶Aut ipſe Iudex eſt conſanguineus
vtriuſque partis, & eſt aut in eodem
gradu vtrique coniunctus, & tunc par
affectionis cauſa ſuſpicionem remouet
l.Non ſolum.§. de vno.ff. de ritu nup.

¶Aut vtriq; non attinet eodem gradu,
ſed aduerſario in propinquiori, & re-
cuſari poteſt cum non ſit par ratio af-
fectionis, c.Literas, infr.de præſump.
c.Accedens ſupr.eo.Aut eſt conſangui-
neus partis aduerſæ tantum, aut eſt
eius conſanguineus ex ſtirpe maſculi-
na,& ſic agnatus,& admittitur recuſa-
tio vſq; in infinitum, cum propter idē
cognomen ſemper duret affectio ſecun
dum Io.And.& Panor. in c. Poſtremo,
infr.de appel.

¶Aut eſt eius conſanguineus in linea
fœminina,& ſic cognatus, & tunc ſi eſt
in tali linea conſanguinitatis, quod ei
ſuccedere poteſt,de quo in glo.in §. fi.
in verbo,Natæ ve.Inſt.de ſucceſſ. cog.
Et quoq; ratione iſtius conſanguinita-
tis accuſari poteſt,ſecundum gl.Panor.
& alios in d.c.Poſtremo.

¶Aut delegatus eſt conſanguineus ini
mici mei,& dic:Aut inimicus meus fa-
uet aduerſario meo, & quoq; poſſum
eum recuſare,per tex.noſtrum hic quia
Comes erat inimicus nobilis Viceco-
mitis,& erat conſanguineus delegati,&
fauebat vxori ipſius Vicecomitis,quia
ipſam & terras ipſius detinebat.

¶Aut inimicus meus non fauet aduer-
ſario meo. Et ſunt opiniones, an eius
conſanguineum recuſare poſsim.Nam
Io.And.& Panorm.hic colligunt, quod
ſic per tex.noſtrum hic, qui fundat ſe
ſuper inimicitia,non autem ſuper fa-
uore,quem præſtabat vxori. & facit c.
Repellātur,infr.de accuſa.&c.Inſinuā
te,ſupra de offi.dele.

¶And.Barb.tenet cōtrarium,quia tex.
hic fundat ſuper eo, quòd Comes Bri-
tanniæ erat inimicus principalis ipſius
Vicecomitis, & in ipſius ſpeciale præ-
iudicium detinebat eius vxorem & ter
ras & ſic fauebat aduerſario, & aduer-
ſabatur ipſi,quare meritò recuſabatur.
Secus ſi non faueret aduerſario, & hæc
poſterior opinio videtur verior, cùm
ad probandam priorem non extet ali-
quis text.

¶Glo.in verbo,Eius colligit,quòd non
5 tantum†commenſalem aduerſarii mei
recuſare poſsim, tanquam ſuſpectum,
vt d.c.Inſinuante,ſupr.de offi. delega.
Imò ſi Iudex eſt commenſalis inimici
mei, qui mecum non contendit in hac
cauſa,poſſum eum recuſare,per tex.hic
Sed dic,vt diximus ſuper gl.

¶Glo.in verbo,Oriundus diuiditur in
duas partes. In prima quærit, an quis
6 retineat†ius domicilii,vnde eſt oriun-
dus,licet de præſenti ibidem non habi
tet

tet:& decidit,quòd ſic concord. l. Mu
nicipes.ff.de verbo.ſign.c.Nullus,cum
glo.ibi,infr.de temp.ord.in vj.Hæc ta-
men intelligenda ſunt non de eo, qui
fortuito in aliquo loco natus eſt vt q̃a
parentes tranſibant, & in ipſo tranſitu
natus eſt.Tum enim non dicitur inde
oriundus neque ibidem habere domi-
cilium.l.filios.C.de municip.lib.x. De
hac materia vide Bart.in l.Aſſumptio.
ff.Ad municip.& quæ not. in ca.primo
& c.Ex parte & c.fi.ſupr.de fo.comp.

¶ In ſecunda,quæ eſt ibi,Et eſt iſta quę
7 rit glo.an†ſit ſufficiens cauſa ſuſpicio-
nis, ſi delegatus oriundus eſt de terra
aduerſarii gloſſ. in effectu diſtinguit:
Aut eſt oriundus ex loco,vbi Iudex ad
uerſarii habet iuriſdictionem & domi-
nium & ſit ſufficiens cauſa ad recuſan
dum.Facit c.Accedens,ſuprà.eo. Quia
ibi habetur, quod delegatus recuſari
poſsit,ideo quia eſt aduerſarii ſuffraga
neus,multò ergo magis recuſari poteſt
ſi eſt ſub eius iuriſdictione.

¶ Aut natus eſt in terra aduerſarii vbi
tamẽ iuriſdictionem non habet & hæc
ſola ſuſpicio non eſt ſufficiens ad recu
ſandum, ſed alias ſuſpiciones auget &
fortificat,ſicut dicitur: Quæ non pro-
ſunt ſingula,multa iuuant. c.Cum cau
ſam,infr.de proba.

8 ¶ Hoſtien. mouet q.Quid ſi duo ex† ea
dem patria in longinquis partibus de-
gunt,& ſolent ſe diligere,vt fratres, an
alter in alterius cauſa ſit ſuſpectus, &
decidit quod ſic.Secus ſi ambo ſunt in
patria.Idem decidunt Ioã.de Imo.Pa-
nor.& Feli.hic.Anto.tamen de But.di-
cit idem eſſe ſi non ſint in longinquis
partibus, ſed in patria conciues, tum
quoq; ſint ſuſpecti,ſi alter detur Iudex
in cauſa alterius cum forenſi,Idem de-
cit Panor.hic,per tex.in c.ſtatutum. §.
Cum autem de reſcrip.in vj. Vbi habe
tur,quòd ſi Actor & Reus ſunt diuerſa
rum ciuitatum & diœceſum, non po-
teſt Actor impetrare delegatum in ſua
ciuitate vel diœceſi &c.

¶ Glo.in verbo.Nimis fauens,opponit
contra text. Dicitur hic quod ſit ſuffi-
9 ciens ſuſpicio†contra delegatum,ſi fa-
uet alteri parti,ſed contra, quilibet te-
netur fauere proximo.c.Omnis qui nõ
diligit,de pœni.diſtinct.Quare ſequi-
tur,quod propter fauorem recuſari nõ
poſsit, cum faueat autoritate legis. l.
Gracchus.C.de adulte.Gloſ.reſpondet
10 diſtinguendo: † Quidam eſt commu-
nis fauor, & in communi forma. Qui-
dam verò eſt ſingularis fauor.Commu
nis fauor non inducit ſufficientem ſu-
ſpicionem ſicuti nec quælibet inimici-
tiæ repellunt teſtem ſed maximę vt ha
betur & not.in c.Per tuas,infr.de ſimo.
Sicuti quoque leuis offenſio legatum,
vel fideicommiſſum non adimit,ſed re
quiritur maxima.l.iij.in fi.ff.de adi.le-
ga.Et in hoc caſu loquitur contrarium
Singularis verò & peculiaris fauor eſt
cauſa recuſandi:& in hoc caſu propriè
loquitur tex.noſter hic, dum dicit, ni-
mis fauens,& facit ad hoc tex.in l. La-
tę.§.Amicos.ff.de verb.ſig.Cauſa ergo
cognita Iudex arbitrari poterit, quæ
amicitia ſit communis vel ſingularis.
Argu.l.j.§ Quæſtioni.ff.de.quæſtio.Et
ex his colligunt Hoſtienſ. Ioan. Andr.
Antho.de Butr.& Panor.non ſufficere
ſi cõtra delegatum opponatur ſimpli-
citer,his verbis, quòd faueat parti ad-
uerſæ, ſed requiratur quod nimis fa-
ueat.Imò Hoſtienſ.addit,nec hoc ſuffi-
11 cere,niſi†cauſam fauoris exprimat, vt
quia oſtendat eum in aliquo ſe grauaſ-

ſe.c.Ad hæc el.j,& c.Propoſuit,infr. de appella.Concludit ergo Panormi.hoc modo:

¶ Aut recuſans dicit Iudicem fauere alteri parti ſine expreſsione cauſæ fauoris,non ſufficit,quia Iudex poteſt fauere vni parti, dummodo non excedat modum.c.Conſuluit, Ibi, niſi gratum fecerit,cum ibi not.ſupr.de offi. deleg.

¶ Aut exprimit cauſam fauoris ſed non concludētem nimium fauorem,& quoque non ſufficit d.c.Conſuluit.

¶ Aut exprimit cauſam concludentem nimium fauorem vt quia dicit Iudicem fauere alteri parti, & grauauit eum in tali & tali articulo,licet apertè non di-
12 xerit quòd nimis faueat. Nam † dicta præcedentia & generalia intelliguntur ſecundum ſpecialia.l.fin.§.Cui dulcia. ff.de vino,oleo.trit.lega.Panor.& And. Barba. allegant hic dictum quoddam Spec. Quòd ſi pars ſecretò loquitur cū Iudice,vel Iudex clara voce dicat illi: audi, quod alteri parti legitimè ſit ſuſpectus.Idem dicitur de ſocio in domo. Vide hic Panor.& And.Barb.

Innocentius IIII.

QVoniam frequenter in dubium reuocatur à multis, an lite non conteſtata, teſtes recipi valeant: autoritate præſentium duximus declarandum regulariter verum eſſe,quod lite non conteſtata, non eſt ad receptionem teſtiū procedendum. Niſi fortè de morte teſtium timeatur, vel abſentia diuturna, in quibus caſibus cum ciuiliter eſt agendum,ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus ſubtrahatur,ſenes & valetudinarii,& alii teſtes, de quibus ex aliqua rationabili cauſa timetur:etiam lite non conteſtata, ſint proculdubio admittendi, ſeu pars cōuenta ſit contumax, ſeu ſit abſens abſque malitia, vt conueniri non poſsit. Sed ſi Actor non contrauenerit aduerſarium intra annum,ex quo conueniri poterit: vel ſaltem receptionem huiuſmodi teſtium non denunciauerit illi,atteſtationes ſic receptæ non valeāt: ne fortè hoc procuret in fraudem, vt proceſſu temporis exceptiones legitimæ,ad repellendum teſtes vel aliæ, locum habere non poſsint.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Teſtes ante litis conteſtationem regulariter non recipiendi.*
2 *Teſtes,lite nondum conteſtata,in cauſa principali,quando recipiendi necne.*
3 *Reus ob contumaciam quomodo puniendus.*
4 *Regulariter & generaliter differunt.*
5 *Teſtes in perpetuam rei memoriam vt examinentur,quatuor requiruntur.*
6 *Quibus in caſibus in principali procedatur, lite*

lite non conteſtata.

7 *Regulæ,ſub quibus caſus iſti ſpeciales comprehenduntur.*

8 *Ratio, quare in ciuilibus & in criminalibus non item,teſtes ante litem conteſtatam recipiantur.*

9 *In criminalibus etiam lite nondum conteſtata teſtes recipi poſſunt , vbi agitur de defendendo Reo.*

10 *Teſtes in caſu,vbi propter moram vel mutatio ſententiæ teſtium vel facti obliuio timetur an recipiendi ante litis conteſtationem.*

11 *Mutatio conſilÿ mors & fides æquiparantur in teſte.*

12 *Regula ſubſiſtit & ſufficit , donec fallentia eius probetur.*

13 *Vno caſu à Regula excepto,& ſimiles excepti videntur.*

14 *Teſtes quo ad Reum lite etiam nondum conteſtata recipi,eorumq́; atteſtationes publicari poſſunt.*

15 *Atteſtationes ex parte Actoris,ante litis conteſta.factæ,poſtea non valent niſi Actor infra annum agat vel denunciet &c.*

16 *In obligationibus conditionalibus vel in diem æquiparatur Actor ipſi Reo quo ad teſtium receptionem,ante litis conteſt.*

17 *Teſtes lite nondũ conteſtata,examinati, tempore litis conteſtationis adhuc ſuperſtites & præſentes denuo ne examinandi necne.*

18 *Annus infra quem Reus poſt teſtium receptionem lite non conteſtata factam conueniendus eſt,an ſit continuus vel vtilis.*

19 *Reg.In præſcriptionibus tempora regulariter ſunt continua niſi aliter in ſpecie cautum ſit.*

20 *Atteſtationes teſtium ante litis conteſta. factæ pro Reo facientes,an Reo proſint ſi infra annum Actor non egerit.*

21 *Actor teſtibus lite nondum conteſtata productis ſi infra annum non egerit &c an ad probationem,quod hoc fraude non omiſerit admittendus,*

22 *Ex temporis lapſu inducitur præſumptio iuris de iure cẽtra quam non admittitur probatio,*

25 *Negligentia magna æquiparatur culpæ.*

24 *Senes qui ſint ad hoc vt teſtes in perpetuam rei memoriam examinentur.*

1 LITE † nondum conteſtata, in
principali teſtes regulariter non
recipiuntur,fallit in caſibus hic
expreſsis.

¶ Pro intellectu tex.dic loco figurationis caſus,breuibus.Quando quæritur,
vtrum in negocio principali , ante litẽ
conteſtatam,teſtes recipi poſsint,diſtin
2 gue ſecundum tex.hic † Aut timetur de
morte teſtiũ vt quia ſunt ſenes,vel valetudinarii,
vel timetur de abſentia diu
turna,aut alia rationabilis cauſa ſubeſt
& tunc in perpetuam rei memoriã
examinantur,ſiue aduerſarius ſit contumax
ſiue nõ ſed tñ hoc caſu Actor ad
uerſarium ſuũ teneĩ cõuenire infra annum
ſi poterit,ſin minus, receptionem
teſtium illi denunciare alioqui non valeret
receptio,& h.d.in prin. Aut nõ ti
meĩ de morte vel diuturna abſentia teſtiũ
&c. Et dic: Aut ſumus in cauſis matrimonialibus
ſiue beneficialibus & ſub
diſtingue: Aut Reus eſt abſens tũc ſi ab
eſt contumaciter vtpote quia per citationẽ
eſt deprehenſus & cõtemnit eam
vel malitioſè occultat ſe quominus ad
eũ citatio peruenire potuit & teſtes in
principali & ſnĩa definitiua recipi poſ
ſunt,lite non cõteſtata.h.d.in.§.Porrò.

¶ Si verò non contumaciter abeſt vtpote
ꝙ ſine ſua ſpeciali culpa citatio ad
eum peruenire non potuit & dic; Aut
ſumus in beneficialibus & expectandus
eſt abſens per vj.menſes vel per maius
ſpacium, ſecũdum negocii qualitatem
h.d.in §.Si verò,& in §.Quòd ſi forſan.

Aut

Aut ſumus in matrimoniali,& tunc ; ſi
ſine culpa eſt abſens,vt quia captus eſt
ab hoſtibus,vel morbo . vel alio iuſto
impedimento impeditus.Aut tam lon-
gè abeſt,quòd citatio ad eum perueni-
re non poſsit,& expectatur donec de i
pſius obitu veriſimiliter præſumatur.
h.d.in.§.Si autem . Aut non ſumus in
matrimonialibus , nec beneficiali-
bus,& dic.

¶Aut Reus non eſt contumax , & non
poteſt procedi ad teſtium receptionem
multò minus ad ſententiam de finiti-
uam,vt per tot.tit.

¶Aut Reus cõtumax eſt,& dic.Aut in-
quiſitio contra delinquentem eſt faciẽ
da,& propter contumaciam quoque
procedi poteſt ad teſtium receptionem
ante litem conteſtatam.h.d.in.§ . Sunt
& alii.

¶Aut aliæ cauſæ ſunt,in quibus eſt cõ
tumax,& non proceditur ante litem cõ
5 teſtatam,ad teſtium receptionem † ſed
contumacia alia ratione punitur & in
hoc diſtinguit tex.Aut Reus eſt conuẽ
tus actione Reali.vel Perſonali.

¶Si Reali actione,dic.Aut Reus conue
nitur ſuper immobilibus , quas poſsi-
det,nomine proprio,& propter contu-
maciam Actor mittitur in poſſeſſ.ex
primo decreto, cauſa cuſtodiæ , quam
recuperat,ſi infra annum ſatiſdet iudi-
cio ſiſti.& expenſas ſoluerit:ſin minus,
Actor mittitur poſt annum.in poſſeſſ.
ex ſecundo decreto , propter quod fit
verus poſſeſſor, reſeruata tamen Reo
defenſione,ſuper proprietate.

¶Aut conuenitur ſuper rebus immobi-
libus,quas poſsidet , nomine alieno,&
poſſeſſor ſtatim in iudicio tenetur no-
minare dominum,& infra terminum à
Iudice præfixum,ad eius notitiam pro
ducere,vt per ſe,vel per procuratorem
compareat,& excipiat:qui ſi infra illũ
terminũ comparuerit,auditur Si verò
nõ comparuerit,habet hæc citatio poſ
ſeſſori miſſa,quo ad interrumpendam
præſcriptionem, effectum litis conte-
ſtationis,& præterea dominus tribus
edictis citandus eſt.qui ſi comparere no
luerit,fiat ſummaria cauſæ examina-
natio,& ex primo decreto mittetur
Actor in poſſeſſ.ita tamen,quòd abſens
ſuum ius in principali retineat. Si au-
tem conuentus eſt actione perſonali,
h.d.in.§.In aliis,mittendus eſt . Actor
in poſſeſsionem mobilium,vel immo-
bilium,ex primo decreto,pro modo de
biti declarati,obſeruatis his,quæ ſuprà
de actione reali dicta ſunt.

Nota primò ex hoc text. differentiã
4 inter iſta duo † Regulariter,& generali
ter.Quia regulare dicitur illud , quod
obtinet in pluribus,non autẽ in omni-
bus,vt not.in.l.Regulariter. ff . de pet.
hær.Ad veritatem enim Regulæ non
requiritur,quòd nullam patiatur exce
ptionem.Imò glo.ſuper Rubr.de reg.
iur.in.vj.dicit,Regulam dici,quaſi re-
gulariter ſit vera,& patiatur exceptio-
nem,& probatur per tex.hic, qui dicit,
regulariter verum eſſe,quòd ante litẽ
conteſtatam teſtes non recipiantur, &
tamen ſtatim addit exceptiones. Gene
rale verò dicitur, quod indiſtinctè in o
mnibus procedit ſine aliqua exceptio-
ne.Quia genus ſemper comprehendit
omnes ſpecies ſine aliqua limitatione.
Ideo verbũ generaliter,idem eſt quaſi
vniuerſaliter:& hæc differentia proba
tur per tex.expreſſum,in.c.Venerabilẽ.
Ibi,generaliter & regulariter obſerua-
tũ eſt ſupr.de elect.& ſic ponit tex.ibi
illa duo tanquã diſtincta.Idẽ tenet Io.
And.

And.ibi.Panor.& And.Barba.hic.

Secundò no.ex hoc tex.quòd quatuor requiruntur ad hoc,vt ante litem
5 conteſtatam teſtes † in perpetuam rei memoriam examinari poſsint.

Primum eſt,quòd ſubſit aliqua ratiõabilis cauſa,vt quia timetur de morte,vel abſentia diuturna.

Secundò,quòd pars aduerſa citetur, ſi citari poteſt.

Tertiò, ſi non poteſt citari, quòd Actor conueniat ipſam intra annum,à tempore quo poterit conueniri,vel ſaltem denuncietur ei talis receptio.

Quartò,quòd agatur ciuiliter, quia in criminalibus non habet locum: Ita colligit Panor.

6 Glo.in verbo,Regulariter †, ponit alios caſus,in quibus procedatur in principali,ante litis conteſta. In quantum glo.hic facit mentionem beneficiorum,vſurarum &c. Tu dic,quòd hodie eſt tex.in Clem.Diſpendioſam, de iud. Quòd in cauſis ſuper electionibus, poſtulationibus,prouiſionibus, dignitatibus perſonatibus,officiis,Canonicatibus,præbendis,beneficiis eccleſiaſticis decimis,Matrimoniis,vſuris,& eas cauſas quoquo modo tangentibus,procedi poteſt de ſimplici & plano &c. Quare non requiritur litis conteſtatio.

Extra caſus in glo.poſitos,dd.hic ponunt alios,inter quos ſunt hi.

Primus,quando teſtes in notoriis recipiuntur ad cautelam,vt.c.Bonæ,el.j. §.Licet,de electio.

Secundus eſt in innouatis,lite pendente,vt eſt glo.in Clem.fin. in verb. Cum lite,infr.Vt lite pend.in vj.

Tertius eſt in actionibus vniuerſalibus,poſt ſententiam definitiuam. l.de hæreditate.&.l.fi.C.de petit.hær.

Quartus eſt,quando quæritur de re iudicata,tranſacta &c.vt habetur in.c. j.de litis conteſta.in vj.

Quintus eſt,quando recipiuntur teſtes ad Iudicem inſtruendum.c.Conſtitutus,infra de appella.

Sextus eſt in caſibus,in quibus non offertur libellus,De quibus in.c.j ſupr. de libell.obla,Vide Spec.in.§.ij.in tit. De teſte.&.dd.hic.

Antu.de But.hic,Panor.& Andr.Bar
7 ba.†colligunt quaſdam Regulas, ſub quib.putant omnes illos caſus ſpeciales comprehendi poſſe.Tu,docendi cauſa,dic breuibus.

Aut ſunt tales caſus, in quibus de ſui natura procedi poteſt de ſimplici & plano,& proceditur,lite non conteſtata:& de his loquitur Clemen. Diſpẽdioſam,de iud.& Clemen.Sæpe,de verbo.ſig.Idem dic de notoriis,d.c. Bonæ.

Aut non ſunt tales cauſæ.Et dic.Aut Iudex procedit ex officio,per viam inquiſitionis,vel proceditur per viam denunciationis.Aut offenditur publicum commodum,& non requiritur litis conteſtatio:& in hoc caſu loquuntur.§.Sũt & alii,in.c.noſtro c,Ad noſtram,de iureiur.c.Sanè,el.ij.xxiii. q.ij. c. Nouit, ſupr.de iud.&.l.Ne diu.C. de pœn.c. Quia ea,iij.q.ij.

Aut non proceditur per viam inquiſitionis,vel denunciationis, ſed agitur ad inſtantiam partis,& tunc.Aut lis eſt cœpta,& hoc caſu dic.Aut proceditur ad inſtantiam Rei vel Actoris.

Primo caſu dic.Aut Reus oppoſuit vnam ex exceptio.litis finitæ,quam in continenti probare vult,& admittitur, ante litem conteſtatam.c.j.de litis conteſta.in vj.Aut accuſat contumaciam Actoris,& quoq; proceditur lite nõ cõ-

teſta

teſtata,& in hoc intelligitur.c.Cauſam quæ,infr.de dolo & contu. & Auten. Qui ſemel.C.Quo.& quando iud. Aut proceditur ad inſtantiam Actoris, & tunc,ſi aliquid expeditur officio Iudicis,& idem eſt.c.ij.ſupr.de off.iud. Aut iure actionis,Aut eſt cauſa libertatis, & quoque non requiritur litis conteſtatio.d.l,Diffamari.C.de ingenu.& manu.Aut non eſt cauſa libertatis,& dic. Aut ſumus in actionibus vniuerſalibus poſt ſententiam definitiuam,& proceditur lite non conteſtata.d.l.de hæreditate.&.l.fin.C.de petit.hæred.Aut ſumus in actionibus ſingularibus. Aut deprehenditur dilatio à patre Rei ex propoſito,cum non vult parere æquis conditionibus propoſitis,& quoque proceditur lite non conteſtata.d.l.ij. C. de vſu.& fruct.lega.d.l.penul.§.Cùm autem. C. Ad Trebell.Aut talis dilatio non deprehenditur,& tum quando agitur ſuper attentatis,& quoque teſtes recipiũtur,ſecundum glo.in.d.Clem.fin.Idem dic,ſi recipiuntur ad inſtruendum Iudicem.d.c.Conſtitutus,infr .de appella. Aut lis non eſt cœpta,ſed teſtes examinari debent,ad perpetuam rei memoriam,& dic vt hic in princip.c.noſtri.

2 ¶Glo.in verbo, Ciuiliter,†ponit rationem diuerſitatis,quare in ciuilibus teſtes,lite non conteſtata, recipiantur,in criminalibus verò non item:quòd ſcilicet in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores. l. fin. cum ſimilibus.C.de prob. quæ recipi non poſsint,niſi ordinatè procedatur:& ordinatè procedi non poſsit, niſi litis conteſtatio præcedat, vt colligitur ex toto proceſſu Iuris.Eandem rationem reddunt Gofr.Inno.& Hoſt.Docto.ponunt alias rationes diuerſitatis, quòd in ciuilibus tractatur de intereſſe pecuniario,in criminalibus verò non item. Secunda,quòd in criminalibus teſtes recipi non poſsint,niſi præcedat accuſatio:ſed accuſatio fieri non poſsit, niſi præſentibus accuſatore & accuſato.ij.q. vj.per tot.ferè.quare teſtes quoque nõ debeant recipi in abſentia accuſati: & hæc eſt citatio Inn.Io.de Imo.hic poſt Vincen.dicit,quòd in criminalibus teſtes non recipiãtur ante litem conteſtatam,niſi intereſſet accuſatoris,vt quia obligatus eſſet ad pœnam talionis, vel ſimilem:& addit Ioan.Andr.hoc procedere poſt inſcriptionem.c. Licet, infra de accuſa.

Panor.hic ſimpliciter approbat rationem glo.Nam cùm in criminalibus agatur de grauiſſ.præiudicio,meritò omnia ordinatè & præſente accuſato,fieri debent,nec debet attendi contumacia,cùm ſanctius ſit nocentem impunitum relinquere,quàm innocentem condemnare.l.Abſentem.ff.de pœ. Et reſpondet Panor. aliis rationibus. dd. Et primò,rationi Inno. quia in ciuilibus quoque non recipiuntur teſtes,niſi edita actione,& litis conteſtatione,vt hic per tot.& tamen,eo nõ obſtante,in quibuſdam caſibus recipiuntur.Ad rationem Vincen.Io.de Imo.& Ioan.Andr. quoque reſpondet,quòd tex.hic loquatur indiſtinctè, in criminalibus teſtes non eſſe recipiendos ante litis conteſtationem,cui non obſtat timor talionis, Quia poterit accuſator,quòd per eum non ſtetit quo minus produxerit teſtes proteſtari.Argumen.c.Conſtitutis, infra de teſtibus.

Sed in hac.q.ſecundùm Bald.Panor. & And.Barb.hoc modo diſtingue.

Aut agitur de crimine ciuiliter, vt pro

pro furto,condictione furtiua, vel pro
iniuria ad pœnam pecuniariam &c.&
admittuntur teſtes ad modum cauſarũ
merè ciuilium.Quia à pari communi
ter iudicatur,quòd agatur merè ciuili-
ter,vel de crimine ciuiliter.l.ſi.ff.de pri
ua.delict.Idem dic,ſi pœna imponen-
da non excedit relegationem.d.l. Ab-
ſentem.ff.de pœn.

Aut agitur criminaliter,& dic. Aut
accuſator vult procedere ad teſtium re
ceptionem,ante litis conteſtat.contra
accuſatum,& nõ admittitur.d.l. Abſen
tem.§.Verum ſi quid grauius.

Aut accuſatus ad ſui defenſionem
vult producere teſtes contra accuſatũ
& admittitur ante litem conteſtatam.
Quia iniquum eſſet,quòd Reo,fortui-
tis caſibus, ſubtraheretur defenſionis
copia l.Defenſionis.de iure fiſci.C.

Gloſ.in verbo Subtrahatur,in ſecun
10 da parte mouet q.Quid?ſi † non time
tur de morte,vel diuturna abſentia te-
ſtium,ſed timetur,quòd propter morã
poſſent variare, vel factũ obliuiſci, an
hoc caſu teſtes quoque recipi poſſint
ante litis conteſtationem.In hac q.ſunt
duæ opiniones.

Prima opini eſt glo.hic, quæ deci-
dit quòd ſic,per opt.tex.iunc.gloſſ.in.l.
iij.§.Duæ.ff.de Carb.edict.Vbi tex.in
11 teſte†æquiparat illa tria: mutationem
conſilij,mortem,& quòd eandem fidem
ſemper non poſsit habere,quia fieri po
teſt,quòd fierent infames,ſecundum gl.
ibi,in verbo,Non eandem.Idem no.in
c.Significauit,infr.de teſtibus.Idem te
net Io.Andr & Hoſtien.qui allegat ad
hoc tex.in.l. Hac conſultiſsima. §. At
cum humana.C.Qui teſta.fa.poſſ.

Contrariam opinionem tenent Go-
fre.& Calder.& mouentur duabus ra-
tionibus. Prima eſt,quòd is caſus nõ
comprehendatur ſub caſibus exceptis
hic,ergo habeat locum Regula, ſicuti
12 dicitur.†Satis eſt quem habere pro ſe
regulam,donec probetur fallentia. Se-
cunda,ſi opinio gloſſ. procederet, tunc
ſemper allegaretur talis timor obliuio-
nis,& ſic vulgata illa Regula fieret elu
ſoria.

Sed prima opinio eſt communior.
Nam eam ſequuntur hic Bal.Panor. &
Andr.Barb.Et addunt ipſi alias ratio-
nes.Et primò,quòd eadem ſit ratio:quũ
timetur de obliuione,ſicuti quum time
tur de morte,quia nihil plus prodeſt te
ſtis,qui negocij oblitus eſt, quàm qui
mortuus eſt.c.In apib.§. Ecce.vij. q.j.
Vbi dicitur,quòd translatus de benefi-
cio habetur pro mortuo, quo ad illud
beneficium,cùm ſit eadem ratio, quo-
que idem ius eſſe debet,maximè quum
æquitas hoc ſuadeat.Arg.c. Cum dile-
cta.§.Nos igitur,infr.de confir.vtil.vel
inutil.Vbi is caſus,ſcilicet cùm time-
tur de periculo teſtium,extẽditur quã-
do timetur de conſumptione inſtrumẽ
torum.& facit ad hoc opt.gloſ.in.l.j.in
verbo,Iudicati.C. de condict. indebit.
Vbi dicitur, quòd excepto vno caſu à
13 Regula,videntur excepti omnes conſi
miles.Satis enim eſt, vnum exceptum
eſſe,exempli cauſa.Argumen.l.non poſ
ſunt.ff.de ll.c.Translato,ſupr.de cõſti.

Secundò,pro hoc optimè facit text.
noſter hic,qui dicit illos teſtes ante li-
tis conteſtationem recipiendos,de qui
bus ex rationabili cauſa timetur.Idem
in.c.Cum dilecta.Sed certè ſatis ratio-
nabilis eſt cauſa obliuionis:primò, pro
pter factum alienum,de quo teſtes de-
ponere debent:facilè enim aliena obli
uioni tradimus.& in alieno facto tole

ra

rabilis eſt error, vel ignorantia, vt not. per gl.in c. Ab excommunicato, in verbo, De facto, ſupr. de reſcriptis. Ideo propter debilitatem memoriæ, cauſa obliuionis eſt ſatis rationabilis. Imò decidit Bald. hic, quando timetur ſubornatio teſtium, ſemper poſſunt teſtes recipi ante litem conteſtatam, nec poſſunt teſtes poſtea variare, & hoc eſt arbitrarium, vt not. in c. De cauſis, ſupr. de offic. deleg. Igitur bene facit quod dicit Anto. de Butr. hic, quòd hoc caſu Iudex debeat attendere qualitatẽ perſonæ & negocii, quia ſi eſt factum omnino planum, & non intricatum, non præſumitur ex longo tempore obliuio, vt ſi aliquis in dignitate conſtitutus eſſet occiſus. Nec obſtant fundamenta Gofr. & Calder. quia ad primum reſpondetur, quòd imò is caſus ſit exceptus à regula, in ver. de quibus ex rationabili cauſa timetur. Secunda ratio quoq; non obſtat, quòd ſcilicet is timor ſemper poſſit allegari &c. Quia Iudex non tenetur credere parti, ſed æſtimabitur hoc arbitrio ſuo, conſiderata negocii & perſonarum qualitate, & probatur hoc optima ratione. Nam ſi quid debetur in diem, vel ſub conditione, & non ſperatur purificatio de præſenti, & negocium eſt intricatum, quòd timeri poſſit de obliuione, certè teſtes examinari poſſunt ante litis conteſta. l. In l. Aquilia. ff. Ad leg. Aquil. & not. in d. c. Ab excommunicato. quare prima opinio procedit.

¶ Glo. in verbo, Timetur, in effectu opponit contra text. hoc modo. Dicitur hic, quòd tum demum teſtes ante litem conteſtatam recipi poſſint, quando timetur de morte, vel abſentia diuturna. Sed contrà, imò indifferẽter recipi poſſunt, ante litis conteſtationem per tex. in c. Significauit, infr. de teſtib. & §. Sunt & alii, infr. c. noſtro. Glo. non reſpondet ad d. c. Significauit, ſed tantùm ad §. Sunt & alii. Tu verò ſecundum Panor. & alios hoc modo reſponde ad d. c. Significauit, quòd illud c.

14 propriè † loquatur in Reo, in quo ceſſat ratio c. noſtri, quia non poteſt agere quando vult, & propterea facilè poterit defenſionis probatio perire, Actore differente agere, igitur ad perpetuam defenſionem poſſunt ad eius petitionem teſtes non tantùm examinari, ſed etiam ipſorum dicta publicari, & deſuper publicum inſtrumentum confici. c. autem noſtrum loquitur de Actore, in cuius poteſtate eſt agere quandocunq; velit. Quare ſi vult, poterit properare ad litis conteſtationem, nec eſt opus, ea non conteſtata, ipſi permittere teſtium receptionem: ſi tamen qualitas perſonarũ talis eſt, quòd propter mortem vel diuturnam abſentiam ipſorũ probatio perire poſſit, admittitur receptio ante litem conteſtatam, ideo glo. & dd. in d. c. Significauit, & hic colligũt quaſdam differentias inter productionem teſtium, ante litem conteſtatam, à parte Actoris & Rei. Et primò, quando Reus producit ad perpetuam defenſionem, recipiuntur teſtes indifferenter, Actore autem producente recipiuntur tantùm in certis caſibus hic expreſſis, & ſimilibus. Secundò, Actoris teſtium dicta etiam in caſibus exceptis productorum, non publicantur, niſi poſt litis conteſtat. ſed tantùm interim conſignantur. Rei verò atteſtationes ante litem conteſtatam productæ, in continenti publicantur, in perpetuam rei memoriam. Tertiò, dicta teſtium à par

à parte Actoris, lite non conteſtata, aſ-
25 ſumpta, † non valent pòſt, niſi Actor infra annum, vel agat, vel denũciet illi perſonæ, contra quam producti ſunt, vt hic. Sed dicta teſtium à parte Rei, valent perpetuò tanquam autenticum inſtrumentum. Vide omuino glo. & dd. in d.c. Significauit. Sed circa iſtas differentias diſtingue.

¶ Aut Actor habet actionem Realem, & procedunt iſtæ differentiæ, quia poterit agere quando vult.

¶ Aut habet actionem Perſonalem, Et dic: Aut obligatio eſt pura, & quoq; procedunt omnes differẽtiæ. Aut ob-
26 ligatio † eſt conditionalis, vel in diem, & non procedunt iſtæ differentiæ, ſed hoc caſu æquiparatur Actor ipſi Reo, quia ante euentum diei, vel ante purificationem cõditionis, Actor quoq; non poteſt agere, quare admittitur receptio teſtium ante litem conteſtatam, ad inſtar Rei. d. l. In l. Aquilia. ff. Ad l. Aqui. Et ita decidunt Ioan. de Imo. Panor. & Andr. Barb. hic. In quantum autẽ glo. hic in princ. dicit, ſi quis habet plures teſtes, quos vult producere, & timetur tantùm de morte vnius, is tantùm examinari debet, non autem alii, approbatur per Bal. & Andr. Barb. Sed extra glo. quærit Ant. de Butr. Quid ſi teſtes
27 propter timorẽ † mortis, vel diuturnæ abſentiæ ſunt examinati ante litẽ conteſtatam, & tamen tempore litis conteſtat. adhuc viuunt & ſunt præſentes, an nihilominus ſuper ipſorum dictis poſſit ferri definitiua, an verò de nouo poſt litis conteſtat. debeant examinari, & decidit ipſe, quòd ſic. Nam examinatio ante litem conteſtatam, fit propter euitationem periculi, ſed ſi tempore litis cõteſt. ſunt præſentes, & viuũt, ceſſat periculum, quare videtur cõcludendum, quòd iterum debeant examinari ad hoc, vt actus potius ſit regularis & ordinarius, quàm irregularis, & extraordinarius. l. In teſtamento. in fi. C. de teſta. mili. Secunda cauſa, quare ante litem recipiantur, hæc eſt, ne pereat facultas probãdi, vt ſuprà diximus. Sed hoc caſu hæc cauſa ceſſat, quando ſcilicet viuunt, iterũ examinandi ſunt, ſicuti dicitur de teſtibus coram arbitro examinatis. l. fi. C. de teſtib. c. Præſentata, infr. eod.

¶ Contrariam opinionem tenet Panor. hic, ſcilicet quòd repeti non debeant, & probat hoc per tex. hic, quia ſi debent repeti, ſequitur quòd prior examinatio fuerit nulla, ſed tex. hic nõ annullat illam receptionem, niſi in vno caſu, quãdo ſcilicet Actor eſt negligens in conueniendo vel denunciando infra annũ, quare ſequitur quòd in nullo alio caſu illa receptio annullanda ſit. l. de precio. ff. de public. in rem actio. c. Si Romanorum. §. Dicendo, xix. diſtinct. c. Quod ſi dormierit, xxxj. q. j. Quia exceptio firmat Regulam. c. Dominus, xxxij. q. vij. Secundò, certum eſt, quòd omnes actus legitimè celebrati debeãt habere effectum. c. Actus legitimi, de reg. iur. in vj. Sed receptio teſtiũ propter timorem mortis vel abſentiæ facta, legitimè facta eſt, per tex. noſtrum hic, ergo indiſtinctè debet habere effectum, quem habere non poſſet, ſi teſtes iterum examinarentur. Tertiò, iure cautum eſt, quòd circuitus ſunt vitandi, vt parcatur laboribus & expenſis. c. Finem litibus, de dolo & contumacia. Clemen. Auditor, de reſcript. Sed circuitus eſſet, ſi teſtes ſemel ex permiſſione Iuris recepti iterum reciperẽtur,

Igitur hęc receptio tanquam circuitus, vitanda eſt. Nihil enim iuuat partē aduerſam ſi iterū examinentur, quum in priori examine iurati depoſuerint: & pro deciſione iſtius q. optimè facit tex. in c. Cùm dilecta, ī. de cōfir. vtil. Vbi habetur, quòd priuilegium renouatū ſine iuris ordine propter periculū conſumptionis remanet in ſua validitate, etiā deciſa lite, licet fortè ceſſauerit periculum cōſumptionis, quare hæc opi. Pan. tenēda eſt, quē etiā ſequitur And. Barb.

¶ Glo. in verbo, Conuenta, extēdit tex. ad caſum, quando Reus nondū eſt conuentus, ſed conueniendus, vt ſcilicet ſit intellectus, quòd pars citanda eſt, ſi citari poſsit, & ſiue venerit, ſiue non, ſiue citari non poſsit, procedendum eſt ad receptionem teſtium, per tex. noſtrum hic, in ver. Vt cōueniri non poſsit, concord. Panor. & Andr. Barb.

¶ Glo in verbo, Infra annum. diuiditur in duas partes. In prima ponit iura cōcord. quæ quoq; diſponunt de præſcriptione annali, quæ vide. In ſecunda mouet q. cùm text. hic requirat, quòd producens teſtes ſecundum formā huius Decret. infra annum Reum debeat cōuenire, vel receptionem teſtium de-
18 nūciare. Quæritur † de quo anno tex. loquatur, an de anno cōtinuo, vbi ſcilicet computantur omnes dies feriati, & non feriati indifferēter. An verò de anno vtili, vbi cōputantur tātùm dies nō feriati, & pro quo hodie datur quadriēnium. l. fi. C. de temp. in integ. reſt.

¶ Glo. reſpōdet, quòd hic annus ab initio eſt vtilis, quia non currit, niſi ab eo tempore, quando Actor potuit experiri. Simul ac verò experiri potuit, incipit continuus eſſe, quòd ſcilicet à tempore ſcientiæ & facultatis teneatur infra annum cōtinuum agere vel denunciare. Et hoc probatur per opt. glo. ſuper Rub. ff. de diuer. & temp. præſcrip.
19 quæ ponit Reg. quòd † regulariter in omnibus præſcriptionibus tēpora ſint cōtinua, niſi in quibuſdam caſibus aliter ſit ſpecialiter cautum: ſed in terminis c. noſtri eſt ſpecialiter cautū, quòd ab initio non ſit continuum, quia tex. computat tempus à tēpore, infra quod Reus potuit conueniri, Igitur ab initio non eſt continuum, ſed vtile, & in proceſſu ſit cōtinuum. Et eſt de hoc glo. in Clem. Vnica, in verbo, Continuum, de in integ. reſt. Idem decidunt hic Bald. Io. de Imo. Panor. & And. Barb.

¶ Glo. in verb. Non valēt, mouet q. Dicitur hic, ſi propter timorē mortis &c. teſtes ante litem conteſtatam ſunt recepti, & Actor infra annum, ex quo facere potuit, non conuenerit Reum, nec receptionem denunciauerit, quòd talis receptio ſit nulla, & hoc à parte Actoris non habet dubium. Sed dubitatur, ſi iſti teſtes quoq; depoſuerint pro Reo,
20 † an illa receptio in fauorem Rei, qui nec in dolo, nec in culpa fuit, valeat. Et in hac q. ſunt opiniones. Glo. hic decidit, quòd ſic, quia teſtes pro vtraq; parte teſtificantur. Idem tenent Inno. Bal. Hoſt. & Andr. Barb.

¶ Contrariam opinionem tenet Panor. poſt Card. Nam ſi Reus dicta teſtium Actoris vult adducere pro ſe, oportet quòd etiam recipiat contra ſe, vel in totum abſtineat ab ipſorum depoſitionibus. cap. Cùm olim. §. Licet, cum ibi not. infr. de cenſib. c. Præſentium, in fin. infr. de teſtib.

¶ Tu poſt Panor. & Andr. Barb. in hac q. hoc modo diſtingue.

¶ Aut teſtes recepti viuunt, & de facili poteſt

poteſt ipſorum copia haberi, & tunc hoc caſu dicta ipſorum pro Reo, non valent, quia hic text.annullando nullam facit differentiam inter Actorem & Reum, Igitur nos quoque non debemus diſtinguere. d.l.de precio, cum ſimilibus.ff.de publ.in rem act.& facit ad hoc d.l.fi.C.de teſtib.& d.c.Præſentata,infr.de cenſi. Et hoc maximè procedit, quando principaliter recepti ad petitionem Actoris acceſſoriè dixerint pro Reo: quia principali ſublato,corruit quoq; acceſſorium.c.Acceſſorium, de reg.iur.in vj.

¶Aut teſtes recepti mortui ſunt, vel commodè haberi non poſſunt, & tunc aut depoſitio teſtis continet vnum articulum inſeparabilem facientem pro vtraque parte, & tunc, aut tenetur totum acceptare,aut totum reprobare,vt not.in c.j.de confeſs.in vj.l.Aurelius. §.Idem quæſiit.ff.de libe.leg.& in hoc caſu intelligi poteſt opinio Panor.

¶Aut depoſitio teſtium continet articulos ſeparatos & diuerſos, & valet ipſorum depoſitio pro Reo, quia atteſtationes annullantur in odium alterius partis, & pœna debet ſuos autores tenere.c.Quæſiuit, infr.de his quæ fi. à maio.par.Et in hoc caſu intelligi poteſt opinio gloſſ.

Glo.in verbo,In fraudem,mouet q.
21 †Dicitur hic, quòd Actor, qui produxit teſtes, ſi infra annum, ex quo potuit, Reum non conuenit, præſumitur fraude feciſſe, vt Reo probationes perirent &c. Quærit ergo glo.quid ſi Actor velit probare,an debeat admitti ad huiuſmodi probationem. In hac q. ſunt variæ opiniones. Nam text.hic præfigit certum tempus, infra quod Actor Reum conuenire,vel illi denunciare debeat. Sed Regula eſt, quòd ex temporis curſu inducitur præſumptio Iuris,& de Iure,ſecundum Bald.hic,&
22 †contra præſumptionem Iuris & de Iure non admittitur probatio, ſecundum glo.fin.in c.Fraternitatem, liiij. diſtinct. cum ſimilibus. Quare hoc caſu quoque non ſit admittenda probatio. Hoſtien.eſt in alia opinione,quòd ſcilicet hic ſit tantùm præſumptio Iuris contra Actorem, contra quam admittitur probatio in contrarium.cap. Propoſuiſti, infr.de probat.l.Si chirographnm.ff.de probat.

Sed tu ex mente Anto.de Butr. Io. Andr.Card.Ioã.de Imo. Bal.Panor.& Andr.Barb.hoc modo diſtingue.

Aut actor infra annum potuit experiri,vel denunciare,non tamen egit, nec denunciauit infra annum, ex quo potuit,& dic.

Aut poteſt probare iuſtum impedimentum , & admittitur ad probationem iſtius impedimenti, quæ probatio non tantùm fraudem, ſed etiam negligentiam excluderet, ſecundum Card. Bald.& alios.

Aut non poteſt probare impedimentum,& præſumitur quòd fraude hoc omiſerit, vt ſcilicet Reo perirent probationes, & hoc caſu non admitteretur,ſi vellet probare quòd non omiſiſſet fraude. Quia non ſatis eſt excludere fraudem, ſed requiritur quoq; quòd
23 excludat negligentiam,†quia negligẽtia magna eſt culpa.l.Magna negligentia.ff.de verb.ſignif.Et hoc caſu locum habet opinio gl.dum dicit,de præſumptione iuris,& de iure, quia Bal.hic dicit, quòd præſumptio iuris & de iure eſt, quando lex præſumit ſuper certo, vt not.in l.A diuo Pio.§.Si pignora,

In gl.in verbo,Conuentus.ff.de re iud. Item vbicunque lex figit pedes ſtatuē do ſuper prēſumptione &c.Sed in hoc caſu noſtro lex præſumit ſuper certo. Quia tex.præfigit certū tēpus agendi vel denūciādi.Si aūt Actor poterit agere vel denūciare,nec agit,aliter præſumi nō poteſt,niſi ꝙ fiat,vt Reo lapſu temporis exceptiones perirent.Igitur admitti non debet,ſi vellet probare ſe fraude non omiſiſſe,quū non ſufficiat excluſio fraudis ,ſed requiratur quoq; excluſio negligētiæ,vt diximus:& vbi præſumptio iuris & de iure eſt,nō admittitur probatio in contrarium,per tex.in.c.Ad id.&.c.is qui.j.de ſponſ.& ſunt opt.exempla in.d.c.is qui,in gl. verbo.Præſumptionem.

Gloſſæ ſequentes faciles ſunt,& ſupra quoque explicatæ,

Et tantum de explicatione glo.huius princ.

Extra gl.mouent dd.qq. Et primo, quia tex.inter cætera dicit,ꝙ ſenes ante litem conteſtatā poſsint examinari quæritur qui dicantur ſenes,ad hoc vt ante litem conteſtatā examinari queant. Et in hac.q.ſunt opinio. Vincē.&
24 quidam alii tenent,ꝙ ſenes†in terminis noſtri.c.dicantur ſeptuagenarii.

Primò,quia illa ætas excuſatur à tutela & cura.l.Vnica.C.Qui æta.ſe excu.§.Ite maior.Inſt.de excu.tut. & excuſatur à muneribus publicis,quæ habent honorem annexum.l.iij.ff.de iu. immuni .

A muneribus tamen perſonalibus excuſantur poſt.lv.annum,vt.l.fin.C. Qui æta.à profeſ.ſe excu.lib.x.

Tertiò,ſeptuagenarii inuiti nō coguntur ferre teſtimoniū.l.iij.iun.gl.ff. de teſtibus.

Alii ſunt qui appellant ſenes cētenarios.cū hæc ætas dicatur vltimum ſpacium vitæ hominis.l.fi.C.de S.S. Ecc. In no.ponit duas opiniones.

Prima eſt,ꝙ ſenes intelligantur,qui ſunt infra annū ſeptuageſimum primum.ideo quia ſeptuagenarii nō teneantur ferre teſtimoniū inuiti.d. l. ij. Ideo neceſſe ſit ſeniū intelligi de ætate minori.

Secunda opinio eſt Inno.quòd,quantum ad ferendum teſtimonium,relinquatur arbitrio Iudicis,qui dicātur ſenes,quia ſæpe fit ꝙ quadragenarii vel quinquagenarii appareāt ſeniores,& quoque ſint fragiliores,quā quidam ſexagenarii,Igitur decidit, vbi ſecundū naturā inferiorum cauſarum probabiliter poteſt timeri de morte, tum teſtes recipiendi ſunt,& reſpondet ad iura ſuprà allegata,quæ dicūt ꝙ ſeptuagenarii excuſentur à muneribus & tutelis,ꝙ nihil faciant ad rem,quum ibi timore mortis nihil fiat,Hic aūt occurrat ſpeciale,quum teſtes timore mortis recipiantur. Idem ſentit Io.An.

Hoſt.dicit ꝙ intelligatur de ſeptuagenariis,& ſuprà reſpōdet ad hoc ꝙ dictum eſt,ꝙ inuiti nō cogantur teſtificari,occultat veritatē.occultās aūt veritatem,peccat.c.j.j.de fal. Quare ſeptuagenarii tanquā appropinquātes morti,debent timere hoc peccatum.

Panor.& And.Bar.hoc modo diſtinguunt .

Aut teſtes producendi ſunt ſeptuagenarii.vel ſupra,& indiſtinctè debet ſeruari diſpoſitio.c.noſtri,ꝙ. ſ. timore mortis examinentur.

Nam ab anno ſeptuageſimo ſeniū incipit,& eſt aliarum ætatū terminus, ſecundum glo.in proœm.vj.in verbo.

Perfectus, Igitur hoc caſu nō eſt diſputandum de Iudicis arbitrio, quū hoc ſatis ſit expreſſum, & in hac ætate quilibet, quantumcunque ſit cōplexionatus, mortem timere debet.

Aut teſtes infra annum ſeptuageſimum ſunt, & concludunt cū ſecunda opinione Inno. ꝙ ſcilicet relinquatur arbitrio Iudicis, qui conſiderabit qualitates complexionum ipſorum teſtiū, & inde arbitrabitur, an ante litem conteſtatā ſint recipiendi, necne. Attenditur enim in terminis. c. noſtri ſenium, non propter numerum annorum, nec propter diſtinctionem ætatis, ſed timore mortis, qui veriſimiliter vario modo contingit, ſecundum diuerſitatem complexionum, ſicuti dicimus in ſimili in pubertate, quæ licet contingat ſecūdū diſpoſitionē Iuris, in. xiiij. anno, tamen reſpectu matrimonii inſpicimus, quod poſsit generare, quia ſatisfactum eſt mēti Iuris, vt habetur in. c. Puberes. ⁊. de deſpon. impub.

And. Barb. hic concludit ſi teſtis exceſsiſſet ætatem. xl. anno. ꝙ indiſtinctè ſic admittendus, nec debeat quæri de Iudicis arbitrio, quia iura prędicta intelligenda ſint de ſenectute illorum temporum, vbi ſeptuagenarius robuſtior erat, quàm noſtro tempore ſexagenarius, cum corpora noſtra defecerint. c. Fraternitatis. xiiij. diſt. Igitur dicit intelligenda eſſe iura ſecundum præſentia tempora, in quibus homines citius ſeneſcunt, ſed infra annum ſexageſimum quæri debeat de Iudicis arbitrio, vide ipſum hic.

Et tantùm de hac quæſtio.
Reliquas. qq. vide apud
Panormita.
hic.

§. *Porrò.*

POrrò ſpeciales cauſæ poſſunt occurrere, in quibus caſualiter eſt aliud obſeruādum: vt verbi gratia, Si ſuper alicuius electione vel copula maritali quæſtio moueatur: tūc etenim ne propter longam moram in ſpiritualibus & temporalibus patiatur Eccleſia læſionem: vel viro, ſiue mulieri fornicationis occaſio præbeatur, maximè cū propinquitatis gradus opponitur, lege diuina prohibitus. In huiuſmodi caſibus ſi cōtumax apparuerit is, in quē fuit actio dirigenda, ſeu quia peremptoria citatione recepta, venire contēnit, ſeu quia malitioſe ſeipſum occultat, ſeu quia impedit, ne poſsit ad eū citatio peruenire, teſtes, lite non coteſtata, ſint meritò admittendi, & nihilominus, ſi de cauſa liqueat, ad definitiuam ſententiam procedendū. Si verò aliter abſens fuerit, & agatur de ſpirituali coniugio inter Eccleſiā, & prælatū iam contracto, electione maxime confirmata, illud in hoc arti-

culo volumus obſeruari, ꝙ ſuper exceptione taliũ perſonarum, & ſacris eſt Canonibus definitum. Quod ſi forſan agatur de ſpirituali cõiugio contrahendo, is qui eſt in prælatum electus, per ſpaciũ ſex menſium expectetur, niſi penſatis negotiorum circunſtantiis, per ſuperioris prouidentiã magis, vel minus fuerit expectandus.

SVMMA CAPITA.

1 *Exceptio firmans Regulam in caſibus non exceptis.*
2 *Contumacia quibus probanda modis.*
3 *In cauſa matrimoniali, ob contumaciam in principali non proceditur.*
4 *Impediens, quo minus ad ſe citatio perueniat, habenduſne pro citato.*
5 *Citatio peremptoria in cauſis ſpiritualibus an requiratur.*
6 *Citatio ad domum, an reddat quem contumacem.*

CASVS Iſtius. §. ſuprà in prin. figuratus eſt, propterea omittemus caſus figurationẽ.

1 Nota primo ex hoc tex. ꝙ † exceptio firmat Regulam, in aliis caſibus non exceptis, hoc eſt, ꝙ quælibet Regula locum habet in omnibus caſibus, exceptis his, qui excepti ſunt, concor. tex. in l. Nam quod liquidæ. §. Si cui. ff. de penu. lega. cum ſimilibus. vt ſuprà dictum eſt.

Secundo nota tres † modos probãdi cõtumaciã. Primò, ſi perẽptorio ꝓcedẽte nõ cõparuit, cõcor. l. Cõtumacia. ff. de re iud. Secũdò, ſi malitioſè ſe occultat. Tertiò, ſi impedit ne citatio ad ſe perueniat: hęc omnia ꝓbanł ꝑ tex. hic.

3 Tertiò nota ex tex. in ver. Sin † aũt, ꝙ in cauſa matrimoniali propter contumaciam non proceditur in cauſa principali. Ratio redditur in tex.

Glo. in verbo, Impedit, diuiditur in
4 duas partes. In prima mouet q. † virũ
is, qui impedit, quo minus citatio ad ſe perueniat, habeatur pro citato. Et reſpondet, ꝙ ſic, modo denũtiatio fiat publicè ad domum ipſius vel ad Eccleſiam. Sed hæc pars impugnatur. Sunt enim quidã, vt Io. Andr. & alii, qui faciunt differẽtiã inter citationẽ Papæ & Iudicũ inferiorum Sed Pan. quẽ in hoc ſequitur Andr. Barb. decidit, quod ſi cõſtat de impedimẽto citati, quo minus citatio ad ipſum perueniat, nõ ſit neceſſaria illa generalis citatio, quæ fit per denuntiationem, quia habetur pro citato. ꝑ tex. noſtrũ hic, qui in ſpecie æquiparat illa tria. ſ. cõtẽnere citationẽ receptã, & ſe occultare, & impedire quomin⁹ citatio ad ſe perueniat. Idẽ decidit Inn. in, c. Ad petitionẽ. ver. Si aũt inueniaĩ. j. de ae. & facit tex. in l. j. §. Sed & Ariſto. ff. Quod vi. vbi dicit tex. Et is vim facit, q quũ ſciret ſe prohiberi. ꝑ vim molit⁹ eſt, ne ꝓhiberi, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſsit. Inde colligit Bar. notab. contra iſtos, q impediũt ne citatio ꝑueniat ad ſe, vel ipſos citatos, & addit Panor. hoc impedimẽtũ ſatis probari, ſi ꝓbetur ꝙ amic⁹ vel cõſanguineus citati impedi uerint. Arg. c. Cõſtitutis. el. j. j. de teſt. & Bar. in. d. l. j. §. ſi. ff. Quod vi aut clã. vbi dicit: Si fui prohibit⁹ à domeſticis con

coniunctis tuis, videor prohibitus voluntate tua. alle. d. c. Conſtitutis. Vide no. in Cle. Cauſam de elect. Quando aūt quæritur, vtrū in caſibus ſpiritualibus, vt in cauſis electionis, matrimonialib. &c. de quib⁹ loquit̄ text. noſter,
5 requiratur † citatio peréptoria, vel an ſufficiat vna ſimplex citatio, dic breuibus, ꝙ hodie in huiuſmodi cauſis procedi poſsit ſummariè, nec requiratur de neceſsitate, citatio peréptoria. quia ſummariè procedi poteſt. Cle. Diſpendioſam, de iud. Cle. Sæpe, de ver. ſign. Sed tamen Pan. & And. Bar. poſt Ant. de Bur. reſpondent in hac .q. breuibus ꝙ in. d. Cle. Diſpēdioſam. & d. Cle. Sæpe, iudici nō imponit̄ neceſsitas procedēdi de ſimplici & plano, & ſummariè, ſed dat̄ facultas, ſi velit hoc procedere, vt patet in fi. ibi. iun, gl. Ideo diſtingunt ipſi hoc modo.

Aut iudex elegit procedere ſummariè, & non requiritur citatio perēptoria, ſed ſufficit vna, & ſic procedūt prędictæ Cle. Aut elegit procedere plenariè, & requiratur trina citatio, & ſic habeat locū diſpoſitio. c. noſtri. Et tantū de hac glo. Nota tñ in hac materia obiter,
6 ſecundū Bal. hic, ꝙ citatio † facta ad domū, alicuius, licet p̄ſumat̄ deueniſſe ad eius notitiā quali p̄ſumptione non tamē cōſtituit talis citatio citatū verè cōtumacē, niſi fortè eſſet ei notificatum ab amicis vel domeſticis, vt no. in. l. de pupillo. §. ſi quis forte. ff. de no. ope. nunt. De citatione per edictū ad domum vel Eccleſiam dicemus. in c. fi. j. de doo & contu.

§. *Si autem.*

SI autem de carnali cōiugio ſit agēdū alteruter tādiu cōiugū expectetur, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur: quia cū ſine culpa ſit abſens, vt ſi captiuitate, vel ægritudine, aut alio iuſto impedimēto forſitan teneatur aut etiam propria, ſed non malitioſa voluntate, in remotis part. morā faciat, vt de facili vel in breui citari non poſsit ei quidē præiudicari non debet cū habeat forſan exceptiones legitimas ad intētionē cōtrariā elidēdā eo nequaquā obſtāte, ꝙ de lapſu carnis poſsit opponi quoniā in cōiugio caſus multi occurrunt: quibus cōiuges ſine culpa, ſed non ſine cauſa continere coguntur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Sponſa de futuro, an teneatur ſequi ſponſum abſentem.*
2 *Item. vtrum teneatur ſequi ſponſum abſentē, & quandiu.*
3 *Sponſa de præſenti, hoc eſt, vxor, an teneatur ſequi maritum.*
4 *Mores ſemel approbati, amplius reprobari nō poſſunt.*
5 *Maritus an teneatur ſequi vxorem.*
6 *Vxor an teneatur maritum abſentem expectare, & econtrà.*
7 *Præſens & innocens pars, vtrum, ob deſertionis vel adulterii cauſam, denuo matrimoniū cum alio contrahere poſſit, in hoc Canoniſtarum & Theologorum quorundam diuerſa eſt ſententia.*
8 *Reg. Si vinco vincentem te, multò magis te vinco.*

9 *Religionum diuerſitas non eſt cauſa diuortij.*
10 *Propter deſertionis cauſam etiam iure Cano. iterum matrimonium contrahere licitum eſſe.*
11 *Argumentum à contrario ſenſu in Iure eſt va lidiſſimum.*
12 *Vxor nubens alij autoritate eccleſiæ, non expe ctato marito qui diu malitioſè abeſt non eſt iudicanda adultera, etiam iure Cano.*
13 *Mors abſentis coniugis & alterius cuiuſdam, quomodo probanda.*

HIC §. tractat q. An & quando coniunx præſens teneatur expectare abſentem. Et in hac q. ſunt varia iura. Primùm enim videtur quod eo ipſo quod maritus proficiſcitur in militiam, matrimonium ex hac cauſa ſolui poſſit per tex. in l. Vel propter. ff. de dona. inter. vir. & vxo. Secũdo eſt text. in l. Vxor. C. de repud. quæ dicit quod præſens abſentem expectare debeat per quadriennium. Tertiò eſt tex. in l. Vxores. ff. de diuor. qui dicit, quod expectare debeat per quinquennium. Quartò eſt tex. in §. Nouimus, in Auten. de nup. colla. iiij. quæ dicit de expectatione decennij. Poſtremò eſt tex. in Aut. Hodie. C. de repud. qui dicit. quotcunq; annis abſuerit, expectari debeat, donec cõſtet de morte, concord. c. In præſentia infr. de ſponſal. & c. Dominus, infr. de ſecũdis nup. & tex. noſter. hic.

¶ Sed pro intellectu iſtius materiæ dic quando quæritur, vtrum coniunx præſens abſentem coniugem teneatur ſequi, vel expectare, donec redeat, diſtinguendum eſſe.

¶ Aut quæris de ſponſa vel ſponſo de futuro, Aut quęris de ſponſo vel ſponſa de prǣſ. hoc eſt, de marito & vxore.

¶ Primo caſu ſubdiſtingue: Aut quæris
1 vtrum ſponſa † de futuro teneatur ſequi ſponſum abſentem: & reſpondeo quod non. c. De illis. iunct. gloſ. in verbo, Transferentes, infr. de ſponſ. l. ij. C. de repud. Aut quæris † an præſens teneatur ſponſum abſentem expectare, nec poſſit cum alio contrahere, & dic: Aut præſens opponit aliquod impedimentum, propter quod ſpõſalia inter ipſos contracta ſint nulla, vt ſi oppoſuit conſanguinitatem vel affinitatem, & certum eſt quod procedi poſſit contra abſentem, lite non conteſtata, ſiue per cõtumaciam ſit abſens, ſiue non. Quod autem hoc caſu poſſit procedi propter contumaciam, eſt tex. hic in c. noſtro. §. Porrò. & quod contra non contumacẽ poſſit procedi, eſt tex. in Clem. Diſpendioſam, iunct. gloſ. in verbo, Matrimoniis, de iud. Nec tenetur hoc caſu præſens ſequi abſentem, ſi illud impedimẽtum probat, & ſententiam obtinet.

¶ Aut præſens non opponit tale impedimentum vel opponit quidem, nec tamen probat, & ſubdiſtingue:

¶ Aut diſſenſu partis vtriuſq; ſponſalia ſoluuntur, vt quia reſiliunt à ſponſalibus & neuter alterum tenetur expectare, ſed vterq; poteſt contrahere. c. Præterea, el. j. infr. de ſponſal. Aut diſſenſu partium ſponſalia non ſunt diſſoluta, & dic:

¶ Aut certum tempus expreſſum eſt, ad quod alter alterum debeat expectare ad contrahendum de præſenti, & illud tempus expectandum eſt per ea, quæ not. in cap. Sicut ex literis infra eod. & cap. primo & c. Qualiter, ſupra de pact. Niſi fortè fornicationis periculum veriſimiliter timeatur. Argumen. §. Porro, hic titu. noſtro. Aut de tempore inter eos nihil expreſſum eſt, & in hoc

mem.

membro ſunt opiniones. Ioan. And.in dicto cap.De illis, dicit tempus legale, hoc eſt,triennium expectandum eſſe.l. ij.C.de repud.Hoſt.diſtinguit.Aut nulla neceſsitas excuſat abſentem,& expectatur per triennium.dicta.l.ij.C.de repud.Aut neceſsitas excuſat eum vt valetudo,aut longiores peregrinationes, quæ ex neceſsitate obueniunt & expectandus eſt abſens,donec neceſsitas ceſſet.l. Sæpe.ff. de ſponſal.Et in hoc poſteriori membro idem tenet Iacob. de Rauen.Cyn. & Bald. in dicta. l. C. de ſponſ. Addit tamen Hoſt. ſi matrimonium nimium protraheretur, & eſſet periculum de fornicatione,quòd poſsit præſenti per Eccleſiam ſubueniri, per ea,quæ not.in cap.Iordane,infra de eo qui cog.conſang.vx.ſuæ. Si tamen contraheret cum alio infra tempus legale, valeret matrimonium. d. c. De illis & c.pe.infr.de ſponſ.

¶Tu poſt Panor.hoc modo in hac q.diſtingues Aut quæris de nuptiis iam cõtractis poſt ſponſalia de futuro. Aut quæris de aliis nuptiis contrahendis poſt illa ſpopſalia.

¶Primo caſu non eſt dubium, quin ſecundæ nuptiæ contractę valeant,& eſt impunè ſi nullum iuramentum in prioribus ſponſalibus de futuro,interuenerit. Si autem iuramentum interuenit, pœnitẽtia propter violatam fidem imponenda eſt,per tex.in c.penul.infr. de ſponſa.

¶Aut quæris de aliis nuptiis contrahẽdis,& dic:Aut ſponſus vel ſponſa poſt contracta ſponſalia de futuro tranſfert ſe ad alias partes, & tunc ſi abſens breui eſt reuerſurus & tenetur præſens expectare donec redeat,ſecundum Panormit.in dicto c.De illis.

¶Aut non eſt breui reuerſurus,& tunc præſenti liberum eſt contrahere cum alio,ſi tamen ſponſalia iuramento vallata fuerint & ſtetit primum per præſentem,quo minus matrimonium conſummaretur tunc imponatur ei pœnitentia,& ſic non habent locum.ll. iuris Ciuilis.Ita in effectu decidit Panormitta.in d.cap.De illis.Et tatum de ſponſis de futuro.

3 ¶Quando autem quæritur † de ſponſis de pręſenti,hoc eſt,de marito & vxore,& dic:Aut quæris, an vxor teneatur ſequi virum abſentem, Aut quæris,an teneatur ipſum expectare.Primo caſu ſubdiſtingue:

¶Aut maritus vult vxorem trahere ad infidelitatem & tunc non tenetur eum ſequi.c.Quæſiuit & c.Quanto,infr. de diuor.& eſt glo.in cap.primo in verbo, Sequatur,infr.de coniug.lepro.Aut nõ vult eam trahere ad infidelitatem, & tunc,Aut vir recedit ex honeſta cauſa vt quia ſit Præpoſitus, vel Officiarius alicuius domini, & ſi hoc caſu recedit, cum propoſito non redeundi citò,& nõ tenetur eum ſequi.

¶Aut recedit ex cauſa inhoneſta,vt q̃a criminoſus,bannitus, vel ioculator, & tunc ſi recedit ex ineuitabili neceſsitate,puta propter homicidium per ipſum perpetratum,& tenetur eum ſequi, ſecundum gloſſ.& quæ ibi not. in c.primo in verbo,Exiuit, infra. Qui matrimo.accu.poſſ.

¶Aut recedunt ſine neceſsitate,vt quia ſunt ioculatores,vagabundi,& dic:

¶Aut maritus ante contractum Matrimonii non erat talis, ſed conſtante Matrimonio in cœpit eſſe talis & vxor nõ tenetur eum ſequi,ſecundum glo. in d. c.Vnaquęq;.xiij.q.ij.& d.c.Si quis neceſſi

ceſsitate,xxxiiij.q.ij. Hoſt.& Panorm. in d.c.Peruenit infra de coniug. lepro. Aut ante matrimonium erat hiſtrio, vel vagabundus,& dic: Aut fuit pactũ in ipſo cõtractu matrimonii,quòd maritus in certo aliquo loco habitare debeat cum vxore,& tunc ſi aliqua cauſa neceſſaria ſuperuenit,qua impediente, maritus ibi commodè remanere non poſſet,puta propter inimicitias capitales vel incõmoditatem aëris vel aliud ſimile, quod Iudicis arbitrio relinquitur, & tenetur virum ſequi, quia hoc caſu pactum inciperet eſſe contra legẽ vt contra d.c.Vnaqueq;.xiij.q.ij. Si verò talis cauſa non ſuperuenit, & pactũ ſeruandum eſt,nec tenetur eum ſequi. l.j. C. de pact.conuent.Et ita decidit Hoſtien.in ſumma ſua.§.Et an conſen. ſus.ver.Argumentum,in tit.de coniug. ſer.Aut tale pactum non fuit interpoſitum in ipſo contractu,& tũc: Aut iſta mulier tempore contractus matrimonialis ſciebat conditionem ipſius eſſe

4 talem,& tenetur eum ſequi.Quia† mores ſemel approbati,amplius reprobari non poſſunt.l.Si vxor.§.fi.ff.de adulte.Aut mulier tempore contractus neſciebat conditionem ipſius eſſe talem, & non tenetur eum ſequi, ſecundum glo.in d.c.Vnaqueq; & d.c.Si quis neceſsitate,& Panor.in d.c.De illis.Quã

5 do†autem quæritur, vtrum maritus teneatur ſequi vxorem, & cõclude quod non niſi ex cauſa lepræ, vel alia iuſta & ineuitabili cauſa ſe abſtineat,vt not. in d.c.Peruenit infra.de coniug. lepro. Et vide de tota hac materia Henr.Boh. in d.c.De illis,infr.de ſponſa. Et tantum de hac q.An & quando vxor teneatur ſequi maritum abſentem.

6 ¶Nunc dicemus,†quando maritus teneatur expectare vxorem abſentem, & econtra.Et dic breuibus:

¶Aut alter coniugum eſt abſens, non malitiosè,& tunc, ſi citari non poteſt, quia captiuitate, vel ægritudine detinetur, vel in remotis partibus degit & dic:

¶Aut præſens vult agere contra abſentem,fortè ex cauſa adulterii vel deſertionis,& omnino nõ eſt audiendus per tex.noſtrum hic,ſumpto argu. à minori ad maius.

¶Aut præſens vult agere contra abſentem, propter impedimentum aliquod, vt quia vult opponere conſanguinitatem,vel affinitatem,qua probata,cohabitare non poſsint,Et dic:

¶Aut abſens etiamſi vellet redire, non auderet,puta,quia homicidium perpetrauit, & tunc admittitur præſens ad receptionem teſtium ſuper tali impedimento,lite non conteſtata, contra abſentem.c.j.& quæ ibi not.infr. Qui matri.accuſ.poſſ.

¶Aut abſens auderet quidem redire, ſi modo,poſſet, & etiam in hoc caſu contra abſentem procedi non poteſt.lite non conteſtata, cum fortè habeat legitimas exceptiones ad elidendam intentionem contrariam. Nec obſtat ſi obiiceretur periculum fornicationis, quia tex.noſter hic reſpondet, quod in coniugiis multa occurrunt,in quibus coniuges ſine ſua culpa,licet non ſine cauſa continere cogantur.Igitur expectandus eſt abſens,niſi veriſimiliter conſtet de morte ipſius,per tex. noſtrum hic & c.Dominus infr.de ſecun.nup.

¶Aut abeſt omnino malitiosè ſine aliqua rationabili cauſa.Vel abeſt per cõtumaciam & diſtingue:

¶Aut præſens proponit impedimentũ con

contra Matrimonium, vt gradum aliquem conſanguinitatis vel affinitatis, in quo matrimonia cõtrahi nõ poſsint & procedi poteſt contra abſentem ad teſtium receptionem, & ſententiam definitiuam, lite non conteſtata, per text. in c. noſtro. §. Porro & ſi hoc impedimẽtum fuerit probatum permittitur ei cõuolare ad ſecundas nuptias, per text. in c. Prælatum, infr. Qui fil. ſint legit. Aut præſens non opponit aliquod impedimentum, ſed vult agere contra abſentem propter adulterium vel deſertionem, Et dic:

¶ Aut non dubitatur de vita ſed cõſtat quod viuit, & contraxit autoritate eccleſiæ, & liberi ex tali matrimonio nati propter autoritatem Eccleſiæ cenſentur legitimi, per tex. in cap. Prælatum, ſecundum. iiij. Lectur. infra. Qui fil. ſint legit.

¶ Aut præſens non contraxit propter deſertionem, ſed vult contrahere, & petit licentiam contrahendi ab Eccleſia. Et in [redacted]

¶ Canoniſtæ decidunt, quod contrahere non debeat præſens, donec conſtet veriſimiliter de morte abſentis, allegãt ad hoc text. in d. c. In præſentia, infr. de ſponſal. & in d. c. Dominus, infra. de ſecun. nup. Vbi dicit tex. Sanè ſuper Matrimoniis, quæ quidam ex vobis, nondum habita obeuntis coniugis certitudine, contraxerunt, id vobis reſpondemus, vt nullus à modo ad ſecundas nuptias migrare præſumat, donec ei conſtet quòd ab hac vita migrauerit coniunx eius. Idem tenent Innoc. Panor. & Præpoſ. in d. c. Dominus & in c. noſtro Bald. & And. Barb. hic. Sunt enim hæc ipſorum verba, in effectu: Nota quod ſola abſentia coniugis quantumcunq; diuturna, non præſtat cauſam legitimã ſeparãdi, etiamſi vxor dicat, ſe amplius continere non poſſe. & facit tex. in Auten. Hodie. C. de repud. Idem ſentiunt Canoniſtæ in c. Quanto, infr. de diuer.

poſ. Et licet videatur quod tex.in.d.c.

Glo. in verbo, Præſumatur, mouet q. Dicitur hic quòd præſens coniunx non malitioſè abſentem expectare debeat, donec veriſimiliter præſumatur de morte abſentis. Quæritur ergo, quã do præſumatur de abſentis morte. Gl. reſpondet, quòd hæc præſumptio colli gatur ex fama. Contra hoc opponit gl. tex. in. d. c. In præſentia. & d. c. Dominus. Vbi dicitur, quòd expectari debeat, donec certò conſtet de morte. Gl. reſpondet, quòd per huiuſmodi violen tas præſumptiones ſufficiens habetur certitudo de morte.

In

In hac q.quando ſcilicet quæritur,
13 †quomodo mors probetur,ſunt variæ
deciſiões dd.Nam Bar.in.l.Genere.ff.
de his qui not.infam . quòd ſufficiens
ſit redditio cauſæ teſtis,qui teſtificatur
de morte,ſi dicat: Vidi de eo fieri luctũ
in domo ſua,& vxorem & conſangui-
neos ſuos aſſumere veſtes lugubres:
Iſtud enim ſufficit explorari à notis,&
his qui veriſimiliter ſcire poſſunt. Au-
ten.Hodie.C.de repud. Conſanguinei
tamen debent ſcire veriſimiliter,& hoc
manifeſtant per luctum.Idem in effe-
ctu decidit Bar.in.l.Quoties.C.de nau
frag.lib.xj.Vbi tamen diſtinguit inter
ea,quæ ſunt maximi, magni, & parui
præiudicij.Eodem modo diſtinguit in
l.ij.§.Si dubitetur.ff. Quemad.teſta.a
per.Idem Bar.in.l.Quod ad præſens.
C.de murileg.lib.xj.diſtinguit,An quis
domi,vel in exercitu,ſiue conflictu,vbi
multa milia hominum pereunt. mor-
tuus fuerit,primo caſu requiri proba-
tionem per teſtes:ſecundò ſufficere fa-
mam & coniecturas. Bald.in.c.j.§. Niſi
iuſta,quo tem.mil.inueſt.per.deb.diſtin
guit,An quis vltra vel citra mare mor
tuus fuerit.Gloſſ.in.l.Si quidem,in ver
bo.Facta eſt,tenet,quòd mors probetur
per famam publi.quòd Bar.ibi reſtrin
git verum eſſe,ſi quis dicatur mortuus
in longinquo & vltra mare, allegat in
Arg,l. Cùm quidem.§. Quòd dicitur,
cum ibi not.ff.de acqui.hær. Si autem
mortuus fuiſſet in propinquo,& de re-
centi,requiri vt teſtis deponat per ſi-
gna,vt quia viderit eum habere ſigna
hominis mortui,ſicuti in ſimili dicitur
de demente,qui per ſigna probatur, de-
mens eſſe.l.Nec Codicillos.C.de Codi
cil. Item dicit ſufficere, ſi quis dicat
quòd viderit eum ſepeliri,vel quòd in
terfuerit ſepulturæ,addit tamen tutio
rem & magis propriam probationem
eſſe per famam illius loci,in quo dici-
tur eſſe mortuus,vt habetur in Auten.
Hodie.C.de repud. Glo.in d.l.ij.§.Si
dubitetur.ff.Quemad.teſta.aper, dicit
ſufficere præſumptionem.Specula. in
to.de Acto.§.Sed ſi iſte,dicit,ſi Actori
opponatur,quòd non poſsit eſſe in iudi
cio in peculio profectitio,vel aduenti-
cio,quia pater ipſius viuat,in cuius po
teſtate ſit,quòd ſufficiat mortem patris
per famam probare,& in ti.de notor.
crimi.§.Quid ſit fama.ver.Super quo,
dicit,ſi quis petit hæreditatem,& Reus
excipiat,illum viuere,de cuius hæredi
tate agitur, ſufficiat mortem probari
per famam.

Tu poſt Docto.præalleg.& quoque
Panor.& alios hic,in hac q. hoc modo
diſtingue.

Aut ſubeſt periculum vitæ,Aut fa-
mæ,Aut rei pecuniariæ,ſi mors probe-
tur,vel non probetur.

Primo caſu, quando ſcilicet ſubeſt
periculum vitæ,vt quia accuſatur quis
homicidij,& decapitaretur,ſi mors il-
lius,qui occiſus dicitur, eſſet probata,
& requiruntur probationes luce meri-
diana clariores.l.Sciant cuncti. C. de
prob.cum ſimilibus.Barto.in d.l.Quo
ties.C.de naufrag.lib.xj.Et hoc caſu te-
ſtis de morte deponens debet habere
concludentes rationes dicti ſui. quòd
ſcilicet viderit eum mortuum, & teti-
gerit frigidum,nec habentem pulſum,
vel quòd omnia ſigna notoria homi-
nis mortui in ipſo deprehenderit, vel
quòd ſepeliri eum viderit, quum ne-
mo viuus ſepeliri præſumatur.l.j.ff.de
relig.& ſump.fu.vel quòd viderit eum
decapitari,vel ſimilia,quæ de neceſsi-

tate

tate concludunt mortem.

Secundo caſu, quãdo ſcilicet ſubeſt periculum famæ, quod dicitur ſubeſſe, quando mulier in abſentia mariti, quum nondum conſtat de morte mariti, alij nubit, (quia incidit in delictum adulter.j, Auten. Hodie. C. de repud.) Et in hoc membro diſtinguendum eſt. Aut is, qui abeſt, non malitioſè abeſt, ſed fortè in bello &c. vel in negociatione &c. & dic: Aut præſens contra abſentem vult probare impedimentum aliquod, vt conſanguinitatis &c. & propter hoc ſeparari, vt ad alias nuptias conuolare poſsit, & admittitur ad iſtiuſmodi probationem, ſi veriſimiliter per violentas præſumptiones docere poterit de morte abſentis, & hoc ideo ſecundum Panor. hic. Quia hoc caſu non agitur de maximo præiudicio, quia probãdum eſt impedimentum in iudicio, vt fiat præiudicium in eo ſolo, quia proceditur in abſentia partis: & in hoc caſu propriè loquitur tex. noſter. cum gloſ.

Aut non vult docere de aliquo impedimento, ſed tantùm allegat mortẽ, in eum finem, vt permittantur ſecundæ nuptiæ, Et dic:

Aut abſens dicitur mortuus in loco, de quo non poteſt probari liquidè, vt in bello, intra multa milia hominum, in conflictu, & probatur mors per coniecturas, per communem opinionẽ, & famam. Idem dic, ſi nauis, in qua nauigauit, naufragium fecit. Argu. l. Non omnes. §. A barbaris. ff. de re mili. Aut non dicitur mortuus in tali conflictu, & dic:

Aut abfuit tanto tempore, quòd, iũcto tempore abſentiæ cum eius ætate, perficeretur tempus c. annorum. & quoque probata eius mors cenſetur, quia eſt longiſsima vita hominis. l. fi. C. de S. S. Eccle.

Aut non abfuit tãto tempore, & tũc mors probari non poteſt, niſi per nuncium certum, de morte viri, puta, per dominum, ſub quo militauerat, vel per ſocium ſuum bonæ famæ. & honeſtum qui aſſerat ſe vidiſſe ipſum mortuum, &, ſi coram Epiſcopo iuramento firmauerit is, permittitur præſenti alij nubere. c. fina. infr. de ſecund. nup. & in hoc caſu loquitur tex. in c. In præſentia. & c. Domin°. Ita quoq; decidũt hic Panor. & Andr. Barba. & dd. in d. c. In pſentia.

Tertio caſu, quando ſcilicet ſubeſt periculum rei pecuniariæ, ſi mors probetur, & dic:

Aut ſubeſt magnum præiudicium, vt ſi de tota aliqua hæreditate alicuius contendatur, de quo dubitatur, an viuat vel mortuus ſit, & probatur mors per famam: ſed hoc eſt intelligendum de fama, quæ originem traxit ab hominibus, qui aliquam cauſam iſtius opinionis acceperunt, vt puta quòd viderint eum aſcendere nauem in mari, & ſuperuenit tempeſtas, ac expectato tẽpore congruo nondum eſt reuerſus & perquiſitus per loca veriſimilia, nec ipſe inuentus eſt, nec nauis. item ſi viſus eſt in magno exercitu, & ſecuto cõflictu, nõ eſt inuentus. Itẽ ſi per loca inſidioſa tranſiuit, nec poſtea repertus. Itẽ ſi mercator bonæ vitæ, diues: & à familia expectatus p tempora deſtinata nõ reuertitur, & perquiſitus nõ reperitur &c. Si ex iſtiuſmodi & ſimilib' cauſis, fama oritur, nõ dicitur leuis præſumptio, ſed probatio. Ita decidit Barto. in tract. ſuo de teſtibus, in verbo, Mortem hominis. & in l. fi. ff. de his qui no. infa. & in d. l. ij. §. Si dubitetur.

Aut

¶Aut ſubeſt paruum præiudicium, vt quia teſtamentum aperiri debet,& ſufficit ſemiplena probatio vel præſumptio: & in hoc caſu intelligitur glo.in d.§.Si dubitetur.

¶Glo.in verbo,Citari,mouet q.an ſufficiat mittere citationē ad domum, an verò requiratur, quòd quis perſonaliter citetur: hāc q.tractabimus in c.Cauſam.j.de dolo & contu.deciſio in glo. hic in fi.vera eſt,ſecundum glo.

§. *Sunt & alij.*

SVnt & aliſ caſus ſimiliter ſpeciales, in quibus abſque litis cōteſtatione, legitimè poſſunt teſtes produci: vt quando exceſſuum inquiſitio, vel teſtiū publicatio imminet facienda.

DVOBVS in caſibus hic teſtes ante litis cōteſtationem recipiendi, quando ſcilicet Iudex inquirit ex officio,& vbi teſtes de perpetua rei memoria examinari debent.

¶Hic.§.addit alios duos caſus, in quibus teſtes recipi poſſunt ante litem conteſtatam.

¶Primus eſt, quādo Iudex inquirit ex officio contra delinquentem.

¶Secundus,quando teſtes ad perpetuā rei memoriam recipiuntur.

¶Contra primum caſum opponitur, Imò videtur quòd in cauſa inquiſitionis teſtes ante litem conteſtatam recipi non poſſint,per tex.in c.ij.cum ſimilibus, infr.de purg.Cano. Glo.hic reſpondet diſtinguendo.

¶Aut is, contra quem inquiritur, eſt abſens,& non inquiritur litis conteſtatio.c.Qualiter & quando, el.ij. §.Debet, infr.de accuſat.& in hoc caſu loquitur tex.noſter.

¶Aut eſt præſens, & requiritur litis cōteſtatio. In hoc caſu loquitur c.contrarium. Hoſt.aliter diſtinguit. Aut ad nullius requiſitionē vel querelam, ſed tantùm proprio motu inquirit ex officio,& non requiritur litis cōteſtatio:& in hoc caſu procedit tex.noſter.

¶Aut inquirit ad querelam alicuius,& requiritur litis conteſtatio,& ſic loquitur c.contrarium. Vide de hac.q.Panor.& Andr.Barb.hic,& dd.in d.c.j.infrà,de purg.Cano.

¶Quod ad ſecundum membrū attinet, dic,quòd verbū, Publicatio, hic in tex. poſitum,non ſit intelligēdum quaſi requiratur, quòd dicta teſtiū, qui in perpetuam rei memoriā examinati ſunt, ſint publicè manifeſtanda, ſed ſatis eſt quòd ipſorum dicta per Notarium redigantur in publicam formam, ſecundum Panor.& dd.in c.Albericus.& in c.Significauit,infr.de teſtib.

§. *In alijs.*

IN aliis verò caſibus prudenter eſt attendendum,vtrū contumax reali actione,an perſonali conueniatur. Si reali, mittendus eſt Actor in rei petitæ poſſeſsionē, vt tædio affectus Reus veniat reſpōſurus. Qui ſi venerit infra annum, iudicio ſiſti, præſtita

ſtita cautione, ac exhibita ſatisfactione cōgrua expenſarū, poſſeſsionē recuperet. Quòd ſi cautionē offerre neglexerit infra annū, Actor poſt annum verus cōſtituatur poſſeſſor: ſuper proprietate dūtaxat aduerſæ parti defenſione legitima reſeruata. Quòd ſi ſuper rebus immobilibus quiſquā cōueniatur, qui eas poſsidet nomine alieno, debet ſtatim in iudicio dominū nominare, certo dierū ſpacio à Iudice finiēdo, eoque ad eius noticiā producēdo, vt vel ipſe veniēs, vel idoneum dirigens, reſpōſalem Actoris intentionē excipiat. Si verò poſt tempus indultū, quod diſpoſitum eſt, noluerit adimplere, tanquam lite, quæ ingeritur ex eo die, quo poſſeſſor ad iudiciū vocatus eſt, ad interrumpendā præſcriptionē longi tēporis, cōteſtata: dominum poſſeſsionis Iudex tribus edictis legitimis euocabit, & tunc ipſo in eadē voluntate manēte, negocium ſummatim examinās, in poſſeſsionē ipſarum rerū Actorē mittere non tardabit, omni allegatione abſenti ſuper principali quęſtione reſeruata. Si autē ſup perſonali actione cōueniatur, vel mittēdus eſt Actor in poſſeſſionē ipſius, vel immobiliū, ſi fortè mobilia nō habeat, pro modo debiti declarati. Vel in cōtumacē eſt eccleſiaſtica ſententia proferēda, ita videlicet, quòd alterutra pœna, quæ má gis timeri debeat, Iudex à principio cōtentus, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruerit proteruitas cōtumacis, qui veniens infra annū, vel poſt annū etiam audietur, iuxta diſtinctionem in alio caſu ſuperiùs annotatam.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Reus cōtumax quomodo puniatur, cùm teſtes ante litis conteſtationē recipi nequeant.*
2 *Reus quando poſſeſ. ab Actore immiſsio recuperet, necne.*
3 *Miſsionis ex primo & ſecūdo decreto effectus.*
4 *In actionibus mixtis quomodo cōtra cōtumacem procedēdū, an Actor in poſſeſ. mittēdus.*
5 *Præſtationes quid, vel quando dicantur peti.*
6 *In actio finium regund. Reo contumaciter abſente, Actor iurat in litem &c.*
7 *In interdicto intentato, quomodo cōtra Reum contumacem fiat miſsio.*
8 *In hypothecaria quomodo fiat miſsio.*
9 *Cautio duplex, & quæ à Reo contumace poſſeſsionem recuperaturo, præſtanda.*
10 *Reus contumax quando, & quas expenſas Actori refundere teneatur.*
11 *Intereſſe & damna intrinſeca & extrinſeca.*
12 *Miſsio ex primo decreto, an tantum operetur,*

quantum miſsio ex ſecundo decreto, ſcilicet vt ex eo transferatur poſſeſsio in Actorem.

13 *Poſſeſsio dupliciter capitur: Propriè, & impropriè.*

14 *Miſſus ex primo decreto, an poſt annum efficiatur verus poſſeſſor, ita quod miſsio ex ſecundo non requiratur.*

15 *Poſsidens nomine alieno res mobiles, an aquè ac poſſeſſor rerum immobilium dominum nominare teneatur &c.*

16 *Beneficium legale ex identitate rationis extenditur, vbi non inducitur ll. correctio.*

17 *Nomine alieno quis poſsidere dicatur dominumve nominare teneatur.*

18 *Quod iuris eſt de toto, quo ad totum, idem iuris eſt de parte, quo ad partem.*

19 *Creditor habens ius in pignore, dominumne pignoris teneatur nominare.*

20 *Dictio, Statim, in nominando domino, de quo tempore intelligenda.*

21 *Dominus in iudicio nominatus, à quo certior reddendus.*

22 *Quaſi litis conteſtatio an vera litis conteſtat. habeat effectum.*

23 *Quaſi & tanquam, improprietatis & imperfectionis nota.*

24 *Quaſi litis conteſtat. effectus, & vnde oriatur q. litis conteſtatio.*

25 *Nomen Poſſeſſor, hic in text. de quo poſſeſſore intelligendum.*

26 *Summaria cauſæ cognitio quo modo fieri debeat, priuſquàm Actor in poſſeſſ. mittatur.*

IN HOC §. occurrit tex. tacitæ obiectioni. Suprà enim in principio iſtius c. Regula tradita eſt, quòd teſtes ante litem conteſtatam recipi non debeant, & additæ ſunt quædam fallentiæ ab illa Regula. Poteſt ergo quæri, ſi in aliis caſibus non exceptis, contra

1 †contumacem teſtes recipiendi ſunt, quomodo cõtumacia in ciuilibus cauſis puniri poſsit. Huic quæſtioni textus hic reſpondet, diſtinguendo.

¶ Aut contumax conuentus eſt actione Reali, aut Perſonali. Si reali, ſubdiſtingue.

¶ Aut contumax conuentus eſt ſuper rebus, quas poſsidet nomine proprio, & mittitur Actor in poſſeſſ. ex primo decreto, rei petitæ, cum hac diſtinct. Si contumax poſt illam miſsionem infra annum venerit, & cautionem præſtare voluerit de ſiſtendo, & quoq; ſatisfacere pro expenſis, tunc recuperat poſſeſs. Si verò infra annum non venit: vel venit quidem, ſed illam cautionem præſtare recuſat, & mittiĩ Actor poſteà in poſſeſ. ex ſecũdo decreto, & fit verus poſſeſſor, ita quòd reo tantùm reſeruatur defenſio ſuper proprietate.

¶ Aut contumax conuentus eſt reali actione, ſuper rebus quas poſsidet nomine alieno, & tenetur poſſeſſor ſtatim in Iudicio dominum nominare, quo facto præfigit Iudex terminum ipſi poſſeſſori, infra quem domino rei illam controuerſiam ſignificet, vt in propria perſona compareat, vel procuratorem mittat, & contra Actoris intentionem excipiat: quòd ſi dominus infra illum terminum non venerit, habet hæc termini præfixio, & controuerſiæ ſignificatio vim & effectum litis conteſtationis, quo ad interrumpendam præſcriptionem, & citabit Iudex nihilominus dominum poſſeſsionis, qui ſi in contumacia perſeuerauerit, examinat Iudex negocium ſummatim, & mittit Actorem in poſſeſſ. ſuper principali quæſtione.

¶ Si verò cõtumax cõuentus eſt actione perſonali, & mittitur Actor propter contumaciam in poſſeſſ. mobilium, ſi ext

extant: vel his non extantibus, in poſſeſſ. immobilium, pro modo debiti declarati.

¶ Nota primò ex hoc text. dum dicit,
2 Reum † infra annum, præſtita cautione, recuperare poſſeſsionem, quòd hoc tantùm procedit, quando miſsio facta eſt ex primo decreto propter contumaciam: ſecus ſi miſsio facta eſſet ob aliam cauſam, vt quia non ſoluebat, nec volebat parere ſententiæ &c. c. Ex parte, el. j. cum ibi not. infr. de verbor. ſignifica. Hæc autem cautio, de qua loquitur tex. præſtatur aduerſario, vel eo abſente, Iudici, vel coram aliis publicis perſonis, ſecundum Innoc. in c. j. de eo, qui mitt. in poſſeſſ.

¶ Secundò nota effectum miſsionis in
3 poſſeſſ. ex † primo decreto, quòd tribuat immiſsio tantùm cuſtodiam, igitur non facit fructus ſuos, ſed cogitur reſtituere Reo cauēti infra annum, & contentus eſſe expenſis. Effectus verò miſsionis ex ſecundo decreto, eſt, quòd Actor fit verus poſſeſſor, & ideo facit fructus ſuos: hoc probatur ex tex. hic, & infrà copioſiùs dicemus. Reliqua no tab. tu ipſe vide apud Doctor.

¶ Glo. in verbo, Actione, ponit primam mam diuiſionem actionum, quòd ſcilicet quædam ſunt reales, quædam verò perſonales.

¶ Reales dicūtur, quibus rem perſequimur contra quemcunque poſſeſſorem.

¶ Perſonales dicuntur, quibus agimus contra eum, qui eſt nobis obligatus, ad faciendum aliquid, vel dandum, & ſemper aduerſus eundem habet locum. l. Actionum genera, in princ. ff. de verb. oblig. Quum autem hic tex. loquatur, quid iuris ſit, ſi contumax conuentus fuerit actione merè Reali, vel actione merè perſonali, & facit differentiam inter iſtas actiones, quo ad pœnam cō-
4 tumaciæ. Dubitari poterit, † quid dicendum ſit de actionibus mixtis, quæ ſcilicet ſunt reales & perſonales ſimul, vt Famil. hercifc. Communi diuidundo, & Finium regundor. §. Quædam actiones. Inſti. de actionib. Et iſtæ tres actiones, ſecundum ipſarum originem & cauſam, ſunt merè perſonales, quia oriuntur ex qu. contractu. §. Item ſi inter aliquos. Inſti. de obligat. quæ ex q. contract. Conſiderato tamen fine & effectu ipſarum, habent naturā realium, quia petuntur res. Quando ergo quæritur, quid iuris ſit in iſtiuſmodi actionibus ſi Reus contumax fuerit, &, licet hoc caſu ſint variæ opiniones, Tu tamen poſt dd. dic breuibus.

¶ Aut quæris de actione famil. hercifc. & non eſt dubium, quin hæc actio competat ad duo. Primò, ad res, quæ petuntur. Secundò, ad præſtationes. l. Item Labeo. §. Familiæ hercifc. ff. Famil. herciſcū. Quod attinet ad petitionem rerum in hac actione, certum eſt quòd ſequatur naturam actionum realium, hoc eſt, quòd Actor in poſſeſſ. rei petitæ mittatur. Sed quum in hac actione non petatur tota res, ſed pars, quia petitur diuiſio hæreditatis, mittendus eſt Actor in poſſeſſ. totius, ita tamen, vt percipiat fructus pro portione partis petitæ, fructus verò aliarum partium ſeruabuntur arbitrio Iudicis. In partem enim rerum petitarum mittere nō poteſt, quia per hanc miſsionem diuideret hæreditatem, & per diuiſionem, vel adiudicationem transferret dominium. §. fi. in fine. Inſt. de offic. iud. & ſic per indirectum ferret ſententiam definitiuam, lite non conteſtata, quod fieri

non debet, vt hic per totum. Quando verò in hac actione petũtur præſtatio nes, actiones non ſunt reales, ſed perſo nales. d. l Item Labeo. ff. fa. ercif.

5 ¶ Dicuntur autem præſtationes peti, quando petuntur ſumptus, quos vnus ex hæredibus bona fide ſcit. Itẽ, quando petantur vſuræ à cohærede ex die moræ. l. His conſequenter. §. Sumptũ. ff. Fam. herc. & hoc ſequitur, ꝙ ad miſſionem attinet, naturam actionũ perſonalium, quia merè perſonaliũ, quia merè perſonalis eſt, vt diximus.

Idem in effectu decidunt Pan. And. Barb. hic, Spe. in tit. de ſecundo decreto. §. Videndum. verſi.

Sed nunquid in duplicibus.

Idem dicendum eſt in communi di uidundo.

6 Quandò † verò agitur finium regũ dorum, dic, ſi quis per Iudicem citatus eſt, vt ad hoc compareat ſi cõtumax fit iurat Actor contra ipſum in litẽ, quan ti. ſ. ſua intereſt, Reum non veniſſe ad diuiſionem. d. §. ſi. iun. gl. in verbo, Cõ demnatur. & ibi Io. Fab. & Io. de Pla. ver. Officio Iudicis. Inſti. de of. iud. gl. in. l. iiij. §. Sed & ſi quis, in verbo, Condemnabitur, ff. Finium regun. Bart. in l. In actionibus. ff. de in lit. iuran. & iuramento tali præſtito, mittitur Actor in poſſeſſ. ſicuti in perſona. actio. fieri ſolet. Vide Spec. in. d. §. Nunc vidẽdũ. ver. In actione, in tit. de ſecun. decre.

7 Tertiò quærit Panor. quid iuris † ſit ſi quis intentauit interdictum aliquod & Reus fuerit contumax, quomodo fiat miſsio.

In hac. q. dic, Interdicta eſſe triplicia Adipiſcendæ, Retinendæ, & Recuperãdæ. Adipiſcendæ ſunt tria: Quorũ bonorum, Quorum legatorũ, & Saluianum interdictũ: & in his iudica, quod ſuprà diximus de actio. fami. hercif. ſ. vtrum petatur ipſa res, vel præſtationes &c.

Quando verò agitur interdicto Retinendæ. Actor ſolet duo petere.

Primum vt caueat, ne turbetur in futurum. Secundò, vt cõdẽnetur Reus quanti Actoris intereſt, ipſum in poſ. turbatum non eſſe. Et hoc caſu Actor non poteſt petere ſe mitti in poſ. propter contumaciam Rei, quia in hac pe titione eſſet ſit ipſius contrarius, quod quilibet agens hoc interdicto dicat ſe eſſe in poſſeſ.

Dic ergo ꝙ hoc caſu Reus condem natur, primum quanti Actoris intereſt ipſum turbatum nõ eſſe, & poſtea mittitur in poſſeſ. pro menſura dicti inter eſſe.

Secundò poteſt pronũciari, Actorẽ eſſe potiorem in poſſeſſ. Reus tamen infra tempus cõpetens veniens, poterit docere de iure ſuo, Ita in effectu decidit Spec. in præallegato loco.

Quandò verò agitur Recuperãdæ concludunt Pan. & And. Barb. ꝙ illud omnino imitetur naturam Realium. l. j. in fine ferè. ff. de interdi. Idem iuris eſt in actione. Quod metus cauſa, ſecundum doc. hic.

Quartò ponit Panor. quid iuris, ſit ſi Reus conuentus hypothecaria actione, quæ & quaſi Seruiana appellatur, contumax fuerit, & circa hanc actionem eſt magnum dubium. Nam licet hæc actio computetur inter actiones reales. §. Item Seruiana. Inſt. de actio. Tamen Actor in libello nõ dicit rem ſuam eſſe, quam petit, ſed ſibi obligatam. Agit enim ad poſ. rei, quæ ſibi iure hypothecæ expreſsè obligata eſt ad,

ad hoc vt retinere vel alienare poſsit, ſi à debitore non fuerit redempta: vt not. in d. §. Item Serniana, Sunt ergo duæ opiniones circa hanc. q.

Prima eſt, ꝙ imitetur omnino naturam actionum realium, hoc eſt, quod Reus mittatur in poſſ. rei obligatæ.

Secunda, ꝙ fiat miſsio tãtũ pro mẽſura debiti declarati ad inſtar perſonalium.

Primam opinionẽ tenet gl. in. l. iij. §. fi. in ver. Non poſſeſsionem. ff. de ac. poſſeſ. Et videtur probari per tex. in. l. Si cũ venditor, in princ. ff. de euic. vbi dicit text. ꝙ actio Seruiana nudã poſſeſsionem auocet.

Tertiò probatur per tex. in. l. Si quis emptionis. §. Sed & ſi quis. C. de pſcri. xxx. anno. Vbi ſecundũ Bart. & Iac. de Are. in. d. l. iij. §. fi. ff. de acq. poſſeſ. Rei vendica. & actio hypothecaria æquiparantur.

Dicit enim tex. Si quis per ſententiam Iudicis rem detinet, & poſtea aduerſarius citatus contumax fuerit idẽ iuris ſit, ꝙ in actionibus quæ dominiũ habent &c. Quæ verba, per ſententiã, intelliguntur de quodam pignore ꝑtorio, vel iudiciali. Idem vult Spec. in tit. de cõtumacia. §. Sequitur, ver. Sed nunquid.

¶ Contrariam opinionem. ſ. ꝙ idẽ iuris ſit ꝙ in perſonalibus, tenet gl. in. d. l. Si quis emptionis, §. Sed & ſi quis, in verbo, Poſſeſſor. C. de præſ. xxx. anno. Nã actio hypothecaria oritur in effectu ex contractu Mutui, & pignoris, & ſic actio principalis videtur eſſe conditio certi ex Mutuo, q̃ actio perſonalis eſt, & in ea fit miſsio pro modo debiti declarati per tex, noſtrũ hic, Ergo idem videtur dicendum in actione hypothecaria. Dy. vt refert Bar. in. d. l. iij. §. fi. ff. de acq. poſſ. diſtinguit in hac. q.

Aut agitur hypothecaria contra debitorem ipſum hypothecam poſsidẽtẽ & procedat ſecunda opinio. ſ. ꝙ fiat miſsio, vt in perſonalibus.

Aut agitur contra extraneũ poſſeſſorem hypothecæ & procedat prima opinio, ꝙ. ſ. fiat miſsio, vt in realibus.

Tu poſt. dd. dic breuibus, ꝙ in actione hypothecaria cõtra cõtumacẽ, miſſio fiat ſicut in realibus, qa ipſa actio eſt realis, igitur fit miſsio in poſ. totius rei, quæ dicitur obligata. Sed ꝙ attinet ad effectum miſsionis, intereſt, vtrum contra ipſum debitorem, vel an contra tertium poſſeſſorem facta ſit. Nam ſi miſsio facta eſt contra ipſum debitorem, qui dicitur rem obligaſſe, ſi non comparet infra annum, certũ eſt ꝙ miſſus efficiatverus poſſeſſor, ſicuti ſi conſtaret rem debitori fuiſſe obligatam. Quare debitor veniens, licet nõ teneatur probare dominium, quum creditor hoc fateaẗ, Tamen, ſi vult recuperare rem, in qua miſsio facta eſt, tenetur probare negatiuam. ſ. rem creditori obligatam non eſſe. & ſic probare indebitum, quæ probatio negatiua ſuccedit in locũ probationis proprietatis. Spe. in. §. Sequitur. ver. Sed pone communem, in tit. de cõtuma. quem refert & ſequitur Bart. in d. l. iij. §. fin. in fine. ff. de acquir. poſſ. & Panor. hic, dicit: Si creditor miſſus in poſſeſsionem ex primo decreto in hypothecis, & debitor infra annum venerit, & voluerit recuperare poſſeſsionem. non auditur, ſi creditor eſt paratus incontinenti probare de hypothecis.

Sed de hoc dicto vide Andr. Barba. hic,

hic, qui copioſè diſputat. Si verò non contra ipſum debitorem, ſed contra tertium poſſeſſorem eſt facta miſſio in poſſeſsionem rei, quam Actor dicit ſibi obligatam eſſe, tunc certum eſt, quod teneatur probare dominium, ſi rem vult recuperare.

Sed huic deciſioni poteſt opponi: Imo videtur: quod hæc immiſsio contra extraneum nihil proſit, quum creditori ſufficiat rem fuiſſe in bonis debitoris.

Ad quod reſpõde, Imo prodeſt quia hodie contra tertium pignoris poſſeſſorem hypothecaria non agitur, niſi principali debitore prius excuſſo. Auten. Hoc ſi debitor. C. de pigno. Quare ne teneatur excutere principalem, iuuat hæc miſsio, ꝙ poſt lapſum anni retinet rem, donec tertius de dominio probauerit, nec tenetur hoc caſu principalem excutere.

Ita decidit hic Ant. de But. & And. Barb. poſt Bar. in præalle. loco.

Glo. in verbo, Tædio adfectus, ponit effectum miſsionis ex primo decreto, tam in Realibus, quã perſonalibus actio. ſ. ꝙ in Reali. Actor immiſſus expellit Reum ex poſſeſ. & fit ipſe poſſeſſor, percipit fructus, & cõſeruat eos. In perſonali verò effectus eſt, cũ cultura agri, in quem miſsio facta eſt, pertineat ad contumacem, immiſſus erit cum contumace in agro, vt cuſtodiat fructus, ne conſumantur per contumacem, per iura hic in gl. alle.

Quod ad effectum immiſsionis in actio. Realibus attinet, dic breuibus, quod nomen, poſſeſsio, capiatur improprie pro detentio vel imaginarij poſſeſ. quia ſecũdum Cano. miſsio ex primo decreto non tribuit verã poſſ. poſ. ſed tantum cuſtodiam, hic cultura tamen ad ipſum ſpectat, ſecundum gl. noſtram hic dum dicit: Percipiet fructus, & cõſeruabit eos, & gl. hic: in verbo, Poſſeſsionem, Idem habetur in. c. j. & ij. ĩ. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. & in. c. j. ĩ. de ſeque. poſſ. & fru. Et ita decidunt hic Bal. Io. de Imo. Pan. Andr. Bart. & alij. In perſonali contumax omnino retinet poſ. Miſſus tamẽ eodem modo vtitur re, ſicuti Reus, Vide Panor. hic.

Glo. in verbo, Cautione, mouet. q. qualis eſſe debeat cautio quã cõtumax qui infrà annum redit. & refuſis expẽſis. poſſeſ. vult recuperare, præſtare cogitur. In hac. q. dic, † Cautionem eſſe 9
duplicem: Sufficientem, & nõ ſufficiẽtem, Sufficiens dicitur, quæ fit per fideiuſſores vel pignora,

Non ſufficiẽs dicitur iuratoria cautio, vt not. in. c. j. fina. ĩ. de ſeque. poſ. & fru. Iam ergo quærĩ, quæ cautio hoc caſu requiratur. dic eſſe opiniões. Vna eſt, ꝙ ſufficiat quælibet ſimplex cautio iuratoria. etiã ſine fideiuſſoribus, vel pignoribus.

Et hæc eſt opinio Hoſtiẽ. quæ videtur probari, primò per tex. noſtrũ hic, qui non vtitur verbo ſufficienti, ſed tantum dicit congrua ſatisfactione.

Secundò videtur probari per tex. in c. l. §. Placuit, iun. gl. in verſi. Donec. ĩ. de iud. Vbi tex. loquitur de eadẽ cautione, nec tamẽ dicit de ſufficienti, & tex. in. c. Odoardus, ĩ. de ſolu. loquitur de idonea Cautione, ꝙ in ſummario ibi interpretatur de iuratoria cautiõe. Et hanc opi. ſequitur Spe. in. §. Iam de effectu, ver. Vltimo no. in tit. de primo decreto.

Alia opinio, ꝙ iuratoria cautio non ſuffi

claſ,ſed requiratur ſufficiens cautio per pignora vel fideiuſſores.

Hanc opi.tenet gloſſ.noſtra hic,& glo.in.d.c.j.ĩ.de ſequeſt.in verbo, Sufficientem,glo,in.c.Ex parte,in verbo, Sufficiens.ĩ.de verb,ſig.

Et probatur hæc opinio per text.in d.c.j.de ſeque.Vbi dicit tex.ſufficiété præberi ſtandi iudicio cautionem.

Secũdò probatur per tex.in.l.Si de mandato.§.fi.ff.Man.vbi expreſsè habetur,ꝙ cautio non eſt idonea,vbi neque pignora,neque fideiuſſores interuenerint.

Tertio probatur per tex.expreſſum in Auten.Et qui iurat.C.de bon.auto. iudi.poſſ.

Vbi textus in hoc caſu expreſsè requirit cautionem mediãte fideiuſſore.

Quartò probatur,ꝙ hæc cautio,iudicio ſiſti prætoria eſt.l.j.§. Communes.ff.de præt.ſtipu.Sed omnis p̃toria cautio debet eſſe ſufficiens, vt not.in d.§.Communes.

Nec òbſtat tex.noſter,& tex.in.d.c.
11 j.ſ.de iud.qui non vtitur verbo,Sufficienti. Quia reſpondet Io.And.ꝙ illi tex.ſupplentur per alios text.pro illa ſecunda opinione adductos.

Tu poſt.dd.in hac.q.breuibus hoc modo diſtingue.

Aut cõtumax veniens,propter inopiam,pignoribus iudicio ſiſti cauere nõ põt,& admittitur iuratoria cautio & in hoc caſu intelligitur prima opinio.

Aut poterit cauere ſiue ſatisdare pignoribus,vel fideiuſſoribus,& non admittitur iuratoria cautio.ſed requirit ſufficiens. Ita diſtinguit gloſſ.in.d.c. Odoardus,in verbo,idonea.ĩ.de ſo.& probatur per text.in.c.Per veſtras.ĩ. de don.inter vir.& vxo.Ibi,ſub ea quã poteſt,cautione &c.iun.gl.ibi, in ver. Quam poteſt. Idem decidit gl.in.c.j. in ver.Sufficienter.ĩ de dolo & contuma.in.vj.Et eſt optimus tex.in Autentica,Generaliter.§.Aut ſi fideiuſſorem C.de Epiſc.& Cleri.& ibi Doct.Io.de Imo.Panor.& And.Bar.hic.

Glo.in verbo, Expenſarum diſpu-
10 tat † q.de.ſoluendis expenſis propter
contumaciã.Tu dic breuibus,quod in
hac.q.duo ſint conſideranda.

Primum,quando expenſæ ſint ſoluendæ,Secundo,quæ expenſæ.

Quod ãd primam quæſtionem attinet,dic,ꝙ ſtatim ſoluendæ ſint,ante ingreſſum iudicii,nec datur quadrimeſtre,ꝙ iudicatis ad ſoluendum competit.l.Sancimus.C.ne iud.& Bart. Bal. & alii ibi,&.c. Reprehenſibilis. & ibi. dd.infrà de appel.Vincen.Panormi.& Andr. Barb.

Ad ſecundam quæſtioné reſponde,
ꝙ hoc caſu Reus actori omnes expen-
11 ſas † intereſſe, & damna intrinſeca,
quæ occaſione iſtius contumaciæ eue
nerint,refundere cogitur,priuſquam
audiatur.

Dico autem,damna intrinſera, quia ſi Actor tépore contumaciæ fuiſſet paſſus damna,nõ occaſione iſtius litis: ſed alia ratione, vt ſi propter abſentiam Actoris,cã litis,q̃dã fuiſſent furto ſubtracta, q̃ non fuiſſent ſubtracta,ſi fuiſſet præſens:hæc damna non veniunt, quia ſunt extrinſeca,ſecundum Bal.& Paul.de Caſtr.in d.l.Sancimus.ver. Septimò quæritur.C.de iud.& probatur hoc p tex.ibi,nõ audiatur cõtumax, niſi pri⁹ oĩa dãna reſtituat,ex huiuſmodi vitio aduerſarijs ĩflicta ſiue circa ĩgreſſus litis,ſiue circa honoraria aduocato

rũ,vel alias cauſas quæ in iudicio vertuntur. Idem probatur per tex.in c. Auditis,cum ibi not.ſupr. de procurat. Et prædicta omnia vera ſunt,ſi Reus fatetur contumaciam,vel ſi alioqui eſt manifeſta. Si verò eſt dubia,& allegat aliquam cauſam contumaciæ excluſiuam puta,quia fuit captus in itinere,vel impeditus vi fluminum &c.tunc inquiritur de veritate.l.ij.per tot.ferè.ff.ſi quis cautio.c.Ex parte.infr.de verb. ſignifica,Idem deciduot Panor.& And. Barba.& Legiſtæ in d.l.Sancimus.

¶Glo.in verbo, Poſſeſsionem recuperet,opponit contra text.hoc modo. Videtur quod textus hic ſibi ſit cõtrarius hoc probator, quia primo dicit, quod Reus contumax infra annum veniens, ſi cauet & expẽſas ſoluit.recuperet poſſeſsionem &c.ex quo ſequitur neceſſariò quod poſſeſsionem amiſit, & quod Actor eam habet ex virtute primi decreti:quia ſi non amiſiſſet nõ poſſet recuperare,quia autem infra annum, vt dictum eſt,recuperat,ſequit quòd eam amiſerit &c.Sed contra hoc facit fortiſſimè text.in continenti ſequens. verſi. Quid ſi cautio. Vbi dicit, quod ſi Reus infra annum cautionem offerre neglexerit, Actor poſt annum verus poſſeſſor cõſtituitur. Ex quo colligitur,quod ante lapſum anni Reus poſſeſsionem non amiſerit,quod eſt contra eundem tex.ſupra alleg.

12 ¶Hæc q.dependet ex effectu†primi decreti, ſcilicet an primum decretum ſit tanti effectus, quod ſtatim transferat poſſeſſ.in Actorem, an verò nudam cuſtodiam. In hac q.ſunt opiniones. Prima eſt, quòd immiſſus fiat verus poſſeſſor,& illam opinionem tenent Ioã. Mar.& Azo,vt not. gloſſ. in l. Si quis emptionis.§.Sed & ſi quis in verbo.Poſſeſſor.C.de preſcrip.xxx.an. Idem videtur Bart.ibi velle. Idem expreſsè tenet Specul.in.§.Iam de effectu.ver. Si verò agatur,in titu.de primo decre.per tex.hic,in verbo,Recuperet, & reſpondet ad ver.ſeq.qui dicit, quod poſt annum efficiatur verus poſſeſſor, id eſt, incommutabilis, quia non tenetur reſtituere poſſeſſ.venienti,niſi probet dominium, & probatur hæc opinio per text. expreſſ. in l. Conſentaneum. C. Quo.& quand.iud. Vbi in his terminis dicit tex.expreſſe,vt Reus citatus ſeſe repreſentet, vel poſſeſſ. bonorum, cui incumbit,ad te transferre &c.

¶Contrarium opinio,ſcilicet,quòd nõ fiat verus poſſeſſor, virtute primi decreti,ſed tantum acquirat cuſtodiam ſiue detentionem,tenent Canoniſtæ, & probatur hæc opinio per text. expreſſ. in c.j.ij.iij. & fin. infra de eo, qui mit. in poſſ.cauſa rei ſer. Vbi de hoc expreſſæ deciſiones extant & probat in Rub. ibi.Secundò probatur per tex.in c. Paſtoralis.§.Præterea,ſupr.off.ord.& per tex.in c.Contingit,infr. de dol.& cont. Quare ſequitur neceſſariò, quod immiſſus ex primo decreto propter contumaciam Rei, ante litem conteſtatam, non fiat verus poſſeſſor, ſed tantum acquirat quandam detentionem & cuſtodiam. Et hanc opinionem tenet glo.hic in verb.Poſſeſsionem,& in verb. Verus Ant.de Butr.Panor.And. Barba.hic,& communiter Canoniſt.

13 ¶Tu in hac q.dic breuib. quòd poſſeſſio†capiatur duobus modis:Impropriè & propriè. Impropriè dicitur poſſeſſ. quando capitur pro detentione nuda, Igitur cum quis mittitur in poſſeſſ.cauſa rei ſeruandæ,dicitur quidem immiſſu

ſus in poſſeſ.ſed non propriam, nec irreuocabilem,quia nudam detẽtionem habet,quæ infra annum ab eo poteſt reuocari.hic intellectus probaẽ per text. expreſ.in l.iij.§.fin.ff.de acqui.poſ.vbi dicit text. Nam qui creditorem mittit in poſſeſ.cauſa rei ſeruandæ, nõn poſſeſſionem,ſed cuſtodiam rerum.& obſeruationem concedit. ecce hic immiſſio cauſa cuſtodiæ vocatur poſſeſſio,& tamen re ipſa & propriè loquendo, nõ eſt poſſeſſio,ſed cuſtodia,ſiue obſeruatio &c.Sed poſſet obiici,quòd is tex.nõ loquatur de immiſſione in actio. reali, ſed perſonali.Reſponde,verum eſt,tamen hoc inde apparet,quod in tali immiſſione nomen,Poſſeſſio,capiatur improprie,quia tex.dicit ſi creditor immittitur in poſſeſ. cauſa rei ſeruandæ, non poſſeſ.ſed cuſtodiam acquirit, Igitur certum eſtquòd in terminis noſtris poſſeſſio capiatur impropriè pro detẽtione,cuſtodia,obſeruatione, vel recuperabili poſſeſſione,& nõ vera,& quod ſecunda opinio ſit verior. Nec obſtat tex.in d.l.Conſentaneum. C.Quomodo & quando iud.Quia is text. non loquitur de pœna contumaciæ, ante litẽ conteſtatam, ſed de contumacia, quæ poſt litem conteſtatam per Reum cõmittitur.Quia tex. ibi ponit duas pœnas alternatiuè.Prima eſt,quod poſſeſ. in Actorem transferatur, vel quòd in negocio principali procedatur. Sed in negocio principali procedi non poteſt ante litem conteſtatam,vt per tot. hic: quare intelligendus eſt text. poſt litem conteſtatam, & ita intelligunt Bartol. Bald.Paul. de Caſtr.& alii illum text. qui hoc expreſſe dicũt. Sed nos hic diſputamus de contumacia, quæ ante litem conteſtatam cõmittitur. Ergo &c. & ſic apparet quòd gloſſato. iuris Ciuilis qui primam opinionem fundauerũt ſuper hoc tex.non pertinenter allegauerint: quare ſecunda opinio tenenda eſt,præſertim quia de iure Cano.extãt expreſſi text.Igitur Reo infra annum venienti, reſtituitur res vnà cum fructibus.Si autem infra annum fuerit expulſus, non competeret interdictum. Vnde vi, quia propriè non eſt poſſeſſor,ſed actio in factum, vel actio iniuriarum.l.Iniuriarum.§.Si quis me prohibeat,cum ſimilib. ff. de iniur. Et per hoc ſint explicatæ gl.in verb.Poſſeſſionem,& verbo,Verus.

¶ Gloſ.in verb.conſtituetur, mouet q:
14 vtrum Actor ex primo†decreto immiſſus poſt annum fiat verus poſſeſſor, ipſo iure, an verò requiratur actualis immiſſio ex ſecundo decreto.Gloſſ. in hac q.diſtinguit: Aut Actor egit actione reali & fit poſt lapſum anni verus poſſeſſor,etiam ſine interuentu ſecundi decreti. Hoc probatur hic in verb. Quòd ſi cau.& in cap.Paſtoralis,in fin. ſup.de off.ord. Aut ſumus in perſonalibus & requiritur ſecundum decretum. Ratio diuerſitatis eſtquia Actor in reali petit quòd ſuum eſt, ideo non eſt neceſſe quòd interueniat ſecundumdecretum,Nam Actori tantum deeſt habere ipſam rem petitam.Secus in perſonalibus vbi agitur contra perſonam obligatam,& petit Actor rem dari quæ ſua non eſt.§. Appellamus, cum ſimilibus Inſt.de actio.ita diſtinguit gloſſ.hic, & gloſſ. in.l.Si finita.§.Si plures,in verb. Prius.alii,in d.l.Si finita.§.Iulianus.aliter ſentiant.ff.de dam.infecto. Sed de hac q.dicemus copioſius in c. Contingit,infr.de dolo & contu.

¶ Glo.in verb. Rebus immobilibus, in

prima parte mouet q. Dicitur hic in tex.ſi quis nomine alieno poſſidet res immobiles,& fuerit conuentus, ſtatim debet dominum illarum rerum in iudicio nominare,ſi vult iudicium euitare &c.Iam ergo quæritur, an idem iuris ſit,ſi quis poſsidet res mobiles. In hac quæſt.ſunt opiniones.

¶ Prima opinio eſt, quòd non ſufficiat
15 dominum † nominare in iudicio, ſed ipſe debet rem defendere quum habeat poteſtatem reſtituendi. l. Officium,in fine.ff.de rei vend. & hanc opinionem, vt refert Panor.hic tenet Gofr.Azo,Inno.Odofr.& quidam alii,& allegant rationem,quia ſi ſola nominatio domini in petitione rei mobilis, ad vitandum iudicium, ſufficeret, poſſet Reus cum re mobili aufugere.

¶ Contrariam opinionem tenet gl.hic, quòd ſcilicet in petitione rei mobilis ſufficiat dominum nominare ad vitandum iudicium:& illam opinionem ſequuntur Vincen.Hoſt.Ioan.de Imo.& communiter Moder. hic. Idem tenet glo.& ibi Cy.Bar.Bal.in l.ij.C. Vbi in rem actio exer.deb.Spec.in. §. Reſtat. ver.Hoc etiam nota,in tit. de primo decre.& allegat Bart.in præallegato loco rationem: Quia ex quo non inducitur
16 ll.correctio,debet ex identitate†rationis extendi beneficium illius l. ad rem mobilem, licet hic de ea nihil dicatur, præſertim cum ad ſortiendum forum æquiparatur res mobilis & immobilis vt not.in c.fin.ſupr.de foro compe. Et confutant iſti dd.quod in prima opinione de fuga deductum eſt, quia poterit præuideri cautionis remedio, vel res poterit ſequeſtrari.l.Si fideiuſſor. §.fi. ff.Qui ſatiſd.cog.& allegat glo.pro iſta ſecunda opinione text. in Auten. Qua in prouincia.C.Vbi de crim. agi opor. Sed Barto.& Bald. in dicta l. ſecunda dicunt,quod is tex. nihil faciat ad propoſitum,quia loquitur ibi de nominatione,quæ fit vt poſsit inſtrui defenſione cauſæ, non autem ad declinandum iudicium.Concludunt tamen nihilominus.quod diſpoſitio d. l. ij. quoque locum habeat in re mobili,& dicit Panormit. quòd hanc opinionem, tanquam æquiorem & humaniorem, vellet ſequi,ne fiat aliquod præiudicium domino abſenti.Arg.c.j. infr. de cauſa poſſ. & prop.c.Inter, ſupr. de malo.& obed. c.Cùm ſuper,de ten.& re iudi. & dicta Autent. Qua in prouincia.Igitur hæc ſecunda opinio.tanquam æquior & tutior,tenenda eſt.

¶ No.in ſecunda parte,quæ eſt ibi, Sed in rebus immobilibus,declarat,qui ſint
17 qui dicantur†nomine alieno poſsidere & dicit quod res immobiles alieno nomine poſsideantur duobus modis:Impropriè & propriè.

¶ Impropriè poſsident nomine alieno qui nullum ius habent in illa re,quales ſunt,Coloni Commodatarii, Depoſitarii,& ſimiles, qui dicuntur magis detinere,quàm poſsidere, & de his propriè loquitur tex.noſter,& tex.in d.l.ſecunda.C.vbi in rem actio.quòd dominum poſsint nominare, dum dicit: Si quis nomine alterius quolibet modo poſsidens &c.

¶ Propriè dicuntur nomine alieno poſſidere omnes,qui habent naturalē poſſeſsionem tantum quales: Emphyteuta,vaſallus,ſuperficiarius, vſufructuarius &c.quia ciuilem poſſeſsionem nō habent,ſed dominus directus,dominus feudi,dominꝰ ſoli.proprietatis &c.Huc quoq; poteris referre Maritū quę,poſſidet

ſidet res vxoris. Item Creditorem in pignore &c.

¶ An autem iſti quoq; poſſint euitare iudicium, nominando dominum directum, dubium eſt. Et in hac. q. ſunt quatuor opiniones.

¶ Prima opinio eſt glo. hic, quæ decidit ſimpliciter, quòd non abſoluantur ab inſtantia, nominando dominum, ſed debeant defendere, quia de ipſorum iure agitur. Idem decidit glo. in d. l. ij. C. vbi in rem actio, & quòd naturaliter poſſidens ſecundum illam opinionem defendere debeat, nec audiatur, cum domini directi nominatione, probatur per tex. in l. Sciendum, in prin. cum. §. ſeque. ff. Qui ſatiſda. cog. vbi habetur, quòd Emphyteuta ratione naturalis poſſeſsionis releuatur ab onere ſatiſdationis. Ergo quoq; debeat ſuſtinere onera ad defenſionem faciendam, ſecundum in d. l. ij. in verbo, Quolibet.

¶ Secunda opinio eſt Cy. & Barto. in d. l. ſecunda. & fuit originaliter Ioann. And. Et in hac opinione hoc modo diſtinguunt.

¶ Aut Emphyteuta, vel vaſallus, conuenitur ſolum reſpectu poſſeſsionis naturalis, vt quòd Actor dicit, ſe eſſe potiorem Emphyteutā vel vaſallum, quàm Reus ſit, & ſic non impugnant ius directi dominii, & tunc procedit prima opinio glo. iam relata.

¶ Aut Emphyteuta vel vaſallus &c. cōuenitur reſpectu dominii directi, & ſic reſpectu iuris quod eſt apud alium, & debet nominare dominum in iudicio, & liberabitur ipſe à iudicio, reſpectu iſtius dominii, quatenus illud iudiciū non repugnat iuri ipſius Emphyteutæ &c.

¶ Tertia opinio eſt Guil. de Cun. vt refert Bal. in d. l. ij. & Panor. hic qui vult quòd indiſtinctè poſsit nominare dominum, etiam ſi de ſolo iure Emphyteutæ vel vaſalli diſputaretur, quia domini etiam hoc caſu intereſt probat ſic Nam ſi Actor hoc caſu vinceret: poſſet fortè domino directo negare hoc ius directi dominii, & illam opinionem videtur ſequi Anto. de Butr. hic, & Pau. de Caſt. in d. l. ij. qui allegat etiam aliam rationem, quia etiamſi Actor non negaret dominium directum ipſi domino tamen intereſt domini, magis habere Reum Emphyteutam, vel vaſallum, quàm ipſum Actorem. Arg. l. Inter artifices. ff. de ſolut.

¶ Quarta opinio eſt Bald. in d. l. ij. C. Vbi in rem &c. vbi dicit: Si agitur de ſolo iure ipſius Emphyteutæ vel vaſalli, & procedit prima opinio. Aut Agitur de tota re ſimpliciter, hoc eſt, quòd Actor contendat rem petitam pleno iure ad ſe pertinere, & nominare debet dominum, quia ipſius intereſt: per hoc tamen nominans non eximitur à lite, ſed vterque tam dominus feudi, quàm vaſallus, expectabunt finem cauſæ.

¶ Panor. hic in hac q. in effectu hoc modo diſtinguit: Aut is qui ius vtile habet conuenitur tantum ſuper illo iure vtili & non directo. Aut verò conuenitur ſuper vtroq; hoc eſt, ſuper iure directo & vtili ſimul.

¶ Primo caſu decidit, quòd conuentus ſuper iure vtili tantum non abſoluitur ab inſtantia nominando dominum. Ratio, quia ipſe conuentus eſt dominus illius iuris, ideoque defendere debet, & ita procedit prima opinio gloſſ. & ſequacium, quæ eſt prima. Sed tamen is proceſſus non præiudicat domino directo abſenti, quo ad ſuū intereſſe, quod ici

ſcilicet in duobus conſiſtit.

Primò, ſi Actor obtineret, poſſet ipſe domino directo hoc ius negare.

Secundò, etiam ſi non negaret, tamẽ ipſius domini intereſſet fortè potius ipſum Reum habere vaſallum, quàm Actorem, iux. no. in. c. Potuit. de loca. poſſet tamen citari propter ſuum intereſſe, ſed non eſt neceſſarium, quum acta abſenti non præiudicent, vt tenet Cyn. in. d. l. ij. & Io. Andr. Et in hoc caſu procedit tertia opinio.

Secundo caſu principali, quãdo ſcilicet conuenitur ſuper iure directo tantùm, & ſic reſpectu iuris, quòd præciſè eſt apud alium, & debet nominare dominum in iudicio, reſpectu iſtius iuris directi: & in hoc caſu clariſsimè loquitur opinio Cæn. & Bar. in d. l. ij.

Tertio caſu principali, quando ſcilicet conuentus eſt ſuper vtroque; hoc eſt, ſuper directo & vtili iure, vt quia tota res vendicatur, & ſic non ſolùm tãgitur ius præſentis, ſed etiam directum dominium abſentis, ſunt opiniones. Quia Io. And. Cyn. & Barto. ſentiunt, quòd non habeat locum nominato, Panor. tamen decidit hic contrariũ, quòd imò nominatio procedat: quia præſens non tenetur defendere ius abſentis, ſi non vult. & ideo pro parte tangente abſentem poterit eum nominare quum nihil habeat commune cauſæ proprietas cum poſſeſſ. l. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. de acq. poſſ. Et probat: Quia ſi tantùm ſuper parte conuenitur, ſcilicet ſuper iure directo, habet locum nominatio, vt ſuprà dictũ eſt. Ergo idem iuris eſt, ſi ſuper iure toto conuenitur.
18 Quia † quod iuris eſt de toto, quo ad totum, idem iuris eſt de parte, quo ad partem. l. Quæ de tota. ff. de rei vendica. c. Paſtoralis. §. Item cùm ſolum, ſupr. de off. deleg. Hoc in effectu Panor.

Sed cõtra primum membrum iſtius diſtinct. Pano. quæ habet, quòd vaſallus conuentus ſuper iure ſuo vtili, non poſſit dominum nominare, ſed ipſe debeat defendere &c. fortiter opponit Andre. Barb. hic, quòd imò poſsit dominum nominare, & abſoluatur ab inſtãtia: & probat ſic. Nam certum eſt, quòd is, qui non poteſt rem alienare, eandem quoque in iudicium deducere non poteſt, per text. expreſſ. in. l. Ait prætor. §. Quid ſi. ff. de in. delib. & facit glo. in c. Edoceri, in verſicu. Debeat, ſupra. de reſcriptio. & gloſſ. in. c. j. in verb. Legaliter, ſupr. de procur. gloſſ. in. c. Contingit, in verſicu. Literas, ſupr. de trãſ. & c. Cãm q; in ver. Aſſenſu, ſupr. de iud. Sed Vaſallus, Emphyteutæ, & ſimiles perſonæ, ſine conſenſu domini alienare non poſſunt De vaſallo eſt tex. in. c. Imperialem, cum infinitis ſimilib. de prohib. feu. alie. per Frid. De Emphyteuta verò eſt tex. i l. fi. C. de iu. emphyteu. Ergo ſequitur, quòd in iudicio ſuper iure ſuo vtili, ſine conſenſu domini eſſe non poſsint, ſed teneantur dominum nominare in iudicio, & quòd abſoluendi ſint ab inſtantia.

Tu, omiſsis ſuperfluis, in hac q. breuibus hoc modo diſtingue: Aut quæris de Vaſallo, aut de Emphyteuta, aut de Creditore in pignore.

Primo caſu dic: Aut vaſallus conuenitur ab aliquo ſuper poſſeſſ. feudi, & ipſe tenetur illam poſſeſsionem defendere. Ratio, quia nihil commune habet poſſeſsio cum proprietate. d. §. Nihil, & quæſtio poſſeſsionis in re feudali propriè ad Ordinarium pertinet, non ad dominum feudi, ſecundum glo. in. c. Cę

terũ,

terùm,in verbo,Quàmdiu,cum ibi no. In.c.Ex parte,ſupr.de fo.compe.

Aut conuenitur ſuper proprietate feudi,& ſic ſuper iure ſuo vtili, & non tãtùm poterit dominum nominare, verum etiam exceptionem declinatoriã opponere poterit.quia dominus in re feudali Iudex eſt,ſi modò cõſtat ipſum dominum eſſe,vt no.in c. Cæterùm, & in d.c.Ex parte.c,Verum.c.Ex tranſmiſſa,cum infinitis ſimilibus,ſupr. de for. compe.

Secundo caſu,quando ſcilicet quæris de Emphyteuta,dic,quòd opinio gl. & diſtinct.Panor.procedat,Ratio,quia dominus Emphyteuſis ex eo,quòd dominium directum in re emphyteutica habet,non eſt Iudex,ſicut dominus feudi,ideoq; Emphyteuta neque dominũ nominare,neque dilatoriè excipere poteſt,ſed tenetur ius ſuum vtile defendere.Is tamen proceſſus non obeſt domino in iure ſuo directo, vt ſuprà diximus.

Tertio caſu,quando ſcilicet quæ-
19 ritur de Creditore,† qui habet ius in pignore,dic ſecundum Panor.Andr. Barba.& alios,breuibus:

Aut dominum iſtius hypothecæ vel pignoris non impugnatur,ſed alius creditor contendit ſe eſſe antiquiorem,& habere forti' ius in pignore:& certum eſt quòd dominum nominare non poteſt,quia ſua nõ intereſt,ſed ipſe ſuum ius pignoris defendere debet. pro hoc facit tot.titu.C.Si antiqui.cred.pig. vẽdi.Et hoc non habet dubium.

Aut creditor,qui pignus detinet,conuenitur ab aliquo rei vendica. & nominare dominum debet,quum ipſe, quod ad dominium attinet,nihil in ea re habeat.Et hæc tam clara ſunt, quod non habeant dubium.

Glo.in verbo,Statim,quærit de quo
20 tempore hæc particula,† ſtatim,intelligatur,hoc eſt,quando Reus dominum nominare teneatur.Glo.Io.de Imo.Andrę.Barb.& alij hic,Bar.Bal. & alij,in d.l.ij.C,Vbi in rem,decidunt,quòd ante litem conteſtatam fieri debeat, ſiue fiat ante libelli oblationem, ſiue poſt, modò ante litem conteſtatam fiat. Et eſt ratio ſecundum Bar.& alios, quia hæc nominatio habet vim exceptionis dilatoriæ,ſiue declinatoriæ,cùm iſtius Iudicis iuriſdictio declinetur. Sed certi iuris eſt,quòd omnes exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ opponi debeãt ante litem conteſtatam,& nõ poſt, per tex.in l.fi.C.de excep.l. Exceptionem. C.de proba.c.Inter monaſterium,cum infinitis ſimilibus,infr.de ſenten.& re iud.Si tamen Reus,errore facti ante litem conteſtatam omiſerit nominationem,admitteretur poſtea, per ea, quæ habentur & not.in c.6.infr.de confeſſ. An autem valeat proceſſus,ſi Reus dominum nominauit,ſed nihilominus tamen in iudicio proceſsit, vide dd.hic.

Glo.in verbo,Producendo,monet q.
21 Dicitur hic in tex.† Si domin' rei,quæ per alium poſsidetur,in iudicio nominatus eſt, quòd hæc nominatio infra certum terminum,ad domini nominati notitiam produci debet. Quæritur ergo,per quem debeat fieri hæc notificatio ipſi domino.Et in q.ſunt opiniones.Glo.hic decidit, quòd notificatio fieri debeat per eum,qui dominum in iudicio nominauit.Idem tenet Innoc. hic.Et pro hac facit text.hic, dum dicit:Si poſt notificationem non comparuerit,Iudex tribus legitimis edictis citabit eum,quod non fieret,ſi hæc notifica-

tifica

tificatio per Iudicem fieri deberet. Hoſtien.& Io.Andr.hic,& Bart.in d.l.ij.dicunt,notificationem fieri debere per Iudicem,quia ſi Reo committeretur,& ipſe omitteret, non conſtitueretur dominus in contumacia,& tamen eſſet dilatio.Idem in effectu decidunt Ioan.de Imo.& Bal.in d.l.ij.

Tu dic breuibus, ſecundum Panor. quòd ſatis ſit ſi fiat denunciatio per eū, qui nominauit dominum.Quia in hoc eſt quaſi nuncius iudicis, per ea quæ no.in c.Cùm dilecti, infr. de dolo.& contu.&,ſi non notificat, tenetur Actori ad intereſſe,quia abſenti domino præiudicaret.facit ad hoc l.j.ff.de eo per quem fact.& c.Tutius tamen eſt, ſecundum dd.hoc fieri per Iudicem.Ita in effectu decidit Io.de Imo.& Bal.in præallegatis locis.

Gl.in verbo,Excipiat,quæritur,quo modo hoc verbum,Excipiat,in tex.poſitum,intelligi debeat,& reſpondent glo.& dd.quòd intelligatur duobus modis.

Primò,quòd idem ſit quaſi ſuſcipiat q.d.quòd dominus abſens nominatus iudicium in ſe ſuſcipere debeat,per iura hic in glo.allegata.

Secundò intelligitur,quòd dominus nominatus intentionem Actoris per exceptionem peremptoriam perimat ſeu elidat.Ita exponunt Io.de Imo.Panor.& And.Barb.hic.

Gloſſ.in verbo, Conteſtata, quærit,
22 vtrum†hæc quaſi litis conteſtatio, de qua in tex.habeat omnes effectus veræ litis conteſtationis:& reſpondet, quòd non,& quòd tantùm interrumpat præſciptionem longi temporis, nec poſt eam,ſine alia litis conteſt. vera, teſtes examinari,multò minus ſententia definitiua ferri poſſit.Ratio autem,quòd omnes effectus nō habeat,hæc eſt,quòd tex.hic non dicit ſimpliciter, lite non conteſtata.Et gl. vtitur particula Qua
23 ſi,†quòd dictiones,Tanquam,& Quaſi,denotant improprietatem & imperfectionem,ſecundum glo.in l.In facto. ff.de cond.& demonſt.& no. Panor. in c.Gratum,ſupr. de off.deleg.Quandoque tamen eſt nota veritatis, ſed tunc capitur impropriè,vt eſt glo.in c.Parochianos,infr.de deci.& glo.in c. Prout, in ver.Vtpote,infr.de dolo & contum. Et ita decidit Io.de Imo.Pano.& And. Barb.Ratio autem quare interrumpatur præſcriptio per iſtam q.litis conteſtationem,hæc eſt,quòd ad interrumpendam præſcriptionem ſatis eſt libellum offerre,& rem in querimoniam deducere,per tex.in l.ij.& iij.in fine.C.de anna.excep.& no.in c. Prima actione, xvj.q.iij.Si ergo Actor libellum contra alieno nomine poſſidentem obtulit,& hæc oblatio domino denunciata eſt,non eſt dubium, quin præſcriptio ſit interrupta.Ita decidunt dd.hic. Ope
24 ratur tamen†hæc q.litis conteſtatio & alios effectus contra dominum abſen-
25 tem.Primus eſt,quòd cōſtituit eum in tali contumacia, quòd Actori ſtatim poſt ſummariam cognitionem adiudicatur vera poſſeſsio,adeò quòd Actori ſtatim poſt ſummariam cognitionem adiudicatur vera poſſeſsio, adeò quòd abſenti tantùm reſeruatur ius proprietatis,vt colligitur ex textu hic,quod tamen aliâs fieri non poſſet, quum alioqui Actor immitteretur tantùm ex primo decreto,& acquireret nudam cuſtodiam,vt ſuprà diximus.Ita colligit Panor.hic in iij.notab.iſtius glo. Alius effectus eſt,ſecundum quoſdam,quòd ſi-

cu

cut actio temporalis perpetuatur per veram litis conteſtationem, vt l.fin.C. de præſcrip.xxx.anno. Ita & per iſtam quaſi litis conteſtationem, ne ſit meioris conditionis contumax quàm præſens. Hæc eſt opinio Cyn. in d.l.ij. què ſequuntur Legiſtæ.

Anto.de But. tenet contrarium, & allegat rationem. Quia hæc q. conteſtatio, tanquam exorbitans debet reſtringi, & non operari alios effectus, niſi à iure ſibi attributos. Et improprietates ad conſequentiam trahendæ non ſunt, vt no. in c. Propterea, & in c. Intelligentia, de verb. ſig. l. Sancimus. C. de teſtam. l. Præcipimus. C. de appel. Et illam opinionem ſequuntur hic Panor. & Andr. Barb. Sed Panor. addit, quòd hæc diſputatio ſit modici & nullius effectus, quia quum iſte Actor debeat poni in veram poſſeſsionem, & ſic efficiatur de poſſeſſore petitor, fruſtrà quæritur, an actio perpetuetur, quum non ſibi, ſed aduerſario incumbat onus probandi, vt hic, & in. l. final. C. de rei vend. Quia autem hic tex. loquitur de quaſi litis conteſtatione, quæ præſcriptionem interrumpit, quæritur, vnde iſta q. litis conteſtatio oriatur. Glo. hic, in verbo, Conteſtata, videtur ſentire quòd oriatur ex denunciatione domino facta. Sed vis iſtius q. dependet ex eo, quomodo ver-
25 bum, Poſſeſſor, hic† in tex. poſitum, intelligatur, an intelligatur impropriè de detentore, vel colono, qui alieno nomine poſsidet: an verò intelligatur propriè, hoc eſt, de vero domino, cuius nomine res poſsidetur: quia tex. hic clarè dicit, quòd intelligatur quaſi conteſtatá, ex eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt, Ergo hæret vis in dictione Poſſeſſor, ſi propriè intelligatur, hoc eſt, de domino poſſeſsionis, ſicut intelligi poteſt, quum is dicatur poſsidere, cuius nomine poſsidetur. c. Si diligenti, cum ibi no. infr. de præſcrip. procederet opinio glo.

Sed Io. And. intelligit iſtud verbum de eo, qui poſsidet nomine alieno, & probat per tex. in d.l.ij. C. Vbi in rem. Vbi vtitur tex. his verbis: Si quis alterius nomine quolibet modo poſsidens immobilem rem &c. Et ſic ibi text. expreſsè vocat illum poſſeſſorem, qui alieno nomine poſsidet, & ſecundum illum intellectum ſequeretur, quòd hæc q. litis conteſtatio fieret ſtatim, quando is, qui alieno nomine poſsidet, citatus eſt. Et ita quoque ſentit Gofr.

Tu omiſsis ſuperfluis, ſecundum Panor. & And. Barb. dic breuibus, quòd verbum, Poſſeſſor, hic in tex. intelligi debet de eo, qui alieno nomine poſsidet, & colligitur ex tex. d.l.ij. Sed tamen illa quaſi conteſtatio non oritur ex ſola citatione, huic poſſeſſori facta. neque etiam oritur ex ſola denunciatione, domino per poſſeſſorem facta, Sed requiritur iſtorum trium coniunctio, hoc eſt, quòd poſſeſſor vel colonus citetur.

Secundò, quòd ipſe dominum nominet.

Tertiò, quòd denunciet vt veniat infra certum tempus, quibus omnibus cõiunctis, ſi dominus non comparet, q. litis conteſtatio contracta eſt, quæ ſuas vires retrò trahit ad tempus primæ citationis, hoc eſt, quòd citationis colono factæ præſcriptio ſit interrupta, quum alioqui quoque ſola citatio interdum interrumpat præſcriptionem abſque iſta q. litis conteſtatione, vt no. in c. Illud. infr. de præſcript. Quòd autem in

terminis

terminis noſtris citatio vel libelli oblatio per Actorem facta ſine nominatione domini, & denũciatione, præſcriptionem nõ interrũpat, eſt ratio quòd verus dominus non fuit citatus, ſed ipſius nomine poſsidẽs, igitur nominatio & denũciatio habuit poſtea vim citationis, & libelli oblationis. Ita in effectu ſentiũt Io. And. Pan. & alii dd. hic.

Glo. in verbo, Summatim, diuiditur in duas partes. In prima ponit iura concord. In ſecũda, quæ eſt ibi, Et dic,

26 declarat, quomodo † ſummaria cauſæ cognitio fieri debeat, priuſquàm Actor in veram poſſeſsionẽ mittatur. Et decidit in effectu, quòd duo requirantur. Primùm, quòd Actor iurare debeat de calumnia, quòd ſcilicet calumnioſè nõ petat rem. l. iij. §. Cauſæ. ff. de Carbo. edicto. l. Theſaurus. ff. ad exhib. c. Literas. §. Propterea, infr. de reſt. ſpol.

Secundò, quòd Actor intentionem ſuam ſimpliciter, vel ita probet, quòd ſit præſumptio pro ipſo, & hoc vult text. hic in verbo, Summatim examinans. In hoc tamen proceſſu Actor vltrà iurare non tenetur, ſi tamen Actor fuerit immiſſus, & Reus infra annum redierit, & cauſam proprietatis intentauerit, iurabit de calumnia vterq;, vt habetur per tot. tit. ſeq. Si tamen Reus iuſtam cauſam abſentiæ probauerit, reſtituetur contra iſtiuſmodi immiſſionem. l. Si finita. §. Si fortè. ff. de dam. infect. c. Cùm Bertoldus, infr. de re iud. & facit ad hoc tot. tit. ff. Si quis cau. & de reſt. in integ. Et quæ tex. hic diſponit de ſummaria cognitione, circa immiſsionem in poſſeſsionem verã, glo. extendit hic quòd etiam locũ habeant, quando immiſsio fit ex primo decreto, cauſa cuſtodiæ tãtùm. Sed hæc extenſio per quoſdã approbatur, per quoſdam verò improbatur. & glo. in d. l. ij. in verbo, Summatim, videtur in effectu opinio. glo. hic approbare. Sic enim argumentatur: Si Reus in actione perſonali patitur immiſsionem ex primo decreto, fit talis immiſsio examinato negocio ſummariè, vt Autẽ. Si qui iurat. C. de bo. auto. iud. poſſ. Ergo multò magis negocium examinari debet in actione reali, quia in actione perſonali non fit tantùm præiudicium contumaci, ſicuti in Reali. Ita quoq; vult Spec. in tit. de primo decret. §. ij. ver. Sed nunquid præcedat. & Io. Andr. & facit ad hoc quod ſecundum communem opinionem, in actionibus Realibus non eſt neceſſarium ſecundum decretum, Ergo fit immiſſus virtute immiſsionis ex primo decreto, & lapſu anni, verus poſſeſſor, quare meritò fiat cum negocii examinatione immiſsio ex primo decreto.

DE DILATIONIB.

Alex. III. Cante. & Vigorien. Epiſcopis.

Dilecti filii, Abbas & monachi de H. nobis inſinuare curarũt, Quòd cùm cauſam, quæ vertitur inter ipſos, & moniales de Leden. ſuper Eccleſia de Alten. Decano & Archidiaco. Lincoñ. commiſerimus terminandam: ipſi timẽtes ſe à Iudicibus aggrauari, eò quòd ad primam citation

citationem terminum ſibi nimis breuem & peremptorium ſtatuerint: ad noſtram audientiam duxerunt appellandum, &c. infrà. Quia verò nō ſpectat ad Iuris ordinem, diem peremptorium, maxime cùm de rebus eccleſiaſticis agitur, niſi fortè neceſsitate vrgēte, taliter maturare: Mandamus quatenus, ſi eſt ita, reuocato in irritum, ſi quid inueneritis poſt appellationē huiuſmodi attētatū, in cauſa, iuxta priorū &c.

SVMMA CAPITA.

1 *Appellatio à termino peremptorio nimis breui, an valeat.*
2 *Terminus breuior iuſto, quando dicatur.*
3 *Pœna vel terminus à Iure non expreſſus, Iudicis arbitrio relinquendus.*
4 *Quid ſi Iudex in moderando termino iniquè ſit arbitratus, an ab eo appellare liceat.*
5 *Ab arbitro quare non appelletur, ratio.*
6 *Moderationis peremptorij cauſæ.*
7 *Vilitas cauſæ quomodo conſideranda, ſcilicet non per ſe, ſed ex perſonarum circunſtantijs.*
8 *Dilationes in Iure expreſſæ, an per Iudicem prorogari, vel abbreuiari queant.*
9 *Terminus legalis duplex.*
10 *Termini legales, Iudicis miniſterium non requirentes, prorogari vel abbreuiari non poſſunt per Iudicem.*
11 *X. Dierum ad appellandum terminus an poſſit prorogari.*
12 *Legales termini licet à principio prorogari nō poſſint, ex poſt facto hoc tamē fieri poteſt.*
13 *Termini legales cum Iudicis miniſterio dari qui dicantur.*

CITATIO vocatoria cū peremptorio nō debet eſſe nimis breuis, niſi neceſsitate vrgēte.

Caſus.

¶ Inter Titiū & Seium conuentio erat ſuper quodam fundo, ideoque Titius Actor impetrauit Iudices delegatos, qui illam cauſam iudicialiter terminarent. Delegati citauerūt Seium peremptoriè, & terminum nimis breuem ſtatuerunt. Quare timuit Seius, cùm prima vice delegati terminum breuiorem iuſto præfixerant, quòd poſthac ipſum quoq; grauaturi eſſent, ideoq; appellauit ab iſtis delegatis ad Iudicem delegantem, ſed delegati, illa appellatione non obſtāte, proceſſerūt in cauſa, quaſi appellatio eſſet friuola. Seius tamē appellationē proſecutus eſt, & petiit pro-
1 ceſſum irritari. Quæritur, † vtrum talis appellatio valuerit: an verò delegati, ea non obſtante, in cauſa procedere potuerint. Et videtur primò, quòd hæc appellatio non valuerit: quia certum eſt, quòd à futuro grauamine appellari non poſsit, ſed requiritur quòd ſit grauamen de præſenti. c. Conſuluit, in princ. infr. de appellationib. Sed hęc appellatio fuit de futuro grauamine, vt probatur per tex. hic, dum dicit, Ipſi timentes ſe à Iudicibus aggrauari &c. Quare videtur quòd appellatio ſit nulla, & quòd valuerit proceſſus poſt appellationem ſuſceptus.

¶ Sed tamen, his non obſtātibus, textus noſter decidit contrarium, quòd ſcilicet talis appellatio valuerit, & proceſſus ſubſecutus irritus ſit. Nā ſi de præſenti grauamen illatum eſt, & grauatus

timet ſe in poſterum grauatum iri, po-
terit propter timorem futuri grauami-
nis appellare, modò tamen exprimat
cauſam rationabilem, & legitimã gra-
uaminis, de præſenti. d.c. Cõſuluit. ver.
Si verò, iunc. glo. c. Vt debitus, infr. de
appel. c. j. de appel. in vj. & not. Panor.
hic in ij. notab. Sed in terminis c. no-
ſtri fuit illud grauamen de præſenti,
quia delegati terminũ peremptorium
iuſtò ſtatuerunt ipſi Reo, quæ abbre-
uiatio fuit cauſa iuſti grauaminis, quũ
non ſpectet ad iuris ordinẽ, diem per-
emptorium taliter maturare, ſi neceſsi
tas non vrgeat, per tex. hic. Et dicemus
infrà in glo. in verbo, Peremptorium.
Quare ſequitur, quòd appellatio va-
luerit, & proceſſus ſubſequutus irritus
ſit, per text. hic. Et facit ad hoc tex. &
quę ibi no. in c. Ex parte, infr. de appel.
Notab. vide tu ipſe apud Panor. hic.
¶ Glo. in verbo, Nimis breuem, quærit,
2 † quando terminus dicatur nimis bre-
uis, quum hic in tex. nõ exprimatur. Et
reſpondet, quòd relinquatur arbitrio
Iudicis, qui conſiderabit qualitatẽ cau-
ſæ & perſonarum. Item locorum diſtã-
tiam & inde debet arbitrari. c. Cùm ſit
Romana, in princ. & quæ ibi not. infr.
ergo, ſi Reus ad inſtantiam Actoris eſt citatus ad locum iudicii, & Reus eodẽ tempore ad eundem locũ vocatur per Iudicem in cauſa Reipubl. an teneatur Actori in cauſa priuata in illo termino reſpondere. Et videtur primò, quòd in termino reſpondere debebat. Nam certum eſt, quòd abſens Reipubl. cauſa. tamdiu dicitur Reipubl. cauſa abeſſe, quàmdiu cauſa Reipubl. non eſt expedita. l. Si cui. §. Tamdiu. ff. Quib. ex cauſ. maior. Sed quia is Archiepiſcopus expediuit cauſam publi. vtilitatis ante aduentum termini, Igitur &c. Secundò certum eſt, quòd ſi Reipub. cauſa abſens conuenitur, nec defenditur, proceditur contra eum tanquam contumacem, vſq; ad immiſsionem ex primo decreto. l. Ignorare. C. de reſtit. mil. Multò magis procedi poteſt cõtra pręſentem, qui ſe defendere poteſt. Tertiò probatur. Nam quum in ſecunda vocatione nulla mentio prioris citationis facta ſit, potuit virtute primæ citationis procedi. c. Cæterûm. ſupr. de reſcript. Quia non fuit intentio Pontificis, primam citationem per ſecundam vocationem reuocare, cùm non expreſſerit, Arg. c. Ex parte, lo ij. ſupr. de offi. deleg. Quartò facit, quòd licet citatus propter publica negocia fuiſſet impeditus, tamen potuiſſet cauſam agere per procuratorem.

¶ Iſtis tamen & quibuſcunq; aliis non obſtantibus, decidit tex. noſter contrarium, quòd imò in illo termino reſpondere non teneatur, ſed concedendæ ſint aliæ induciæ. Nam is qui abeſt cauſa Reipub. interim conueniri non poteſt, ſed ſi conuenitur in itinere, habet ius reuocandi domum, per tex. in c. fi. ſupr. de foro compet. Sicuti etiam quilibet legatus tempore legationis conuentus, domum reuocare poteſt. l. ij. §. Legatis. ff. de iudic. Quare iſtiuſmodi perſonis meritò prorogantur induciæ, per text. hic, alioqui ſequeretur quòd officium, quòd cauſa Reipubl. ſuſcepiſſent, eſſet eis damnoſum, quod eſſe non debet. l. Si ſeruus communis. §. Quod verò. ff. de furt. l. Sed & ſi quis. ff. Quemadmo. teſtamen. aper. l. Videlicet. ff. Ex quib. cauſ. maio. Nec etiam ęquum eſt quem conſequi damnum, vbi præmium meretur. c. Peruenit, infr. de fideiuſſorib. c. Sanè, ſupr. de renunc. & glo. hic, in verbo, Vtilitate. quæ per hoc ſit explicata. Idem volunt Innoc. Ioan. de Imo. & Panorm. hic. Nec obſtant deciſioni rationes dubitandi, quia Innocen. & Panormi. hic reſpondent, & primò ad pri-
2 mam. Nam licet cauſa expedita † ceſſauerit impedimentum, tamen non ceſſauit priuilegium, de quo in d. c. fi. Præterea adhuc tamẽ militat, quòd in tam ardua cauſa non habuit ſufficiens tempus ad deliberandum &c. Secundò, non obſtat lex, Ignorare, quia licet abſens ex cauſa neceſſaria teneatur ſe defendere, & ſic cauſas abſentiæ per procuratorem allegare, per hoc tamen non impeditur reuocare domum, ex cauſa hic expreſſa, & petere nouas inducias. Secus ſi omnino non compareret, & ſi fuiſſet contra iſtum proceſſum, fuiſſet poſtea facta reſtitutio in integrum ex legitima cauſa, vt. ff. per tot. Quibus ex cauſ. maior. Quia ergo conſtabat de
3 impedimento, melius fuit † ante factum occurrere, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. l. fin. C. In quibus cauſ. reſtit. in integrum non eſt neceſ. Non obſtat quoq; tertia ratio dubitandi, quia non fuit opus reuoca

uocare,quum ex Iuris diſpoſitione habeat iu; reuocandi domum, præterea in terminis c.Cæterùm,diuerſa reſcripta ſuper eodem facto emanarunt: hic verò ſuper diuerſis. Quarta quoq; non obſtat, quia in ardua cauſa quis non tenetur mittere procuratorem.c.Querelam.ſupr.de procurator.Præterea in negocio principali non potuit procuratorem informare, propter impedimenta in cauſa publicæ vtilitatis, Ergo &c.Vide Inno.& Panor.hic.

¶Glo.in verbo,Peremptorium.in effectu decidit, quòd Iudex ſine ſufficienti cauſa non poſsit prima vice peremptoriè citare, ſed contrarium eſt verum, per text.in c.j.iuncta glo.in verbo,Peremptorium,ſupr.eod.Nam peremptorium habens competentia internalla, æquiparatur trinæ citationi.l. Contumacia.ff.de re iudic. Vide quæ diximus ſuprà in dicto cap.j.

¶Glo.in verbo, Perſonaliter, duo tractat. Primò,de citatione, vt quis perſonaliter compareat. Secundò,de commiſsione, vt quis perſonaliter negocium expediat. Quod ad primum membrum attinet,dic.

5 ¶Aut quæris † de Iudice perſonaliter citante,Aut verò de arbitro citante. Si de Iudice quæris, ſubdiſtingue: Aut quæris de Iudice Ordinario vel delegato.Si de ordinario, & tunc,ſi de ſummo Iudice quæris, qualis eſt Imperator &c. Et tunc ſi citat ſimpliciter, & poteſt citatus per procuratorem comparere,ſi vult,vt not.glo.& ibi dd.in d. c.fi.in verbo,Perſonaliter, ſupr.de maio.& obed.Si verò citat vt perſonaliter compareat,& non poterit mittere procuratorem.d.c.fi.ſupr.de maior.

¶Aut quæris de Iudicibus Ordinariis inferioribus,Et dic: Aut citant in cauſis criminalibus perſonaliter, & cogitur citatus perſonaliter reſpōdere, per tex.in c.j.cum ibi not.de iudic.in vj. Si verò citant in ciuilibus,& dic.

¶Aut citatur quis à ſuo Ordinario actionibus extraiudicialibus, vt ſi dominus egeret conſilio vel auxilio perſonali ſubditorum ſuorum, & poteſt citatus cogi ad perſonalem comparitionem. cap.de forma,in verbo,Conſilium & auxilium, xxij.quæſtione.v. Si verò loquimur de Actionibus iudicialibus,& regulariter non poteſt cum effectu citare perſonaliter.l.vltima.C.de procuratorib. Hoc tamen fallit in certis caſibus, vt ſi quis citatur ad præſtādum iuramentum de veritate dicenda, vel ad reſpondendum poſitionibus per verbum.Credit,vel non credit. cap.Paſtoralis,cum ibi not.ſupr.de iudic.tex. iuncta glo.in cap.j.de iudic.in vj. Si tamen Iudex arbitretur partis perſonali præſentia opus eſſe,quoq; cogitur perſonaliter comparere.dicto c.j.in fin.& licet text.ibi idem decidat in iuramento calumniæ, quod præſtari debeat in propria perſona, tamen hoc eſt correctum per c.fi.de iuramen.calum.Quod autem diximus de Ordinario inferiore, idem dic de delegato. dicto c.j. de iudic.in vj. Eodem modo dic quoque de arbitro, quia notionem ſuam vltra fines compromiſsi extendere non poteſt.l.Non diſtinguemus.§.fin.ff.de arbitr. Et alioqui arbitria ad inſtar Iudiciorum redacta ſunt,l.j,ff.de arbitr. Ita decidunt dd.& præſertim Phil.Franc. in d.c.j. ſuper glo. in verbo, Iudicem delegatum,infr.de iudic.in vj.

¶In ſecundo membro principali,ſcilicet de commiſsione & delegatione,dic.

6 ¶ Aut alicui committitur † ſiue delegatur cauſa ſimpliciter,& tūc,ſi eſt delegat[us] ſummi principis.& pōt ſine ſpeciali mandato,& ſine partiū conſenſu cauſam alii ſubdelegare.c. Quoniam apoſtolica.ſ.de offi.dele.Aut cōmittitur vt perſonaliter rē exequatur,& dic Aut partes, in quarū cauſa delegatio facta eſt conſenſerunt ꝙ alii poſſit cōmittere,& valet cōmiſſio alii facta exceptis quibuſdā caſibus, de quibus in d.c.Quoniam apoſtolica.§.Prӕterquā. Aut partes non cōſentiunt,& alii delegare nō poteſt.l.Vnica.§.Quid enim. C.de cad.tol.Vide gloſſ.& not.in.d.c. Quoniam apoſtolica.

7 ¶ Circa gl.in verbo.Saluis † exceptionibus,quæritur primū,ſi quis procuratori ſuo dat mandatū,cū tali clauſula: Saluis tamē excep.ſibi competentibus in reſpondendo & defendendo,& aliis vtrum tale mādatū in negotio principali valeat. Et videtur primò,ꝙ nō valeat.quia mādatū procuratoris debet eſſe purū,ſine aliqua adiectione vel reſeruatione.l.Si procuratorē,ibi ratūque ſe habiturū.ff.de procu.c.ſi.ibi,ſufficienter inſtructū.j.de dolo & contuma.& facit ad hoc tex.in.c.j.&.c.Accedens.ſ.de procu.Quum ergo hic ſit adiecta reſtrictio,quæ præbet occaſionē cauillandi,videtur ꝙ nō valeat. Et facit ad hoc ꝙ not.glo.in.c.Relatio.xxj.q.j.quæ ſimpliciter decidit, ſi quis in mandato promittit,quicquid per procuratorem legitimè fuerit actū, ſe ratum habiturum,† tale mandatū nō valeat, propter timorem cauillationis, quia ſemper poſſet opponi, non eſſe legitimè actum.

¶ Idem decidit Spe.in.§.Ratione autem formæ,in tit.de procu.Io.de Imo, hic,& Gof.qui allegat ad hoc.c.Significauit.j.de appel.& argumētatur hoc c.Significauit.j.de appel.& argumentatur hoc modo: Mādatum non valet ꝙ ſigillatum eſt ſigillo ad certū vſum deputato,& non generali ſigillo.Quare mandatum non generale, ſed cum certa modificatione quoque non valet.

¶ Idem videtur tenere Io.And.hic,& facit ad hoc,ſecundū Ioā.And.ꝙ illud mandatum non fuit hic approbatū,vt ſufficiens ſuper principali, ſed ſuper excep.tantum,quæ ſaluatæ ſunt.

¶ Contrariā opinionē tenet Hoſt.hic, ꝙ ſcilicet tale mandatū ſit ſufficiens, Idē tenet Archi.in.d c.Relatio,& probatur primò per text.hic in generali clauſ.& aliis.Præterea ſecundū Archi. Arch.hæc adiectio clauſulæ:Saluis exceptionibus &c.adiecta eſt,vt procurator intelligat ſe ita conſtitutū eſſe,ꝙ ipſi nō ſit liberum exceptiones ipſi cōſtituenti cōpetentes omittere,& pro libito in negotio principali procedere ſed ꝙ fines mādati obſeruare,& dilatorias opponere debeat,iuxta.l. Diligēter.ff.man.&.c.dilecta.ſ.de reſcri.

¶ Panor.hic dicit, quod ſit differentia
8 † inter clauſu.Si legitimè actum ſit,& clau.Saluis exceptionibus &c.Nā primo caſu, ſi.ſ.promiſſio ratificationis ſit ſub illa cōditione, ſi legitimè actū fuerit,ꝙ talis procurator à principio non ſit admittendus,propter generalitatē nimiā,quia videtur non omnino idoneus,& cauēdū eſt,ne lites ex litib. oriantur,per iura & rationes ſuprà allegatas. Et ita quoque decidit Archidia.in. d.c. Relatio, niſi conſtituens illa verba aliter declaret. Si verò talis ꝓcurator ab initio fuiſſet admiſſus,

&

& poſtea fieret dubiũ, tũc hæc clauſula exponi deberet, ſecundũ intellectũ iuris cõmunis, q. ſ. conſtituens illa teneretur ratificare, quæ procurator, ſecundũ diſpoſitionẽ iuris potuiſſet agere, & imputet ſibi cõſtituẽs, quare apertius non dixit. l. Quicquid aſtringendæ. ff. de ver. obli. & c. Contra eũ. j. de reg. iur. lib. vj. Et quantũ ad hoc approbat deciſionẽ Anto. de But. Si aũt conſtitutio eſt cũ clau. Saluis exceptionibus, q ſit ſimpliciter admittendũ Mãdatũ, quia ſi eius intentio fuit reſeruare dilatorias, quæ tolli videtur ex actu conſtituẽtis, non habet dubiũ, quia reſeruare poteſt. Si verò fuiſſet eius intentio reſeruare exceptiones, quas cõtra factum ſui procuratoris vellet opponere, non valeret proteſtatio, quia eſt contra ſuſtantiam rei. c. Cum M. Ferrarien. iunct. gloſſ. in verbo, Siue præiudicio. ſ. de conſtit. Si tamen pars conſenſerit proteſtationi, ſecus eſt, ſecundum eum.

¶ Præterea ſi conſtaret q eo animo adijceret, q procurator in principali agere non poſſet, niſi exceptio. propoſitis, quoque valeret mandatũ, quia nõ cõpellitur rñdere ante propoſitas & examinatas dilatorias. c. Exhibita. ſ. de iud. c. Paſtoralis. j. de exce. ſecundum Anto. de But. & Panor. hic. Nõ tamen eſt omnino opus illam clauſulã inſerere, quia etiam ſi non fuerit inſerta, ſed procurator ſimpliciter conſtitutus, tamen poſſet opponere omnes exceptiones domino competentes. Quare ponitur tantum ad cautelam, ſecundum gloſſam hic.

*

DE FERIIS.

Gregorius Nonus.

Conquæſtus eſt nobis, & infrà. Quamuis non prorogari, ſed expediri deceat quæſtiones: debet tamen iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere feriatis, qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti, ſcilicet Natalis Domini, S. Stephani, Ioannis Euangeliſtæ, Innocentum, San. Syluestri, Circuncisionis, Epiphaniarũ ſeptem diebus, Dominicæ Paſsionis, Reſurrectionis, cum ſeptem ſequentibus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, cũ duobus, qui ſequuntur, Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, Feſtiuitatum omniũ glorioſæ virginis, Duodecim Apoſtolorum, & præcipue Petri & pauli, Beati Laurentii, Dedicationis beati Michaëlis, Solennitas omnium Sanctorũ, ac diebus Dominicis, cæteriſque ſolennitatibus quas ſinguli Epiſcopi in ſuis Diœceſibus cum Clero, & populo duxerint ſolenniter venerãdas: qui bꝰ ſolennibus feriis, niſi neceſ-

ſitas vrgeat, vel pietas ſuadeat vſqueadeò cõuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam cõtingit diebus huiuſmodi promulgari. Licet diebus feriatis, qui gratia Vindemiarum vel Meſsium, ob neceſsitates hominum indulgẽtur, procedi valeat, ſi de partium proceſsit voluntate.

SVMMA CAPITA.

1 Feriæ quæ dicantur, definitionisque feriarum explicatio.
2 Quæ cauſæ, neceſſitate vrgente, feriis non obſtantibus, expediendæ.
3 Res peritura dicitur duobus modis, Tempore ſcilicet, & morte.
4 Opera miſericordiæ ſine dierum diſcrimine præſtari poſſunt, & quidem debent.
5 Caſus, vbi indiſtinctè in diebus feriatis procedendum.
6 Libellus in die feriato offerri poteſt.
7 Teſtes valetudinarii in die feriato examinari poſſunt.
8 Feriæ triplices. Solennes, ruſticæ, vel indictæ, & repentinæ.
9 Feriis ſolennibus partes renuntiare, non poſſunt, & eius ratio.
10 Ciues, Mercatores, Milites, Clerici &c. an ruſticarum feriarum priuilegio gaudeant.
11 Ceſſante legis ratione, ceſſat & prohibitio legis.
12 Ruſticis feriis an per partes renuntiari queat.
13 Renunciatio feriarum fit dupliciter, Expreſſè & tacitè.
14 Feriis repentinis, ab Imperatore ſcilicet indictis, renunciare partes nequeunt, læſis ta men ob eas in integrum reſtituendis.
15 Citatio emiſſa die feriato, an valeat.
16 Fieri quid tempore licito, ſiue illicito referri tamen ad tempus licitum, paria ſunt.
17 A loco ad tempus bene colligitur, ſiue bonum ſit argumentum.
18 Citatio eſt de proceſſu, adeoque initium proceſſus.
19 Citatio triplicem habet actum.
20 Pro d uerſitate regionum varianti feriis, cuiuſnam feriæ, Iudicisne, an Actoris, an verò rei feriæ obſeruandæ.

PRO Explicatione totius materiæ, & præcipuè gl. in verbo,
1 Quibus dic † ꝙ feriæ proprię dicantur dies, quæ à forẽſibus negotiis dant vacationem. ff. de feriis.

2 ¶ Dico in definitione, † A forenſibus negotiis: primò ad differentiam eorũ, quæ virtute voluntariæ Iuriſdictiõis expediuntur, quæ quolibet die feriato expediri poſſunt, qualia ſunt manumittere, emancipare. l. ij. C. de feriis. l. Solet. C. eo. Item dare tutores vel curatores. Item immittere nomine ventris, vel legatorum, vel cauſa damni infecti in poſſeſſ. de quibus in. l. ij. ff. de feriis.

¶ Secundò, ad differentiam rerum militarium, quæ quoque die feriato expediri poſſunt. d. l. Diuus. ff. de feriis.

¶ Tertiò, ad differentiam cuſtodiæ eorum, qui in carcere cuſtodiunt, vt quolibet die proſpiciatur, ne victus deſit. d. l. Diuus, in fi. & l. Iudices. C. de epiſ. audien.

¶ Quartò, ad differentiam eorum, quę neceſsi

neceſsitate vel pietate vrgente, differri non poſſunt. Neceſsitas aũt. vrgere dicitur multis modis.

¶ Primò, quando cõmoditas alimentorum, vel victus periret propter dilationem. l. Omnes. la. j. §. Ruri. C. eo. c. Licet, hic tit. noſtro.

¶ Secundò, quando periculum animæ vertitur, vbi propter timorem adulterii vel incœſtus properandum eſt.

¶ Idem eſt in aliis ſimilibus cauſis, vt inquiſitionis, electiõis &c. quia in omnibus his caſibus vertitur periculum animæ. ſecundũ gl. in. c. j. xiij. q. iiij. in verbo, Quod vero. Inno. Hoſt. & Io. de Imo. hic. Licet Specu. in tit. de feriis. §. Sequitur, hoc modo diſtinguat: Si ex officio agatur. fieri poſſe: in feriis ſecus ſi in figura iudicii agatur. Tu in hac. q. vide no. in Cle. Diſpendioſam, de iud. & in Cle. Sæpe. de verb. ſigni.

¶ Tertio dicitur neceſsitas vrgere, ſi res eſt peritura, ſecundũ gl. hic, in verbo Neceſsitas

3 † ꝙ fit duobus modis, Tempore & morte.

¶ Tempore dicitur peritura, quando actioni temporali propter dilationem præſcriberetur qualis eſt actio iniuriarum prætoris. l. Si non. conuicii. C. de iniur. Tunc etiam in feriis procedendum eſt vſque ad litis conte. & per litis conteſt. actio perpetuatur. l. j. §. Sed excipiuntur. ff. eo.

¶ Morte verò dicitur res peritura, duobus modis. Primò, quando delinquens moritur, tunc actio quoque extincta eſt, vt in actione furti, damni, iniuriæ &c. Vbi ſi fur, vel damnũ dans morit̃ actiones furti, vel. l. Aquiliæ quoq; extinctę ſunt. d. l. ij. ff. eo.

¶ Secundo dicitur morte peritura, quãdo ſpecies debita, ſine culpa debitoris, morit̃, tũc debitor ei⁹ interitu liberat̃. l. Si ex legati. ff. de ver. obli. Quare in his & ſimilibus caſibus, neceſsitate vrgente, procedi poteſt, etiam in diebus feriatis. Pietas verò vrgere dicitur

4 † quando cauſa eſt debilium, vel miſerabilium perſonarum, quia in operibus miſericordiæ diſtinctio dierũ non eſt habenda, ſecundũ gl. hic in verbo, Pietas. Inno. Io. de Imo. & Panor. quoque hic.

¶ Quinto dico, à forenſibus negotiis, ad differentiam pactorum & trãſactionum extraiudicialium, quæ omnibus diebus feriatis fieri poſſunt, propter pacem & concordiam. l. fi. C. de fer. Et ex hoc colligit, ꝙ laudũ Arbitratoris die feriato fieri poſsit, quia eſt redactũ ad inſtar tranſactionis, vt not. in. d. c. Quintauallis, de iureiu.

5 ¶ Sed præter iſtos † caſus ſunt quidã alii, in quibus etiam indiſtinctè iuridicè procedi poteſt.

¶ Primus eſt cauſa appellationis. Nã quum tempus. x. dierũ currat de momento in momẽtum, quare etiã intra illos dies quãdocunque, etiam diebus feriatis, appellari poteſt. ne ſententia tranſeat in rem iud. l. j. & quæ ibi not. C. de fer. Sed tamen de cauſa appellationis in feriis non cognoſcetur, numerantur tamen dies feriati appellanti quoque in tempus anni vel biennii, quod dantur ad proſecutionẽ appellationis, quia talis annus continuus: & non vtilis eſt. l. ij. §. Illud etiã. C. de appellatio. Barto. Bald. Paul. de Caſtr. in. d. l. j. An autem fatalia prorogentur, vide Bald. in. d. l. j. C. eod. de feriis.

¶ Secundus caſus eſt in libelli oblatione. quia etiã die feriato poteſt libellus

offerri.l.Miles.§.Sexaginta.ff.de adul. Et hoc etiam intelligi poteſt de libello in cauſa appellationis, ſecundum Bal. & Paul.de Caſtr.in d.l.j.C.eo. Licet di ci poſſet,quòd appellare,& libellum of ferre,non ſunt actus contentioſæ iuriſ dictionis,ſed voluntariæ,quia iſti actus non geruntur cum parte, nec eſt neceſ ſaria partis citatio ad appellandum,vel libelli productionem,quare non poſſet dici actus iuriſdictionis contentioſæ,li cet coram Iudice gerantur, ſecundum Pau.de Caſt.in d.l.j.C.eo.

¶Tertius caſus eſt contra eum, qui ali quid accepit ad impediendas nundinas ne frumentum & ſimilia ad eos deferrentur,quia omni tempore contra talē indici poteſt.l.iij.in fi.C.eo.

¶Quartus caſus eſt,quod pro pace,vel alia neceſsitate.quolibet die iuramenta præſtari poſſunt.c.j.hic ti.noſtro.

7 ¶Quintus caſus eſt † in teſtibus valetu dinariis,qui propter periculum Mortis die feriato examinari poſſunt.Argu. c. Quoniam frequenter,in prin.§.Vt lite non conteſt.

¶Sextus eſt,ſi res exigit celeritatem.l. j.ff.de dam.infect.

¶Septimus eſt circa quæſtiones inſignium latronum, quia etiam die Paſchatis poſſunt torqueri ad hoc vt proditio ſceleratorum conſiliorum inueniatur.l.Prouinciarum.C.eo.

¶Octauo, ſi debitor eſt fugitiuus, poteſt die feriato capi,ad hoc, vt præſtet cautionem Iudicio ſiſti. Item poſſunt fieri ſequeſtra ex tali cauſa, ſecundum glo.in l.fi.in verbo,Fideiuſsionis,& ibi Bal.& Pau.de Ca.C.eo.

8 ¶Sunt autem † Feriæ triplices. Quædam enim dicuntur Solennes, Quædā Publicæ,ſiue Ruſticæ,& Indictæ,Quę dam verò Repentinæ, ſecundum Panor,Hoſt.& alios. Spec. in tit.de feriis, & Azo.eo.

¶Feriæ ſolennes dicuntur, quæ in honorem Dei introductæ ſunt, per text. noſtrum hic,& l.fin. C. eo. Qui autem ſint illi dies in honorem Dei introducti, in quibus Iudicialis proceſſus ceſſet,enumerantur hic in tex. Sed præter illos dies in text.hic enumeratos, ſunt alii quoque dies,vt eſt feſtum corporis Chriſti.S.Martini inuentionis Crucis. feſta quatuor Euangeliſtarum quatuor Doctorum.De quibus vide Panor. hic ver. Sed hic ſubmitto. Sunt & aliæ feriæ.Nam de iure ciuili,tempore Quadrageſimæ non poteſt procedi in cauſis criminalibus.l.Quadraginta. C.eo. Sed illa l.ſecundum glo.Bart.Bal.Pau. de Caſt.& alios,Panor.& alios hic,non ſeruatur de cōſuetudine.Item ſunt alię feriæ in criminalibus, vt octo dies ante natalem Domini, vſque ad octauas Epiphaniæ, & ſeptem dies ante Natiuitatem Baptiſtæ.c.Placita.xv.q.iiij.Idē dicitur de diebus Rogationum.c. Decreuit.xxij.q.ij.Sed hæ & ſimiles ferię per conſuetudinem ſublatæ ſunt,ſecūdum Hoſt.& Panor.hic,Spec. in. §. Feriarum,eo.tit.glo.in d.c. Placita. Quare ſecundum dd.in omnibus feriis, exceptis his quæ in tex.enumerantur, cō ſuetudo vniuſcuiuſq; loci attendenda.

9 De talibus igitur feriis ſolennibus † Regula eſt,quod homines nullis voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus,prophanari debeant,nulla quenquam vrgeat admonitio, nulla fideiuſſoris flagitetur exactio,taceat apparitio,aduocatio deliteſcat, præconis horrida vox ſileſcat.l.fi.C.eo. Et eſt ratio,ne homines abſtrahantur à contem

pla

platione diuinorum, vnde his diebus debent eſſe quieti, ſecundum Panor. in d.c.j.ſupra.eo. Et ſi in huiuſmodi feriis fuerit proceſſum, exceptis caſibus ſupra allegatis proceſſus eſt nullus, per tex.expreſſum hic. Et hæc adeò procedunt, quod etiamſi partes renunciauerint iſtiuſmodi feriis, & ex communi conſenſu proceſſerint, tamen proceſſus ſit nullus, per tex. hic. Et eſt ratio, quod feriæ ſolennes nõ in fauorem partium ſed in honorem Dei introductæ ſunt, Igitur priuatis pactionibus & renunciationibus tolli non poſſunt. c. Si diligenti, cum not. ſupr. de foro compe. Et hinc ſequitur quod etiam ſi partes in aliquem tanquam in arbitrũ compromiſerint, & in compromiſſo feriis renunciauerint tamen renunciatio non valeat, quia arbiter procedit ad inſtar Iudicis. l. j. C. de arbit. Ideo tenetur obſeruare ferias ſolennes. l. Omnes. C. eo. Idem tenet Spe. in tit. de arbi. Io. And. Io. de Imo. & Panor. hic.

¶ Feriæ Ruſticæ ſiue indictæ dicuntur quæ propter rem ruſticam conceduntur, ſcilicet pro Meſſibus & Vindemiis colligendis. l. j. in prin. ff. de fer. Et conſtituuntur iſtæ feriæ duobus modis. Primum ex diſpoſitione Iuris ſcripti, vbi non eſt ſpecialis conſuetudo. Secundo ex conſuetudine. Ex diſpoſitione iuris ſcripti hoc modo cõceduntur & primò Meſſis à die octauo Calend. Iul. vſq; ad Calend. Aug. Vindemia verò à x. Cale. Septembr. vſque in Idus Octob. l. ij. C. de fer. Ex conſuetudine verò indicuntur ſecundum qualitates & conſuetudines Regionum. l. Præſides ff. eo. & l. Si in aliqua. ff. de off. proconſ. Quia in quibuſdam locis fructus citius ſiunt maturi, quàm in aliis vt in calidis Regionibus. Quare attendenda eſt locorum qualitas, ſecundum Specu. in §. Feriarum, ver. Indictæ, in eo. titu. & Panor. hic.

¶ Cauſa impulſiua iſtarum feriarum eſt, quod occupati circa rem ruſticam in forum venire compellendi non ſunt dicta. l. prima. ff. eo. Sed † quia ciues, artifices, Mercatores, milites, & Clerici, circa rem ruſticam nõ occupantur, dubium eſt, an ipſi quoque gaudeant priuilegio iſtarum feriarum. Nam ceſſante cauſa legis, ceſſat quoque prohibitio legis l. fi. §. Ait lex. ff. de diuor. l. Quod dictum. ff. de pact. l. penul. §. De vno. ff. de ritu nupt. iunct. l. Si tutor. C. de interd. matrimo. inter pup. & tut. Sed cauſa legalis de feriis eſt, ne occupati circa rem ruſticam in forum venire compellantur. dd. ll. quæ cauſa ceſſat in ſupradictis perſonis. Quare videt, quod diſpoſitio legis quoque circa ipſas ceſſare debeat, per allegata iura. Secundo videtur probari. Nam licet text. in d. l. prima in prin. loquatur indiſtinctè, tamen poſtea per particulam, at reſtringit tantum ad occupatos circa rem ruſticam. Quare prior generalitas, reſtricta eſt intelligatur. l. Hæc actio. ff. de calumniato. l. Semper. §. Negociatores. & §. Diuus. ff. de iu. immu.

¶ Contrarium decidit gloſſ. in d. l. j. in verbo, Occupati, primùm ex illo fundamento, quod diſpoſitio Iuris de feriis, non tantum ipſas perſonas principales, ſed omnes alios, quorum opera in proceſſu opus habent. quales ſunt: Teſtes, Aduocati procuratores. Hinc eſt quòd teſtes cogi non poſſint diebus feriatis ferre teſtimonium, ſecundum Paul. de Caſtr. & Bald. in dicta. l. prima. Quare quum teſtes, Aduocati,

procuratores poſsint eſſe occupati circa rem ruſticam, quare etiam principali concedendæ ſunt feriæ: Et ſic, licet ceſſet cauſa, non tamen ceſſat effectus, ſecundum Specu. in d. §. Feriarum, ver. Item nota.

¶ Secundo probatur, quod prohibitio legis tantum ceſſat, vbi ceſſat cauſa finalis. Vbi autem cauſa impulſiua tantum ceſſat, non autem cauſa finalis, ibi prohibitio legis non ceſſat. l. j. §. Secundo loco iunct. §. ſeq. ff. de poſtul. l. Proſpexit. ff. Qui & à quibus. Sed cauſa occupationis circa rem ruſticam non eſt finalis cauſa feriarum, ſed impulſiua, ſecundum glo. in d. l. j. Licet Bald. ibi diſputet illam rationem nõ eſſe tantum impulſiuam, ſed finalem. Addit tamen ſufficere, quod ratio legis verificetur in pluribus, licet non verificentur in qualibet perſona ſingulari. l. Iura. ff. de ll. Et ex hoc colligitur, quod feriæ ruſticę etiam in cauſis vniuerſitatis obſeruentur, licet vniuerſitas, in quantum vniuerſitas non vacet operi ruſtico, tamen ſingulares perſonæ, quæ ſunt membra huius, habent vacare, propterea ſunt feriæ. Licet quidam Canoniſtæ in c. fin. ſupr. de iud. contradicant, ſed malè, ſecundum eum. Quare concludi poteſt, quod iſtæ feriæ indiſtinctè omnes tangant, & poteſt breuibus reſponderi ad Iura contraria, quod loquantur quando cauſa finalis vniuerſaliter ceſſat. Secus quando cauſa impulſiua vel finalis tantum particulariter, ſecundum Bald. prælleg. loco.

¶ Secundò poteſt dubitari, Quum quædam loca ſint, vbi nec Meſsis, nec Vindemia habeantur, an tamen nihilominus in ipſis locis feriæ ruſticæ obſeruentur. Et in hac quæſtio. dic breuibus:

¶ Aut ſunt tales terræ, in quibus neque vinum neq; frumentum creſcit, & vbi homines quoque neque vino, neq; frumento vtuntur communiter, ſed loco vini, cereuiſia, & pro frumento caſtaneis, vel aliis fructibus, & non obſeruantur Meſſes & Vindemia, ſed tẽpus quo colliguntur fructus, quibus ipſi vtuntur, vt tempus colligendi lupuli &c. Arg. Ligni appellatio. §. Lignorum, & ibi per Cy. & alios. ff. de leg. iij. Alex. de Imo. in d. l. j. ff. eo.

¶ Aut ſunt tales terræ, in quibus homines vtuntur vino & frumento, licet cõmuniter apud ipſos non creſcat, & dantur feriæ pro Meſsibus & Vindemiis. Nam licet apud ipſos non creſcant, tamen neceſſe eſt tempus præordinari, in quo ſibi de his proſpicere poſsint, ſecundum Inno. & Panor. hic, & Alex. de Imo. in d. l. j.

12 ¶ Sed iſtis feriis † renunciari poteſt, adeò quod proceſſus in eis habitus, valeat & teneat. Sed talis renũciatio eſt duplex. Aut enim prouenit ex prouiſione legis, Aut verò ex prouiſione partiũ. Ex prouiſione legis fit duobus modis. Primum in caſibus, in quibus proceditur ſine figura iudicii, vt in caſibus Matrimonialibus & ſimilibus Clem. Sæpe §. Nos autem, de verb. ſigni. Secundo, quando arbiter, ſuperiore cogente, die feriata ferri ſententiam, tunc non poſſent per partes opponi feriæ ruſticæ. l. Si feriatis. ff. de arbit. & Ioan. de Imol. hic. Ex prouiſione partium quoque fit

12 renunciatio duobus † modis: Expreſsè fit, quando feriis nominatim renunciant, tunc valet proceſſus & ſententia, per text. hic, in fine. Tacitè fit, quando nominatim non renunciant, ſed citati comparent & procedunt, nec excipiant de

de feriis, tunc quoque valet proceſſus, dicta lege prima & ibi Alexand. & l. Si feriatis. ff. eo. & gloſſ. in Clemen. Sæpe in verbo, Ob neceſsitates. Sed circa expreſſam partium renunciationem hoc modo diſtingue:

¶ Aut renunciant feriis præſentibus, vt nunc ſunt vel fuerunt, & non extenditur renunciatio ad ferias futuras, ſecundum Alexand. de Imol. in dicta. l. prima & Anton. de Butr. hic & probatur per text. in l. Si ita. ff. de auro & argumen. leg.

¶ Aut renunciatio fit generaliter de feriis, & extenditur etiam ad omnes futuras ruſticas ferias, quæ per totũ proceſſum occurrere poſſent. Argu. l. Si ſeruitis. ff. de ſerui. vrb. præd. quia iſtæ feriæ ruſticæ ſunt certę d. l. ij. C. eo. Ideo præuideri & renunciatio generalis extendi poteſt ad futura. d. l. Si ſeruitus. & ita quoque declarat Alexan. de Imo. in d. l. prima & Barto. in l. fin. C. Quæ res pig. obliga. poſſ. Et tantum de feriis ruſticis.

¶ Feriæ repẽtinæ dicuntur, quas Imperator ob publicam gratulationem indicit, vel propter victoriam, vel propter coronationem, vel ob diem natalis ſui vel aliam rem proſperè geſtã vel quia duxit vxorem, vel quia natus eſt ipſi filius. l. j. & quæ ibi not. C. eo. Et dicuntur quoque extraordinariæ, quia incertæ ſunt. l. Sed & ſi §. Si feriæ. ff. Ex quibus cauſ. maio. Item dicuntur Imperiales. l. A nullo. C. de fe. Dicuntur autem repentinæ ideo, quod non ſunt certæ, ſed repentè, ſiue ſubito indicuntur, ſecundum Hoſtienſ. in. §. Qualiter, & Specul. in dicto. §. Feriarum, eodem titulo.

¶ Dico autem in definitione, Imperator, ad differentiam Magiſtratuum inferiorum, qui tales ferias indicere non poſſunt, Imò etiamſi indicant, tamen cauſæ forenſes non ſuſpenduntur. d. l. A nullo, cum ibi not. per Bar. Bal. Paul. Caſt. & alios. C. eo. Licet dies natalicii vrbium maximarum, vt Romæ & Conſtantinopolis, quoque computentur in ferias repentinas. l. Omnes, la. ij. §. his adiicimus. C. eo. Et iſtis feriis ab Impe-

14 ra. ob† cauſam indictis, partes renunciare non poſſunt, quia in fauorem ipſarum introductæ non ſunt d. l. Omnes §. Noſtris, iunct. glo. ibi. C. eo. gloſſ. in Clem. Sæpe, in verbo, Ob neceſsitates, de verb. ſig. Bal. Pau. de Caſt. Alexã. de Imo. & alii in d. l. j. Hoſt. in §. Et an feriis, eod. titu. Ioan. de Imo. & Panormit. hic Specul. in §. fina. eod. Si tamen aliquis propter ferias repentinas indictas læſus fuerit, reſtituitur in integrum, quia præuidere non poteſt dicta l. Sed & ſi. §. Si feriæ. ff. Quibus ex cauſa mai.

¶ Quia abſoluimus definitionem, & diuiſionem feriarum, nunc quæſtiones Doctorũ examinabimus. Quærit ergo

15 primò Panormita. hic, † vtrum valeat citatio, quando emittitur die feriato, & tamen eius effectus non extenditur ad diem non feriatam. Exemplum. Aliquis citatur, vt die Saturni compareat, ſed tamen citatio die Dominico facta eſt. In hac quæſtio. ſunt opiniones.

¶ Primò enim videtur, quod valeat ci-

16 tatio. Nam† paria ſunt quid fieri tempore licito, vel fieri illicito, referri tamen ad tempus licitum, per tex. in l. Si eum ſeruum, in fi. cum l. ſeq. ff. de don. inter vir. & vxor. & eſt opt. text. in l. In tẽpus, in prin. ff. de hęr. inſt. Sed certũ eſt

eſt quòd tempus,ad quod effectus citationis extenditur, licitum tempus ſit. Quare licet tempus omiſsionis ſit illi citum,tamen quia ad licitum refertur,
17 valet citatio.Secundò,bonum † eſt argumentum à loco ad tempus.l.Vinum ff.Si cer.pet.Quare cùm actus in loco inhabili geſtus,ad locum habilem tamen collatus valet,ſequitur quòd talis citatio quoque valeat.Et hanc opinio. tenet Dy.in.l.j.§.Nunciatio.ff.de nou. oper.nunc.Io.And.hic,& Cy.in.d.l.fin. C.eodem.

Contrariam opinionem,quòd ſcilicet talis citatio non valeat,tenet Iac. de Are.& probat per text.in.l.fi. C,eo. Vbi tex.ſimpliciter dicit:Taceat in feriis apparitio, horrida vox præconis ſileſcat,Quare præco non poterit die feriato citationem exequi.

18 Secundò probatur,quia † citatio eſt de proceſſu,& eſt initium proceſſus.c. Quoniam contra,inf. de prob.Sed omnis proceſſus diebus feriatis habitus, eſt nullus,per tex.noſtrum hic,& facit opt.tex.in.l.Quæ de tota.ff.de rei ven dic.Quare ſequitur quòd ita fieri non poſsit,& ita quoque decidit Spec.in ti. de cita.§.j.ver.Non excipitur.& Iaco. But.in.d.l.j.§.Nunciatio.ff.de no.oper. nunc.ff.de no.oper.nunc.Et reſpondet ad arg.pro prima opinione adducta,& præſertim quod dictū eſt de relatione ad tempus licitum,quia dicit hoc procedere, quando actus ſuſpenditur,& eius effectus,vt in contractibus conditionalibus,vel ſub die incerta,& in vltimis voluntatibus,vſque ad diē mortis:& in hoc caſu intelliguntur dd.ll.Si eū ſeruū,cū.l.ſeq.&.l.In tempus.In terminis aūt noſtris non ſuſpēditur actus ſed eius effectus.Quia citatio eſt pura, licet conferatur in diem.Ergo præſens tempus inſpicitur.l.Cedere.ff.de verb. ſigni.Et hanc opinionem tenuit Dy. quoque,ſed poſtea mutauit. Et ita diſtinxit.

Aut loquimur de commiſsione Iudicis,quando ſcilicet citationem commiſit,& valet commiſsio,ſi effectus ad diē feriatam non conferatur.d.l. In tempus.&.d.l.Eum ſeruum.

Aut loquimur de executione citationis per nuncium,& fieri non poſſet die feriato.Et in hoc caſu loquitur.d.l. Dies feſtos.Sed Bart.in.§.Nunciatio, reprehendit hoc per ſolutiones, ſuprà ad dicta iura datas.

Bal.& Paul.de Caſt.in.d.l.Dies feſtos.C.eo.& Panor.hic,in hac. q. hoc modo diſtinguunt,quòd citatio habeat
19 † tres actus.Primus actus eſt commiſsionis.Secūdus intimationis citationis. Tertius relationis.

Actus commiſsionis dicitur,quando Iudex nuncio committit,vt Reum citet:& quod ad hunc actum attinet, decidit Paul.de Caſt.in.d.l. Dies feſtos,quod fieri poſsit die feriato,etiam in honorē Dei introducto,quia nulla requiritur cauſæ cognitio.l.Actus.C.eo.

Contrarium tenet Bald.in.d.l.Dies feſtos,quia talis commiſsio eſt ſententia interlocutoria,vt ſuprà dictum eſt, quare fieri debet cum cauſæ cognitione.Idem decidit Panor.hic,& Barto.in d.l.Nunciatio.

Actus intimationis dicit,quando nūcius citationem Reo præſentat.Et Dy. tenet,quòd fieri poſsit per iura pro prima opinione adducta.Contrarium tenet Paul.de Caſtr.in.d.l. Dies feſtos. Idem Anto.de But.& alii hic.

Tu,omiſsis ſuperfluis,poſt Oldrad. quem

quem refert & ſequitur Bar.in.d.§.Nũciatio,dic ſimpliciter:Aut citationis cõmiſſio,intimatio,vel relatio fit die feriato,in honorem Dei introducto,& non valet,per tex.in.d.l.Dies feſtos.C.eo.Vbi tex.ſimpliciter dicit: Sit idem dies à cognitionibus alienus &c. per quod prohibetur commiſſio, quæ ſine cognitione fieri non poteſt. Poſtea addit,Præconis horrida vox ſileſcat &c. per quod citationis intimatio prohibetur,& ſic lex reſiſtit initio,& medio citationis in diebus feriatis, quare finis, hoc eſt,relatio quoque non valet.l. Si Minor.ff.de fer.expor.Idem decidunt Anto.de But.Io.de Imo.& Panor. hic. Bal.in.l.In tempus ff.de hær.inſt.Alexan.de Imo.qui allegat ad hoc multa concord.& D.Iaſ.in.d.l.j.§.Nunciatio, qui dicit hanc opinionem eſſe communem,& optimè ſtringit ratio prius adducta,quòd citatio cum omnibus ſuis partibus eſt de proceſſu.d.c. Quoniam contra. Sed totus proceſſus die feriato habitus eſt nullus,per tex.noſtrum hic Ergo &c.Licet autem tex.in.d.l.fi.propriè loquatur de die Dominico,tamen de aliis diebus feriatis,& honorem Dei introductis, quoque intelligi poteſt, per tex.noſtrum hic,& quæ not.glo.in l.Omnes,la.ij.C.eo.Et ita quoque decidunt Ber.& Alex.Et quæ de ſolénibus feriis hoc caſu dicta ſunt,tu extende quoque ad ferias repentinas. per text. in.d.l.Omnes.C.eo.vbi tex.diſponit de feriis ſolennibus,& poſtea ibidem in.§. noſtris, idem de repentinis diſponit, quod de ſolennibus.Et opt.facit text.& glo.& quæ ibi no.Bald.in.l.j.C.eo. vbi feriæ ſolennes & repentinæ æquiparãtur,& eſt ratio,ſecũdũ Panor.hic.Quia feriæ repentinæ cum lætitia celebrari debent,ideo per nullum actum citationis homines moleſtari debent.Et quòd idem ſit in feriis repentinis,quod eſt in feriis ſolennibus,tenent Bald.& Ang. in.l.j.ff.eo.Bald.in.l.Si vt proponis.la.j.C.Quomodo & quando iud.Alex.in d.l.j.§.Nunciatio.Io.de Imo.& Panor. hic.& fa.no.in Clem.Sæpe, in verbo, Ob neceſsitates,de verb.ſig.

Aut talis citatio fit in feriis ruſticis, & valet,quia text.in.d.l.j.ff.eo.de feriis ruſticis diſponens,non dicit quòd occupati circa rem ruſticam citari non debeant,ſed diſponit,quòd in forum cõpellendi non ſint in ipſis feriis. Quare ſequitur quòd commiſſio,intimatio, & nuncii relatio in iſtis feriis fieri poſſint,quia in hoc omnes.dd.præallegati in dictis locis conueniunt.

Secundò quærit Panor.hic, Si citatio fit die non feriato ad diem feriatũ, vt quia die Iouis citatur quis, vt die Solis compareat,an valeat talis citatio & Reus comparare debeat.Et in hac.q. hoc modo diſtingue.

Aut in citatione dies feriata nominatim non eſt expreſſa,ſed tantùm per errorem citantis re ipſe eſt ad diem feriatam citatus,& tenetur die ſequenti reſpondere & comparere,Vt ſi Iudex citat quem ad decimum diem Ianua. nec obſeruat quòd iſte dies ſit feriatus. Et eſt ratio,quia duo videntur mandata in citatione.Primò,quòd die in citatione expreſſa compareat.Secundò, vt compareat.l.Celſus,in princ.ff.de arbitri.Quare licet,quo ad diem ſolennem habeat excuſationem, tamen ſequenti die excuſationem non habet.Ita decidunt Innoc.Bald.& Panor.hic.Bald.in d.l.final.C.eod.Specul.in tit.de citatio ver.Item excipitur,in titu.de dila.§.j. verſ.

verſi.Sed pone.

Aut in citatione expreſsè fit mentio diei feriatæ,& dic.Aut citatur quis his verbis,vſque ad diem feriatã, Aut his verbis,pro die feriata.

Aut his verbis dixit Iudex, compareas tali die feriata.Primo caſu dic,ꝙ valeat citatio, quia hoc caſu dictio. Vſque ponitur excluſiuè,hoc eſt, ipſe dies feriatus in citatione expreſſus, excluſus intelligitur,& diebus præcedentibus comparere cogitur,per tex.in.c. Tum ex literis.§,Quocirca,ſupr.de reſtitu.in integr.&.c.Cùm dilecti,infr.de dolo & contuma. Bart.in.l.Patronus.§. j.de leg.iij.& in.l.Meminiſſe.ff. de officio proconſul. Ioannes de Imol.& Panormi.hic, Specula.in titu.de cita.§. j.veſi.Item excipitur quòd cita.& Alexand.de Imol.in.d.§.Nunciatio, qui allegat alia iura concord.

Tertiò quærit Panor. Quum pro-
20 ptert varietatem regionum ſæpe accidat,quòd feriæ Iudicum & partium nõ conueniant,vtrum hoc caſu,obuenientetali diuerſitate, feriæ Actoris, vel conuenti,vel feriæ Iudicis loci obſeruari debeant.Et in hac quæſtio. ſunt opinio.Et primò videtur, quòd feriæ illius loci,vbi Actor habitat, obſeruari debeant,licet non conueniant cum feriis Iudicis vel Rei, cùm ex Actoris ris perſona ius metiatur lege ſecunda ff.Si pars hæredit.petit.o.leg. Solemus. ff.de iudi.

Secundò videtur,quòd feriæ loci ipſius Rei conuenti conſiderari debeãt quia Actor tenetur ſequi forum Rei. cap.Cùm ſit,ſuprà de foro competenti leg.final.C.Vbi in rem actio. c. Experientiæ ſecunda quæſtione prima Quare etiam conſuetudinem illius loci,quo ad ferias & alia,ſequi cogitur.& facit ad hoc tex.in.d.l. Fauorabiliores. ff.de regul.iuris Secundò fortiter facit pro hac opinione,quòd feriæ in fauorem Reorum introductæ ſunt, & non Actoris,quia dependet ex Actoris arbitrio,litigare quando vult, & ad ipſius inſtantiam Reus cogitur comparere. Sunt ergo quidam tempora à Iure expreſſa,in quibus Reus ad Actoris inſtantiam cogi non poteſt, vt ſunt feriæ,quare quum in ipſius fauorem introductæ ſint, ſequitur quòd ipſius Rei,& non Actoris, vel Iudicis feriæ conſiderari debeant,facit lex prima. ff. eod.Tertiò,in poteſtate Actoris vel Iudicis eſt præuidere,ne faciant aliquem citari tempore feriarum, quæ in ſuis locis obſeruantur, quod in facultate Rei non eſt.leg.Si quando.C. de dila. cap.Induciæ.§.Et autem.tertia quæſt. tertia.Et facit text.in leg.Petendæ. C. De tempor.in integrum reſtitu. Quare ſi quis ad inſtantiam Actoris per Iudicem citatur,Actoris & Iudicis feriæ conſiderandæ non ſunt,Imò quando Actor tempore ſuarum feriarum aliquem citari facit, videtur ipſis renunciare,quod facere poteſt, vt ſuprà diximus.

Sed tamen his non obſtantibus,deciditur,quòd feriæ loci Iudicis obſeruari debeant,& non Actoris.vel Rei. Nã in Iudiciis ſeruatur ea conſuetudo, vbi agitur de ordinatione iudicii, quæ eſt in ea prouincia,in qua Iudex iudicat,& nõn litigantium.leg.tertia.§. fin. ff.de teſtibus leg.prima.§. In honorariis.ff.de var.& extraordina.cognitio. cap.Cùm veniſſet,infra.de eo qui mitti.in poſſ.cau.rei ſer.Et probatur hoc quoque per text.noſtrum hic,Ibi ſinguli Epiſc

li Epiſcopi cum ſuis diœceſibus.

Quòd autem feriæ locorum Actoris & Rei obſeruari non debeant,ſi Iudicis feriæ ſecus ſeruentur, probatur per Argumen.ab abſurdo. Nam ſi Actoris & Rei feriæ cum feriis Iudicis non conuenirent. & Actoris & Rei feriæ ſeruari deberent,ſequeretur quòd haberent duplicatas ferias, quod præberet occaſionem prorogandi lites, quia Iudex propter partium ferias à ſuis nõ diſcederet. Quare dici nõ poteſt quòd partium feriæ ſeruandæ ſint,ſed Iudicis. Ita decidunt Inno. Hoſt.& Panor. hic. Et addit Bald. illam rationem, quãdo agitur de præparatoriis vel proſecutoriis Iudiciorũ,ſemper inſpicitur cõſuetudo loci Iudicii,& non alterius.d. leg.tertia in fi.ff.de teſtibus.& eſt opt. text.in leg.prima in fin.ff.de ventre inſpicien. Secus dicit, quando agitur de definitione cauſæ,quia tunc inſpicitur locus contractus,delicti, quaſi delicti, vel locus teſtamenti,vbi ſumus in cauſa teſtamenti,vel locus originis,vel locus domicilii teſtatoris,vbi ſumus ab inteſtato.l.Si fundus.ff.de euictio.&.l. Titius.§.Romæ.ff.de excuſ.tuto. Auten.Omnes peregrini.§.Hoſpes.C.Cõmunia de ſucceſſ. Idem dicit Bald.hic ſeruandum eſſe in executione expedito Iudicio,quia ſeruare debet cõſuetudo loci,vbi faciẽda eſt executio Realis, per.l.Miſſi æſtimatores. C.De exacto. trib. libro.x. hęc Bal. hic.

*

DE ORDINE COGNITIONVM.

Clemens III. Alatrino Epiſco.

INtelleximꝰ quòd cũ quædã mulier peteret quendã in virũ,teſtes ad ſuæ intentionis aſſertionẽ induxit per quos pars viri futurũ ſibi præiudiciũ metuens,exceptionẽ cõſanguinitatis obiecit, ex qua intendit petitionẽ mulieris elidi,& infrà. Inquiſitioni tuæ taliter duximus reſpondẽdũ: Quòd cũ exceptione probata,quæſtio principalis perimatur,ante eſt cognoſcendum de ipſa,quã ad definitiõis articulũ ꝓcedatur:quo facto virũ ab ĩpetitiõe mulieris, ꝓut expoſcit ratio iuris,abſoluas.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Perẽptoria exceptio diſcutiẽda ante ſentẽtiã,nihilominus ſuper principali cognoſcẽdũ.*

2 *In poſſe.nulla exceptio admittẽda,quin fiat reſtitutio.fallit in cauſa cõſan.in cõtinẽti ꝓbãda*

3 *Liberi homines licet ſimpliciter vendicari nequeant,ex cauſa tamen hoc fieri poteſt.*

4 *Peremptoria exceptio non opponẽda niſi Actoris intentione fundata.*

5 *Cui competit cognitio alicuius rei,eidem & de iſta re pronunciare licet.*

6 *Exceptiones duplices:Incidẽtes,& emergẽtes.*

7 *Incidenti exceptione,an & quando ſuper principali, & ipſa excep.ſimul. Item, quando ſuper principali, & ſuper ipſa exceptio. tantùm*

tantùm pronunciandum.

8 *Exceptionibus emergentibus non diſcuſſis, in principali negocio non procedendum, nec ſuper eo pronunciandum.*

9 *Exceptiones ſunt triplices:* Dilatoriæ, *peremptoriæ, & anomalæ.*

10 *Dilatoriâ ſolutionis quo litis tempore opponenda.*

11 *Habitus præcedit priuationem, ſic actio, velut habitus, priùs probanda quàm exceptio, quæ eſt quaſi priuatio.*

12 *Excommunicationis exceptio inter dilatorias recenſenda.*

13 *Dilatoriæ exceptiones iudicij declinatoriæ quando opponendæ, & ſuper eis pronunciandum.*

14 *Exceptio contra procuratorem duplex, ratione ſcilicet perſonæ & mandati.*

15 *Exceptio contra procuratorem, ratione perſonæ quouis tempore opponi poteſt.*

16 *Milites & Clerici procuratores eſſe poſſunt, & eius ratio.*

17 *Procurator per litis conteſtat. fit alienæ litis dominus.*

18 *Quod de veteribus militibus in re Ciuili ſtatuitur, non habere locum in militibus noſtri temporis.*

19 *Exceptio contra procuratorem, ratione mandati, quolibet etiam litis tẽpore opponi poteſt.*

20 *Exceptiones dilatoriæ proceſſum iudicij euertentes, ſiue annihilantes, quouis litis tempore opponere licitum.*

21 *Exceptiones peremptoriæ duplices: Facti, & Iuris*

22 *Peremptoriæ facti, quæ, vel quot ſint.*

23 *Exceptiones peremptoriæ facti dupliciter opponi queunt, & eius forma.*

24 *Peremptoriæ Iuris quando proponendæ, & ſuper eis pronunciandum.*

25 *Notoria in iudicium non deducenda.*

26 *Cautela pro Reo obijciente exceptionem peremptoriam Iuris notoriam, ſiue in continenti probandam.*

27 *Peremptoria Iuris non notoria, nec in continenti probabilis exiſtens, quo modo & quando opponenda.*

28 *Peremptoria an & quando poſt ſententiam opponi queat, licet non ſit appellatum.*

29 *Paria ſunt, non eſſe pronunciatum, vel nulliter, ſiue contra Iuris conſtitutionem eſſe pronunciatum.*

30 *Sententia ſuper peremptoria exceptione lata, an præiudicet, quo minus ipſa per actionis modum in iudicium reduci queat, remiſſiuè.*

31 *Peremptoria quando poſt appellationem locum habeat.*

32 *Vbi eadem eſt ratio, ibi & idem ius eſſe debet.*

33 *Exceptiones nouæ in prima inſtantia non oppoſitæ, an in ſecunda inſtantia, hoc eſt, appellationis cauſa, proponi poſſint.*

34 *Iudex appellationis ſuper appellatione tantùm, vtrum illa iuſta ſit, nec ne, & non ſuper nouis quæſtionibus cognoſcere debet.*

35 *Nouum capitulum quodnam dicatur.*

36 *Exempla quibus in cauſis nouum eſſe capitulum cenſeatur, tam ex parte Actoris, quàm Rei.*

37 *Articuli noui, an & quomodo dependere ex prioribus dicantur.*

38 *Noua capitula, & quidem ex prioribus dependentia, quando in ſecunda inſtantia deduci ſiue ſuppleri poſſint, nec ne*

39 *Connuncti actus qui vocentur, illorumq́; qualitates omiſſas in prima inſtãtia, poſſe poſteà in ſecunda deduci.*

40 *Actus ſeparati qualitates, an & quando in ſecunda inſtantia deduci queant.*

41 *Actio, Res & cauſa in ſecũda inſtantia mutari non poſſunt.*

42 *Diuerſitatis ratio, quare ſcilicet in appellationis cauſa Actor ſuam mutare nequeat actionem, Reus verò poſſit noua vti except. ſiue priorem mutare.*

43 *Exceptiones in prima inſtantia propoſitæ quidem*

quidem, non tamen probatæ, in ſecunda an iterum proponi & probari poſſint.

44 *In Iudicis inquiſitione ceſſat timor ſubornationis. Item in criminalibus teſtes ex integro audiendi.*

45 *Item quibus in cauſis teſtes amplius producendi & examinandi, poſt atteſtationum publicationem, necne.*

46 *Non factum, vel factum minus ritè, æquiparantur.*

47 *Non eſſe, vel eſſe, non tamen comparere, paria ſunt.*

48 *Textu expreſſo non extante, vbi Papa vel Imperator per Canonem, vel legem decidit, deciſio iſta in vtroque foro ſeruanda.*

49 *Teſtibus coram arbitro examinatis, eorúmque atteſtationibus publicatis, an ijdem iterum producendi, necne.*

50 *Præfixo à Iudice termino, inſtrumentiſque infra terminum non productis, priuſquam etiam in cauſa concluſum ſit, an nihilominus admittatur productio.*

51 *Aſsignatio termini à Iudice facta, habet vim interlocutoriæ.*

52 *Atteſtationibus publicatis, & ante primam dilationem nondum finitam, alia dilatione non petita, Iudex nullam amplius dilationem dabit.*

53 *Iuſiurandum ſuſpecto non deferendum.*

54 *Conuentionali ſiue iudiciali iureiurãdo præcedente, ſententia prætextu inſtrumentorum poſtea repertorum, non retractatur.*

55 *Idem in tranſactione, quæ quoque non retractatur.*

56 *Dolo aduerſarij ſententia obtenta, per inſtrumenta recens reperta retractatur.*

57 *Poſt terminum præfixum, an & quando inſtrumenta, quæ producens nec recens reperta adfirmet, nec ſe ea tempore productionis habuiſſe neget, produci queant, necne.*

58 *Poſt termini nimium breuis lapſum, productio inſtrumentorum locum habet.*

59 *Termino à Iudice non præfixo, inſtrumenta produci poſſunt vſque ad cauſæ concluſionem.* 1

IVDEX ante ſententiam cognoſcit
2 de peremptoria exceptione, ſufficit tamen quòd in principali pronunciet. Hoc dicit ſecundum Bald. Ioan. de Imo. & Panor.

Caſus.

¶ Pone, Bertha agit cõtra Titiũ, quòd per verba de præſenti cum ea matrimonium contraxerit, & propterea vendicat eum tanquam maritum ſuum. Titius conteſtatur litem negatiuè, Ob id Bertha Actrix ad probãdam intentionem actionis ſuæ, producit teſtes. Sed atteſtationibus publicatis, cùm fortè ex teſtium dictis conſtet hoc matrimonium contractum eſſe, ipſe Titius in vim peremptoriæ obiecit exceptionem conſanguinitatis, qua actionem mulieris eludere voluit, & petiit illam examinari, priuſquam in negocio principali procederetur. Mulier verò è cõtra poſtulauit ſuper actione ſua pronunciari. Quærebatur ergo nũc de ordine cognitionis, hoc eſt, vtrũ primùm ſuper peremptoria cognoſci, an verò primùm ſuper principali negocio prõnũciari debeat. Et primò videtur, quòd hæc exceptio conſanguinitatis in cauſa matrimoniali admitti non debebat. Nam quando de cauſa matrimoniali agitur, & conſanguinitas opponitur, procedi debet in negocio principali ad diffinitiuam ſententiam, hac exceptione non obſtante, per text. in c. Cauſam, ſuprà de offic. delega. c. Accedens, el. ij. ſuprà, Vt lite non conteſtata. c. Ex conqueſtione, & c. Literas, infrà de reſtitut. ſpoliatorum.

¶ Sed tamen his & quibuſcunq; aliis non obſtantibus, decidit textus noſter

contrarium, ſcilicet quòd iudex illam
1 †exceptionem peremptoriam conſanguinitatis, etiã Actricis intentione fundata, diſcutere debeat, priuſquàm in negocio principali pronuncietur, præſertim ſi talis conſanguinitas opponitur, propter quam ſi probaretur, matrimonium contrahi vel conſiſtere non poſſet, vt in gradu prohibito. Et addit textus, ſi poſtea talis conſanguinitas fuerit probata, non opus eſſe ſuper exceptione in ſpecie pronunciare, ſed ſatis eſſe in principali negocio ſententiam dicere, vtputa, quòd Iudex Reum abſoluat. Et ſic continet hæc deciſio duas partes. Prima eſt de exceptionis obiectæ diſcuſsione. Secunda eſt de cognitione in negocio principali. Ratio autem deciſionis prioris partis hæc eſt, ſecundum Calder. quòd fundata intentione Actoris, Reus venit condemnandus, niſi aliter ſe defendat. Cùm Iudex ſecundum merita cauſæ, quæ ex partium aſſertione panduntur, iudicare debeat. l. fin. C. Si per vim, vel alio modo &c. Sed Reus non tenetur ſe exceptione perẽptoria defendere, niſi prius intentione Actoris fundata. l. Siquidẽ, cum ſimilibus. C. de exceptionib. Quare ne condemnetur, cùm habeat exceptiones, diſcutiatur exceptio, vt inde cognoſcatur, an condemnari vel abſolui debeat. Ratio autem ſecundæ partis deciſionis hæc eſt, quòd in effectu ſuper exceptione quoque eſt pronunciatum, quando pronunciatur in principali, quòd Reus ſit abſoluendus, quia propter exceptionem probatam abſoluitur, quare ſuperfluum eſſe, de exceptione ſpecialiter pronunciare, & ſuperflua reſecãda ſunt. c. ij. infr. de probationib. Ita quoque decidit Panor. hic. Nec obſtant iura pro rationibus dubitandi allegata, quia loquuntur in poſſeſſorio, hoc eſt, vbi vxor fuit in quaſi poſſeſsione matrimonii, & per
2 maritum ſpoliata. † Igitur nulla exceptione obſtante reſtitui debet, niſi conſanguinitas in gradu lege diuina prohibito in continẽti probari poſsit, tum reſtitutio differtur. d. c. Literas. §. Propterea, infr. de reſtit. ſpoliator. Textus autem noſter loquitur in petitorio, hoc eſt, vbi mulier vendicat virum, & petit eum ſibi adiudicari.

¶ Et ſic nota ex hoc textu, quòd licet li-
3 beri homines † vendicari non poſsint, quia non ſunt in alicuius dominio. l. j. §. Per hanc. ff. de rei vendicatio. tamen cauſa adiecta vendicari poſſunt, vt quando pater vendicat filium adiecta cauſa de iure Quiritum, cùm ius patriæ poteſtatis ſit iuris Romani dicta l. prima. §. Per hanc. Ita quoque mulier virum vendicare poteſt, & vir mulierem, adiecta cauſa, quia maritus vel vxor, ſecundùm Innocent. & alios, in c. Ex parte, infr. de reſtitut. ſpoliatorum, quos vide.

4 ¶ Secundò nota, quòd Reus † non tenetur opponere exceptionem peremptoriam, niſi Actoris intentione fundata, vt infrà dicemus.

¶ Gloſſ. in verbo, Cognoſcendum, diſputat finalem deciſionem cap. noſtri, pro & contra. Deciditur enim hic, ſi Reus poſt fundatam intentionẽ Actoris opponit exceptionem peremptoriam, & eam probat, quòd tamen Iudex non debeat ſuper illa exceptione probata, pronunciare, ſed tantùm ſuper principali. Circa hanc quæſtionem erant duæ contrariæ opiniones. Prima fuit Bernardi, qui fuit in illa

ſent

ſententia, & probauit optima ratione, quia eo ipſo, quòd pronunciatur ſuper principali, intelligitur quoque pronunciatum eſſe ſuper incidenti per quandam conſequentiam. Et probatur hæc deciſio per tex. expreſſos in l. j. ij. & iij. C. de ordine cognitionum. l. Quoniam Alexandrum. C. de adulteriis. l. Præſes prouinciæ. C. Ad legem Flauiam, de plagiariis. Ex quibus iuribus omnibus appareт, quando exceptio peremptoria opponitur, vel alia quæſtio incidit, licet Iudex de ea cognoſcat, tamen in ſententia definitiua pronunciat tãtùm ſuper principali.

¶ Contrariam opinionem tenuerunt Martinus & Petrus, quòd imò ſuper exceptione debebat pronunciari. Nam certum eſt, quòd Iudex de tali exceptione incidenti cognoſcere poteſt & debet. dicta. l. prima. C. de ordine cognitionum. Et eſt textus noſter hic.
5 Sed regula eſt, quòd Iudex † de omni re pronunciare poteſt, de qua cognoſcere poteſt. l. de qua re, in princip. ff. de iudiciis. cap. Cùm ſuper, infr. de cauſa poſſeſſio. & propriet. l. Intra vtile, in princ. ff. de Minoribus. l. iij. ff. de præuaricationib. l. Liberis. §. fin. ff. de liberali cauſa. Quare ſequitur, quòd Iudex debeat pronunciare ſuper iſtis exceptionibus, cùm cognitionem habeat. Et reſpondet ad d. l. j. C. de ordine cognitionum. quòd ibi ſuper principali modo cognoſcatur, ideo quia pupillus cui ſtatus cõtrouerſia mouebatur. Ideo pronunciatur ibi ſuper principali, & ſic ſuper tota hæreditate, ſicuti alióqui propter conditionem Iudicis idem quoque obſeruatur, vt ſi Iudex eſt pedaneus, qui de cauſa ſtatus pronunciare non poteſt, Igitur ſit in his caſibus ſpeciale, In aliis autem ſeruetur ius commune, &c.

¶ Sed pro concordandis iſtis duabus opinionibus, D. Ioan. & Azo, talem poſuerunt diſtinctionem, quòd exceptio-
6 nes † ſunt duplices: Incidentes, & emergentes.

¶ Incidentes dicuntur, quæ competunt Reo etiam ante litem conteſtatam, & ante ſuſceptum iudicium, vt peremptoriæ iuris & facti, quales ſunt exceptiones rei iudicatæ, tranſactionis, iuramenti, conſanguinitatis, vel alterius impedimenti perpetui in cauſis matrimonialibus, pacti de non petendo, & ſimiles &c. Et in his ſubdiſtinguunt.
7 Aut ſunt tales caſus, † quòd criminalis quæſtio ciuili coincidit, vt ſi quis petit centum, virtute inſtrumenti, & opponitur contra inſtrumentum de falſitate. l. iij. C. de ordine cognitionum. vel quæſtio ciuilis criminali coincidit, Vt ſi accuſanti de crimine plagii, propter abductum ſeruum, obiicitur exceptio dominii, hoc eſt, quòd ſeruus fuit abducentium. dicta l. Præſes prouinciæ. C. Ad legem Flauiam, de plagiariis. dicta l. Quoniam Alexandrum. C. de adulteriis. cap. Non eſt credendum. §. Aliquando. c. Prius. §. Qui confitetur. tertia quæſtione vndecima. Et his legibus ſuper vtroque eſt pronunciandum, tam ſuper principali, quàm ſuper exceptione. Aut verò ciuilis coincidit ciuili, & tunc, ſi ſunt diuerſi fori, cognitio principalis & exceptio, vt quia petenti hæreditatem coram Iudice ſæculari, obiicitur exceptio natiuitatis, quòd non ſit legitimè natus &c. Cuius cognitio ad Iudicem eccleſiaſticum pertinet, & hoc caſu prius cognoſcendum eſt ſuper exceptione, quàm ſuper

principali.c.Tuam.j.e.c.Lator, cũ ſimilibus.j.eo.Qui filii ſint legitimi.

¶ Aut pronuntiatio ſuper principali & exceptione, pertinet ad eundem Iudicem: & tũc procedat opinio Bernardi, q.ſ.tantũ pronuntietur ſuper principali & in hoc caſu loquitur text.noſter.&.d.l.j.cum ſimilibus.C. de ordine iudi.

¶ Emergentes exceptiones vocãtur, ſecundum ipſos, exceptiones, quas Reus ante litem motam non habebat, ſed quæ in ipſa lite emergũt, quales ſunt omnes dilatoriæ exceptiões, vt cõtra citationem, contra iudicẽ, contra mãdatũ, cõtra libellum. Item, an dilatio ſit danda, an teſtis ſit recipiendus, an poſitio vel interrogatio facienda eſt vel non &c. Et hoc caſu procedat ſecũda opinio Petri & Martini, quod ſcilicet

8 † ſuper eis pronuntiari debet, priuſquã procedat in negotio principali, q̃a Iudex in principali procedere non poſſet, niſi de his pronũciatũ eſſet. Et in hoc caſu loquitur.l.de qua re.ff. de iud.&.c.Cum ſuper.j.de cauſa poſſ.& propriè. Et tex.in.l.Liberis.§.vlt.ff.de liberali cauſa.

¶ Nec etiam obſtant ſecundum Ioan. & Azo.alia iura, pro ſecunda opinione adducta.

¶ Et primò nõ obſtat tex.in.d.l. Intra vtile, quia tex.ibi nõ loquitur de principali & incidenti, ſed loquitur de antecedenti & conſequenti, vel de cauſa & effectu. Quia antecedens vel cauſa reſtitutionis in integrum, eſt læſio in minori ætate. Qui ergo primò probat læſionem, & quoque minorẽ ætatem, probauit antecedens, ex quo poſt ea ex diſpoſitione iuris neceſſariò ſequitur conſequentia. Quare ſi Iudex pronunciat minorem ætatem probatam eſſe intra ſtatuta tempora, licet cõſequentiam.ſcilicet de reſtitutione nõ addat, tamen non obſtat hoc, ſi poſtea tempus labitur, quia illa conſequentia ex iuris diſpoſitione ineſt, & ſic eſt diuerſus caſus.

¶ Secundò, ſecundum ipſos quoque non obſtat.d.l.iij.ff.de præuaricato. quia ibi diſponit textus de cognitione & pronunciatione & pronuntiatione ſuper exceptione, quæ in vim dilatoriæ oppoſita erat, quia Reus obiiciebat accuſatori exceptionem rei iudicatæ.q.ſ.prius ab eodem crimine eſſet abſolutus.

¶ Sed accuſator huic abſolutioni per replicationem opponit, q prior accuſator præuaricatus ſit, & ſic q abſolutio nõ valeat. Ergo neceſſe fuit de priori præuaricatione primũ cognoſcere & pronuntiare, alioqui non poterit cõſtare, vtrum accuſatio locum habeat, necne. Et ſic licet hæc exceptio in effectu non eſt emergens, ſed incidens, & ſic peremptoria facti & litis finitæ, tamen in vim dilatoriæ, & ſic emergentis, opponitur ante litem conteſtatam. Sed tamen prædictæ diſtinctioni fortiter obſtat tex.in.c.Cum Ioannes.j.de fide inſtru.vbi actio erat omninò ciuilis.ſ.cõdictio certi ex mutuo, & opponebatur exceptio ciuilis.ſ.exceptio compenſationis ex empto. Et tamen pronuntiatur ſuper exceptione peremptoria incidenti & nõ in principali in cauſa appellationis &c.

¶ Sed ad hoc contrarium reſpondetur quod ibi in prima inſtantia tantũ fiebat mentio mutui & emptionis, nec diſputabatur de qualitate emptionis, an fuerit pura vel conditionalis.

Igitur

¶ Igitur Reus per ſententiam condẽnabatur ad tradendam rem vẽditam, à qua ſententia appellauit. Et in appellatione diſputabatur de qualitate emptionis, vbi Actor probauit per inſtrumentum de pura: Reus vero per teſtes de conditionali. Cum ergo hæc incidens quæſtio fuerit principale grauamen appellationis, neceſſario ſuper eo pronunciandum erat, cũ de principali in cauſa appellationis nulla fuerit diſputatio, ſed prior ſententia in aliis approbabatur.

¶ Secũdò poteſt dari ſolutio, quæ in tota hac materia vtilis: ꝙ hic non contẽdimus ſententiam nullã eſſe, ſi ſuper incidenti exceptione pronuncietur, ſed hoc volumus, non requiri de neceſſitate, imò ſuperfluũ eſſe, ſi pronuntietur, cũ ſit quaſi ratio ſententiæ in principali. Quare interdum pronuntiatur ſecundum rei qualitatem, vt in.c. Dilectus, in fin.ſ. de electio. Interdum verò non. Et ſic nota in ſumma, gloſſam appellare hic incidẽtes exceptiones, quæ in vim peremptoriæ poſt litem conteſtatam opponuntur: in his non eſt neceſſe pronuntiare. Emergẽtes verò vocat, quæ in vim dilatoriæ opponũtur, ante litem conteſtatam, ſiue ſint merè dilatoriæ opponuntur, ante litem conteſtatã, ſiue ſint merè dilatoriæ opponuntur, ante litem conteſtatã, ſiue ſint merè dilatoriæ, ſiue peremptoriæ facti & intentionis, quæ dicuntur litis finitæ, & opponuntur ad impediendum litis ingreſſum. De quibus in.c.j.&.ij. de litis conteſta. in.vj. Et in his de neceſſitate ad pronuntiandum eſt priuſquã in negotio principali procedatur. Et tantum de hac glo.

¶ Hinc ſumpta occaſione Pan. hic tractat materiam exceptionũ copioſè; & diſputat vtranque quæſtionem.

¶ Primò, quando debeant vel poſſint opponi & probari.

¶ Secundo, an & quando ſuper eis debeat pronunciari. Et pro intellectu iſtius negotii dicit exceptiones eſſe duplices: Dilatorias, & peremptorias.

¶ Tu pro intellectu totius materię dic poſt Pan. breuibus, ꝙ exceptiones ſunt
9 triplices: † Dilatoriæ, Peremptoriæ, & anomalæ.

¶ Dilatoriæ dicuntur, quæ ad tempus nocent, temporiſque dilationẽ tribuũt & ſunt duplices: Dilatoriæ ſolutionis & declinatoriæ iudicii.

10 ¶ Dilatoria † ſolutionis opponitur ei, qui petit plus tempore, hoc eſt, ante tẽpus petit debitum, ſecundum glo. in.l. Exceptionẽ. C. de proba. cũ ſimilibus. Et quando de tempore oppoſitionis iſtius exceptionis quæritur, dic ꝙ proponitur duobus modis.

¶ Primò ad ꝓceſſum vt.ſ. repellat Actorem ab agendo. Et hoc caſu nõ eſt dubium, quin proponi & probari debeat ante litem conteſtatam. quia eſt merè dilatoria: ante tẽpus tamen Actor agere non poteſt.l. Cõtinuus.§. Cum ita. ff. de verbo. obliga.l. Item quia.§. Huius rei. ff. de pactis.

¶ Aut verò opponitur ad merita cauſæ, hoc eſt, nę condẽnetur Reus ad ſoluendum ante tẽpus. Et de tẽpore propoſitionis ſunt duæ contrariæ opiniones.

¶ Prima eſt, quòd quidem probari & proponi debeat ante litem conteſtatam: & in illa ſententia fuit Petrus, vt recitat Cyn. in dicta.l. Exceptionem.

¶ Alii ſunt, qui volunt, ꝙ ante litẽ cõ-

teſtatam proponi:poſt litẽ conteſtatã verò probari debeat. Et hanc opinionem tenet gloſ.in.c. Exceptionem .ſ. de excep.Glo.iu.c. Si quis Epiſcoporum.iij.q.vj.Et probatur hæc opinio per text.in.d.l.Exceptionem. Et hanc opinionem recitat Inno.in.c.Paſtoralis,de excep.

¶ Tertia opinio eſt,ꝙ poſsit quidem proponi ante litem conteſtatã .nõ tamen de neceſsitate:& poſt litem conteſtatã probari,per tex.in.d.l.Exceptionem,quia tex.ibi,ꝙ ad oppoſitionẽ attinet,loquitur tãtũ de conſilio, & de ꝑbatione tantũ de neceſsitate. Et illã opinionem tenent Inno.Panor.& alii in.d.c.Paſtoralis.Barto.& Bal .in.d.l. Exceptionem, & hæc eſt communior & verior.Et allegat Bal.in.d.l. Exce-

11 ptionẽ, cauſam † ꝙ ordo priuationis eſt,ꝙ eam præcedat habitus.Vnde ꝗa omnis actio eſt habitus,& omnis exceptio priuatio ordo ſecũdũ naturã eſt, vt ſuus probetur, habitus quã priuatio.l.Titio vſusfructus. ff. de condit. & demon.Sed habitus, hoc eſt , actio probari non poteſt ante litem cõteſtatam,ſ.per tot.Vt lite nõ cõteſtata,Ergo nec priuatio.facit. l. Siquidem .C. de excep.Nam licet loquatur de peremptoria,tamen de hac exceptione, ꝗ in meritis cauſæ opponitur, quoq; in-

12 telligi poteſt &c. Exceptio †autẽ excommunicationis licet quoque cõputetur inter dilatorias, tamen Reus in qualibet parte proceſſus eam opponere poterit, ſi tamen malitioſè in principio litis omiſerit, condẽnatur Reus Actori in expẽſis,ſed nihilominus opponere poterit.d.c.Exceptionem .ĩ.de exceptio.

13 ¶ Declinatoriæ † iudicii dicũtur exceptiones,quæ forũ mutãt. Vt quãdo excipitur contra Iudicẽ contra citantẽ contra mandatum cõtra procuratorẽ, contra libellũ &c.Et in his dic breuibus: Aut iſtæ exceptiones competunt Reo ante litem conteſtatam.

¶ Aut verò competunt poſt litem contem conteſtatã,vel perueniũt ad eius notitiam poſt litem conteſtatam.

¶ Primo caſu dic:Aut eſt tale negotiũ ex cuius natura requiritur litis conteſtatio in proceſſu. Et certũ eſt ꝙ hoc caſu procedit diſtinctio & deciſio Azonis,de qua ſuprà in gl.ꝙ.ſ.proponi, & quoque ſuper eis pronuntiari debeat ante litem conteſtatam.per iura ibi allegata.Nã ſi Iudex ſimul ſuper dilatoris procedere vellet proceſſus eſſet nullus,vel poſſet ſaltẽ appellari ab ipſo propter conditionẽ,quę inde ſequeretur,& eſt tex.in.c.cũ Exhibita.cũ ibi notatis.ſ.de iudiciis.

¶ Aut eſt tale negotiũ,in quo nõ requiritur litis cõteſtatio in proceſſu, vt in terminis Cle.Diſpendioſam,de iudic. & Cle.Sæpe,de ver.ſign.Et tunc proponi,& quoque ſuper ea pronuntiari debet,ante illum actum, qui poſt litẽ conteſtatam fieri ſolet, vt antequam teſtes vel probationes recipiuntur, vt c.Inter monaſterium,& quæ ibi notãtur infrà,de re iudicata.

¶ Secundo caſu,quando.ſ.incipit poſt litem conteſtatã competere, vel tum demum ad notitiã rei peruenit,& proponi quoque ſuper ea pronuntiari poteſt,tum quãdo competere incipit,per tex.in.c.Paſtoralis,cũ ibi.ĩ.de exec.c. Inſinuante,de officio deleg.gl.in.c.Si quis Epiſcoporũ.in verbo, Exceptio, iij.q.vj. Quod autẽ ſuprà diximus de

14 exceptione contra procuratorẽ, † Tu dic

dic illam exceptionem eſſe duplicem. Quædam opponitur propter inhabilitatem perſonæ procuratoris. Quædã verò ratione defectus mandati.

¶ Quæ ratione perſonæ opponitur, dicitur, quando talis dicit ſe procuratorem, qui de iure eſſe nonpoteſt, vt Miles, Clericus, excommunicatus &c. Et in his dic, quod quædam ſunt, quibus procuratio ſimpliciter eſt interdicta ipſo iure, vt ſunt excommunicati, reli-
15 gioſi, fœminæ &c. Et contra † illos poteſt opponi exceptio quandocunque, etiam poſt litem conteſtatam. Et eſt ratio, ꝙ illæ perſonæ regulariter etiã in proprijs cauſis non poſſunt eſſe in iudicio. De religioſo eſt tex. in. ca. ij. de poſtu. De excommunicato eſt tex. in. c. Poſt ceſſionem, de probat. d. c. Exceptionem. j. de excep. c. Pia, ſiue. c. j. de except. in. vj. Et notatur in. c. Intelleximus. ſ. iudicijs. De fœmina eſt text. in. l. prima. §. Secundo loco de poſtulando. Quædam verò ſunt, quibus procuratio quædam interdicta eſt, non tamen ipſo iure, ſed ope exceptionis, quales ſunt milites, & Clerici ſeculares: & contra iſtos excipi poteſt tantum ante litem conteſtatam. Quod autem militibus interdicta ſit eſt tex. in. l. Quoniam ſtipendia. C. de procurat.

¶ Quod autẽ miles repelli non poſſit poſt litem conteſtatam, ſi antea exceptio non eſt oppoſita, ſunt tex. in. l. Filiusfamilias. §. Veterani. ff. de procu. & in. l. Ita demum. C. eo.

¶ Idem dicitur de Clerico, quia vter-
16 que, tam † Miles, quã Clericus, poſſunt eſſe in iudicio, in proprijs cauſis, vel ſibi ceſsis. d. §. Veterani. Ratio. autẽ diuerſitatis inter milites, & religioſos, excommunicatos & fœminas, hæc eſt, quia mandatum habent. Eo ipſo autem, ꝙ cõtra ipſos non excipitur ante litem conteſtatam, efficiũtur domini inſtantiæ, per conteſtationẽ litis c. j. §. Licet, de procura. in. vj.

17 ¶ Cum ergo in facto † proprio poſſunt eſſe in iudicio, & per litis conteſtationem procurator fit dominus litis alienæ, ſequitur, quod poſt litis cõteſtationem repelli non poſſit, ſed quod hæc exceptio ante litem conteſtatã opponi debeat. Hæc omnia copioſè habentur & tractantur per gl. & dd. in. c. In noſtra, in verbo, Exceptio. ſ. de pro-
18 cura. Vbi doc. † communiter tenent, quod hæc nõ procedant in militib. noſtri temporis. Tu vide gloſſ. & dd. ſuper Rubri. & in. §. Planè. Inſti. de teſt. milit. Exceptio verò dicitur opponi propter defectum mandati. quando non contra perſonam procuratoris excipitur, ſed ideo, quia non habet mandatum, vel quod habuit quidem
19 ſed eſt reuocatũ: & hæc † dicitur exceptio falſi Procuratoris, & põt opponi ante & poſt litis conteſtationem, imò etiam poſt ſententiã, per tex. in. d. c. In noſtra. ſ. de procu. & ibi gl. & dd. in verbo, Exceptio. notatur per gl. & dd. in. c. Ex parte decani. in verbo, Procurator, ſ. de reſc. Et eſt ratio, ꝙ ſine mandato domini obligare vel aliquid in iudicium deducere non poteſt, ideo reddĩ iudiciũ nullũ, quæ nullitas quocũque tempore opponi poteſt, per no. in. d. c. In noſtra. Et de hoc vide quoq; Bal. & dd. in. l. Licet. C. de procur. Idẽ dic de
20 omnibus † exceptionibus dilatorijs, quæ proceſſum annullant, qualis eſt exceptio incõpetentis Iudicis, q̃ ſemp põt opponi. l. j. & fi. C. Si à nõ cõp. iud.

indica.eſſe di.Et eſt glo.notabilis.& ibi Angel Inſti.de oblig.in prin. in verbo, Secundum . Item qualis eſt exceptio inepti libelli,quæ quoque quandocunque opponi poteſt. Nam certum eſt, quod ſi in criminalibus libellus non eſt bene conceptus, Rei nomen abolédum eſt per tex.in l. Libellorum.§. Quod ſi libelli.ff.de accuſ.Sed abolitio fit tantum poſt litem conteſtatam, quia nomen rei poſt litem conteſtatam tantũ dicitur receptum.l.Adulterium, iunct. glo.in verbo, Inchoatum.C.de adulte. Et faciunt nota.in c.Examinata, ſupra de iudiciis.Iac.Butrig.& Bal.in d.l.Licet.C.de procu. Quare etiam poſt lité conteſtatam contra libellum excipi poteſt de ineptitudine.Et tantum de dilatoriis.

¶Exceptiones peremptoriæ dicuntur, quæ actionem perimunt & elidunt, &
21 ſunt†duplices: Peremptoriæ facti, & peremptoriæ iuris.

22 ¶Peremptoriæ facti †dicuntur,quæ cõpetunt contra eum:qui de facto agit,& cui nulla competit actio, & dicuntur litis finitæ,quia litis conteſtationem impediunt,ſecundum Bar.in.l. Cum quærebatur,in prin.ff.Iudicatum ſolui.c.j. & ij.de litis conteſtatione,quę ſunt primò exceptio rei iudicatæ.d. c.j. de litis litis conteſtatione,in vj.l. Eleganter.§. Si poſt rem iudicatam.ff.de condictio. indebi.Secunda eſt tranſactionis.l.Fratris.C.de tranſact. d. c.j. Neque in fin. ff.de in ius vocand.Tertia eſt præſcriptionis.l.final.ff.Pro ſuo.l. j. in fin. ibi vel longo ſilentio ſopita.ff.Ad Senatuſconſ.Trebellia.l.ſicut,in fine.& l.Omnes.C.de præſcrip.xxx.annorũ. Quarta eſt iuriſiurandi. l. Nam & poſtea,in princ. ff. de iureiur. Quinta eſt exceptio ſolutionis. d. l. Cum quærebatur. §.Proinde.ff.Iudicatum ſolui.Sexta eſt exceptio acceptilationis d.§. Proinde. Septima exceptio confeſsionis iudicialis exceptatæ.l.Vnica,cum ibi notatis. C.de confeſsis.Octaua eſt exceptio renunciationis.l.Poſtquam liti.C. de pactis &c.Vide Doctores ibi,& in d.c.j.& ij.de litis conteſtatione,in vj.& in d. l. Cum quærebatur.ff.de Iudic.ſolut.

23 ¶Et illæ exceptiones† opponuntur bifariam:Dilatoriè,& peremptoriè.

¶Dilatoriè opponuntur,quando ad impediendum litis ingreſſum opponuntur,& tum opponi debet,his verbis.Tibi non competit actio, quia ſolui, igitur peto me abſolui ab inſtantia vel obſeruatione iudicii.Et tum proponendæ ſunt & quoque ſuper eis pronunciãdum ante litem conteſtatam.d.c.primo & Bar.in d.l.Cum quærebatur.Sed hoc caſu requiritur,quod incontinenti probentur,per tex.in d. l. Nam & poſtea. in prin.ff.de iureiu.

¶In vim peremptoriè opponũtur, quãdo in continenti probari non poſſunt, ſed requirunt altiorem indaginem. Et hoc caſu his verbis opponi ſolent:Dico quod non foues iuſtitiam,quia ſolui,& c. Et hoc caſu opponuntur poſt litem conteſtatam d.l.Nam & poſtea,in princip. Bar.in d.l. Cum quærebatur. Doctores in dicta.c.j.& ij.de litis conteſtatione, in vj.

24 ¶Peremptoriæ iuris dicuntur, † quæ opponuntur illi cui quidem competit actio de iure.ſed tamẽ elidi poteſt ope exceptionis,quales ſunt:Doli,quod metus cauſa &c. Et in his ſunt duæ quæſtiones examinandæ,ſecundum Panor. hic.Prima eſt, quando proponi debeãt. Secunda,quando ſuper eis debeat pronun

non

nunciari.

¶ Quod ad primam quæſtionem atti-
net, dic: Aut exceptio peremptoria iu-
ris eſt notoria, vel poteſt alioqui in cō
tinenti probari. Aut non eſt notoria,
nec etiam incontinenti probari po-
teſt.

¶ Primo caſu dic eſſe opiniones, vtrum
ante litem conteſtatam opponi poſsit.
25 Et primò videtur, quod ſic. Nam † quæ
manifeſta & notoria ſunt, in iudicium
deduci non debent. c. Quoniam de filiis
presbyte. Et optimè facit tex. in c. Ab-
bate. §. Præfatus ibi, vtilius tamen vi-
detur, negotia tali expediri compendio
infra de re iudi. in vj. Idem tenet Ioan.
Andr. in d. c. j. de litis conteſtatione in
vj. Bald. in d. l. Poſtquàm liti. ver. Octa
ua exceptio. C. de pactis. Archidiac. &
Domi. Gem. in cap. Vt circa, in verbo
Veriſimiliter infra de electio. in vj. Di
cit enim Dn. Gem. Quod licet exce-
ptio peremptoria non ſit de re finita, ſi
tamen eſt talis, quæ non requirit altio
rem indaginem, ſed eſt in euidenti, ſta-
tim repellit agentem. Idem tenet Ioan.
Andr. in addit. ad Specula. §. dicto de
dilatoriis. ver. Sed an Reus, in verbo,
Dixit Panor. hic.

¶ Cōtrariam opinionem, ſcilicet, quod
etiam notoria vel in continenti proba-
bilis exceptio peremptoria iuris poſt
litem conteſtatam tantum proponi de-
beat, tenēt Innocent. & Felinus in cap.
fin. ſupra de libelli oblatione. Anto. de
Butr. in cap. Super literis, ſupra de re-
ſcrip. Et probatur hæc opinio per text.
expreſſum in cap. primo. & ſecundo in
fra de litis conteſtatione in vj. Vbi tex.
dicit quod nullius exceptionis perem-
ptoriæ obiectio litis conteſtationem
impediat, niſi ſit exceptio litis finitæ.
Secundò probatur per ea quę notat gl.
in cap. Super cauſa, in verbo, Cauſa ſe
cunda quæſtio. quinta & per text. in c.
Literas. §. Præterea, in verbo, In conti-
nenti infra de reſtitu. ſpoliatorum vbi
expreſſe habetur, quod ſi agenti poſſeſ
ſorio opponatur exceptio proprietatis
quæ in continenti probari poſsit tamē
non ſit Reus admittendus, cum tali ex
ceptione, ante litem conteſtatam.

¶ Tu omiſsis ſuperfluis dic breuibus,
ſecundam opinionem eſſe de iure ve-
riorem propter text. in d. cap. primo &
ſecundo infr. de litis conteſtatione in
vj Quia autem prima opinio ſatis con
cludentes & firmas rationes pro ſe ha-
26 bet, dic † Reo conſultum eſſe, qui exce-
ptionem peremptoriam iuris notoriā
vel in continenti probabilem habet,
quod ſtatim in primo termino conte-
ſtetur litem negatiuè, & ſtatim poſt cō
teſtationem proponat notorietatem ex
ceptionis, vel in continenti probet. Et
obſeruatur hoc modo proceſſus iuris,
ſecundum ſecundam opinionē; & quo-
que ſatisfit rationibus primæ opi-
nionis.

27 ¶ Aut exceptio † peremptoria litis non
eſt notoria, eſt in continenti probabi-
lis, & non eſt dubium, quin poſt litem
conteſtatam proponi debeat. d. c. j. & . ij.
de litis conteſt. in vj. Sed hoc caſu ſunt
duæ quæſtiones examinandæ. Prima
eſt, quando opponere poſsit. Secunda,
quando opponere debeat. Circa primā
quæſtionem dic: Aut Reus nouit inten
tionem Actoris de iure fundatam eſſe,
vt quia ſcit Actorem habere ipſius chi
rographum ſuper certa ſumma &c. Et
conſilium legis eſt, vt cōteſtetur litem
affirmatiuè hoc eſt fateatur debitum.
Et ſuper iſtam confeſsionem Actoris

Intentio probata eſt, poſtea ipſe Reus in continenti opponat exceptionem peremptoriam iuris, ſcilicet pacti de non petendo, vel ſimilem, & eam probet per text. in l. Siquidem. §. Si verò. C. de excep. Aut Reus dubitat de fundata intẽtione Actoris, & dic quòd poſt litem conteſtatam poterit & debet proponere. Et hoc caſu dic, aut vult proponere ante ſententiam, aut poſt ſententiam. Primo caſu dic, aut ſtatim proponit, priuſquam Actor intentionem ſuã fundat, aut vult proponere tum demũ, quando Actor intentionem ſuam fundauit, & atteſtationes publicatæ ſunt, ſi ſtatim proponit ante fundatam intentionem Actoris, & non habet dubiũ propoſitio. Sed de tempore probationis diſputatur. Dic ergo hoc caſu: Aut Actor conſentit, & poterit Reus eam quoque probare, priuſquam Actor ſuã intentionem fundauerit, per text. in l. Circa. ff. de probatio. Licet fatuus ſit ſe hac probatione arcendo. Quia ſi Actor actionem ſuam non probaret, abſolueretur ſimpliciter, etiam ſine probatione alicuius exceptionis. l. Qui accuſare. C. de edendo. d. l. Siquidem, in prin. Aut actor non conſentit, ſed dicit ſe prius probare velle intentionem ſuæ actionis. Aut ſumus in caſibus, in quibus Iudex de ſimplici & plano procedere poteſt. & eſt certum, quod Iudex Actori & Reo ſimul, etiam Actore inuito, poterit vtriq; præfigere terminum eundem ad probandum iura ſua. Cle. Sæpe, cum ibi nota. de verb. ſignific. Et ita quoque tenent Ioan. Cald. & Panor. hic, Aut ſumus in aliis caſibus in quibus proceſſus & ordo Iuris ſeruari debet, & dic: Aut Actor nullum intereſſe poteſt prætendere, quare Reum non velit admittere ſimul ad probationem ſuæ exceptionis, & Iudex debet Actorem & Reum ſimul admittere, non obſtante contradictione Actoris, præſertim ſi Reus Actoris intentionem fatetur. Ita tenẽt Caldc. & Pet. hic, quos refert & ſequitur Panor. Idem Anton. de Butr. hic, & hoc fit propter faciliorem expeditionem litium & facit ad hoc tex. in d. l. Circa, cum ibi nota, Sed tamen Reus hoc caſu non poterit impedire Actorem in ſua probatione, niſi vellet in continenti probare per inſtrumentum, vt notat Speculator & ibi Io. Andr. in. §. Probare autem. ver. Sed vbi vterq; in tit. de probatio. Aut actor poterit prætendere aliquod intereſſe, vt quia teſtes ſui venerunt de longinquo, & vnus eſt examinatus vel ſimile quoddam, & Actor præfertur, quia prius prouocat Argu. l. Qui prior. ff. de iudic. c. Cùm dilectus, infr. eo. & Panor. hic. Si verò non ſtatim proponit poſt litẽ conteſtatam, ſed poſt publicatas atteſtationes Actoris, Et dubium eſt, vtrum cum propoſitione & probatione Actoris admitti debeat. Et videtur quòd non, per glo. in l. ij. in verbo, Feratur. C. Sententiam reſcindi non poſſe. Et hoc potiſſimum procedit, ſecundum gl. ibi ſi vult probare per teſtes, quia poſt didicita teſtificata timetur de ſubornatione teſtium. Cle. ij. de teſtibus, &c. Tu omiſſis ſuperfluis dic poſt Doctores breuibus: Aut Reus proponendo exceptionẽ vult probare directè contrarium illius quod Actor probauit, & non admittitur. Cle. ij. de teſtibus. Eſſet autem directo contraria, vt delegitimitate & illegitimitate, de præſentia & abſentia, de furore & ſana mente, de actu ſpontaneo & coacto, de virginitate & corruptio-

prio

ptione,&c.ſecundum glo.in d.Clem.ij. in verbo, Directo. Et in hoc caſu loquitur glo.in d.l.ij.C. Sententiam reſcindi non poſſe. Aut non vult probare directè contraria, ſed diuerſa, vt quia Actor probauit matrimonium. Rea probare vult conſanguinitatem impedientem vel diſſoluenté matrimonium. Ité Actor probauit præſcriptionem, Reus vult probare interruptionem præſcriptionis & admittitur, quia nulla timetur ſubornatio.e.de teſtibus, & quæ ibi notantur infra de teſtibus. Et faciũt notata per gloſſ. in verbo, Exceptionem in l.Officium. ff. de rei vendicat. Idem decidunt Barto. Bald. & Paul.de Caſtr.in dicta.l. ſecunda & Panormit. hic. Et hæc vera ſunt, quando publicatio facta eſt legitimè, hoc eſt, partibus præſentibus, vel ſaltem citatis, & congruo loco & tempore, ſecundum nota. Barto. in Auten. Qui ſemel, in tertia colum.C.de probatio.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet Reus 28 vult † opponere peremptoriam poſt ſententiam, dic: Aut non eſt à ſententia definitiua appellatum, aut eſt appellatum. Si non eſt appellatum, & ſubdiſtingue: Aut ſententia eſt nulla, Aut eſt valida. Si nulla eſt, & opponi poſſunt, 29 † quia paria ſunt, non eſſe pronunciatum, vel nulliter pronunciatum. l. j. & ſecunda. C. Quando prouocare non eſt neceſſe. Si verò valida eſt, & dic: Aut exceptiones non ſunt contra, ſed præter ſententiam. Aut ſunt contra ſententiam. Primo caſu dic: Aut ſunt meræ exceptiones, vel mixtæ. Si ſunt meræ exceptiones, hoc eſt, quæ tantum in modum exceptionis opponi poſſunt, non autem in modum actionis, quales ſunt exceptiones inuentarii, item collationis bonorum, hoc eſt, ſi Reus in petitione hæreditatis condemnatus opponit ſe non teneri vltra tenorem inuentarii. Item quod Actores teneantur conferre, quæ acceperunt, & admittuntur tales exceptiones etiam poſt rem iudicatam. Item, ſi maritus condemnatur in ſolidum ad reſtitutionem dotis, quoniam condemnari debebat, in quantũ facere poterat &c. l. Ex diuerſo. §. Si in iudicio. ff. Soluto matrimonio. l. Si ſoror. C. de collat. Bald. in dicta lege ſecunda. C. Sententiam reſcindi non poſſe. Si verò ſunt mixtæ exceptiones, hoc eſt, quod in modum exceptionis opponi poſſunt, & ſi omiſſæ fuerint, poſtea per modum actionis in Iudicium deduci poſſunt, qualis eſt exceptio compenſationis, quæ in modum exceptionis opponi poteſt: & ſi fuerit omiſſum, poteſt per modum actionis peti, & quoque habet locum hæc exceptio poſt ſententiam niſi ante ſententiam fuerit oppoſita, & reprobata, vel quia debitum non fuit probatum lege. Quod in diem. §. Si rationem. ff. de compenſatio. An autem ſententia 30 lata ſuper † tali exceptione faciat præiudicium, ſi illud idem per modum agendi iterum in Iudicium deducitur, vide copioſiſsimè Bartol. in lege Qui Romæ. §. Duo fratres, in quinta oppoſitione. ff. de verborum obligationib. & quæ notantur in lege prima. C. de ordi. cognitio. Et Innocentius in cap. finali infra eodem titulo de Ordine cognitionum.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet exceptiones ſunt contra ſententiam, & dic: Aut Reus eſt miles, & tunc, ſi ante ſententiam omiſit peremptoriam, poterit poſtea opponere. l. prima. C. de iuris & fa

- & facti igno. Aut non eſt miles,& dic: Aut exceptio eſt introducta in merum fauorem opponentis, vt Senatuſconſulti Velleiani. Aut in merum odium agentis, vt Macedoniani. Item excommunicationis &c. Et quoque admittitur poſt ſententiam.l.Tamen,& ibi gl. in verbo,Tamen, & ibi glo.in verbo, Tamen.ff.Ad Senatuſconſ.Macedo.c. Exceptionem,infr.de excep. Aut exceptio neque in fauorem,neque in odiũ introducta eſt,& dic:Aut Reus condẽnatus eſt minor,& tunc,ſi impetrauerit reſtitutionem in integrum,& poteſt opponere poſt ſententiam.d.l. Peremptorias.quæ eſt.l.ij.§. Quòd ſi aliter, iuncta glo.in verbo,Permittitur,& ibi Bar Bald.Paul.de Caſt.& alii.C. Sentẽtiam reſcindi non poſſe. Aut Reus eſt maior.xxv.annis,& non poterit opponere,quia ſententia,à qua non eſt appellatum,facit ius inter partes.d.l.Peremptorias verſi.Nam iudicatum,l. j.§. fi.&.l.iij.in princ.ff.de lib. agnoſ. Aut

3 eſt appellatum† à ſententia, Et diſtingue: Aut eſt appellatum ab interlocutoria, Aut definitiua, Primò dic,aut eſt ſimplex & mera interlocutoria,aut verò eſt talis interlocutoria,contra cuius grauamen non poteſt eſſe conſultum per appellationem à definitiua ſequenti,ſi eſt mera interlocutoria,quæ ſcilicet tantùm in illo caſu præiudicat, nõ autem in aliis,vt puta quòd Iudex fortè aliquam exceptionem non admittit, vel ſimile quid,dic.

Aut lata eſt contra præſentem, aut verò contra abſentem. Si contra præſentem,Et dic. Aut Iudex à quo nõ voluit audire probationes grauati in prima inſtantia,& poterit hoc in ſecunda inſtantia probari.d.l.Ait prætor.§. Permittitur.verſ.Quid tamen.ff.de mino. c.Interpoſita,infr.de appella. Aut non recuſat audire,& tunc ſi ex facto aduerſarii noua exceptio vel allegatio oritur,& poterit appellatio ex ea iuſtificari,& impugnari.Arg.l.Tale pactum.§. Qui prouocauit.ff.de pact.Et.l.Si manifeſtus.§.Tam diu.ff.de condi.fur. Et ita decidit Bald.in.d.l.Per hanc. C. de temp.& repa.appel. Aut ex facto aduerſarii nulla oritur exceptio. Et certum eſt,quòd in proſecutione appellationis nulla exceptio proponi vel probari poteſt,quæ in prima inſtantia non fuit oppoſita. Nam appellatio ab interlocutoria iuſtificatur propter grauamẽ,quòd Iudex contra legem intulit. Ergo neceſſe eſt quòd illud grauamen ſit in actis prioris inſtantiæ. Alioqui ſequitur neceſſariò,ſi in actis primæ inſtantiæ non eſt quòd nullum ſubſit grauamen,quare appellatio non valeret. Igitur ſine dubio iſtiuſmodi appellationes tantùm ex actis primæ inſtantiæ, ſine adiectione alicuius nouæ cauſæ vel exceptionis, iuſtificari debent,per text.in Clemen.Appellanti,cum ibi nota.per glo.& dd.de appellatio. Barto.in l.iij.ff. de appella. recipiendis,& in.l. Ait prætor.§.Permittitur,& in.l. Intra vtile.ff.de Mino. Bar. Bal.& alii in.l. Per hanc.C.de tempo.appella. Aut talis interlocutoria lata eſt contra abſentem,& ſic contra contumacem,& tunc poſſunt nouæ cauſæ & exceptiones in ſecunda inſtantia allegari & probari, quibus ſcilicet contumaciam excuſet, & quare in iudicium venire non debuerit.Arg.l.Non videtur.ff. de Iudiciis. Et eſt ratio,ſecundum Bar. quia Iudex debet inquirere veritatem pro abſente,Aut Qui ſemel.C.Quomodo & quãdo Iu

do Iudex. Quod ſi Iudex non fecerit, permittitur parti coram Iudice appellationis hoc allegare. Ita decidit Bart. in. d. l. Ait prætor. §. Permittitur. Et tantum de mera interlocutoria.

Quæ autem diximus de appellatione ab interlocutoria, Tu extende ad appellationes à grauaminib. illatis vel cõminatis, ſecundum Card. in. d. Cle. Appellanti. & facit. c. Cùm ceſſante, infr. de appel, & c. j. infr. de appella. in vj. Si verò non eſt mera interlocutoria, ſed talis contra cuius grauamen non poteſt conſuli per appellationem à definitiua, quod varijs modis fieri poteſt. Vt ſi pronunciatur minorem in integrum reſtituendum, vel non reſtituendum eſſe. l. Intra vtile. ff. de mino. Secundò, quando eſt talis interlocutoria, quæ ſtatim mandatur executioni. d. l. Ait prætor. §. Permittitur. ff. de mino. Tertiò, Si ex interlocutoria ſequeretur irreparabile damnum grauata, vt ſi pronunciatur, quòd poni debeat ad torturam. l. ij. ff. de appella. recipiendis, Item ſi appelletur à ſecundo decreto, vel ab interlocutoria banni &c. De quibus caſibus Bart. & dd. in. d. l. Inter vtile, & d. l. ij. ff. de appella. recipiendis. Et in talibus interlocutorijs idem ſeruandum eſt, quod

32 in definitiuis, quia †eſt eadem finalis ratio. l. Illud, in princ. ff. Ad. l. Aquil. Et ita decidit Bald. in. d. l. Per hanc. Bar. in l. Eius qui, verſ. Quartò quæro. ff. de appel. recipiendis.

Aut appellatur à definitiua, & dic, aut quæris, vtrum in cauſa appellationis, & ſic in ſecunda inſtātia, nouæ exceptiones, quæ in prima inſtantia non ſunt propoſitæ, proponi & probari poſſint. Aut verò quæris, vtrum exceptiones in prima inſtantia propoſitæ, non tamen probatæ, in ſecunda inſtantia probari poſſint. Ad primam quæſtio-

33 nem hoc modo reſponde: Aut ſunt †exceptiones omnino nouæ, quæ ſcilicet ex illis non oriũtur, nec cõiunctæ ſunt quæ apud Iudicem à quo propoſitæ erant. Aut ſunt quidem nouæ & prius non productæ, ſed tamen ex prioribus dependentes, hoc eſt, quòd ex his oriuntur, quæ prius in prima inſtantia productæ ſunt. Primo caſu dic, quòd exceptiones omnino nouæ, & cum prioribus non cohærentes, in ſecunda inſtantia non admittuntur, per tex. in. d. l. Per hanc. C. de tempo. appel. c. Fraternitatis, iuncta glo. ibi, in verbo, Nouis, infr. de teſtibus. c. Cùm Ioãnes. §. Igitur, ibi quod & ſi eſſet nouum Capitulum &c. iun. §. fi. infr. de fide inſtru. Et eſt ratio

34 †quia Iudex appellationis non debet ſe intromittere de nouis quæſtionibus cùm officium ſuum ſit pronunciare appellationem eſſe iuſtam, vel iniuſtam vt not. glo. in. c. Et qui, in glo. fi. ij. q. vj.

35 Sed nunc eſt quæſtio, quodnam †dicatur omnino nouum capitulum? Et in hoc ſunt multæ & variæ opiniones. Bart. in. d. l. Per hanc, dicit quoſdam tenere, quòd hoc colligatur tribus cõcurrentibus, ſcilicet tempore, re, & cauſa. Et addit poſtea, quòd nouitas, quæ ex tempore colligitur, duplex fit: ex cauſa de præterito ante ſententiam: & ex cauſa noua poſt ſententiam. Si eſſet de præterito, poſſet deduci in ſecunda inſtantia, quia in primam deduci potuiſſet. Si verò ex cauſa omnino noua, oritur, non poſſet deduci. l. Non poteſt. ff. de iudicijs. Re dicunt eſſe nouum capitulum, vt quia Actor in primo iudicio petijt equum, In ſecunda inſtantia bouē, vel Reus ita diuerſimodè excepit.

Cauſa

Cauſa dicitur nouum capitulum, vt quia in primo Iudicio dictū eſt de furto. In ſecunda inſtantia de rapina. Vel in primo de mutuo. In ſecundo de commodato.

Sed tu omiſsis ſuperfluis, dic poſt Bal. in d.l. Per hanc, regulam infallibilem eſſe. Quòd ſi Actor vel Reus vtitur in ſecunda inſtantia talibus allegationibus, vel exceptionibus, quibus non obſtaret exceptio rei iudicatæ ſi à ſententia non fuiſſet appellatum, tunc iudicantur eſſe omnino noua capitula, vt puta, quòd Actor in ſecunda inſtantia non petit idem corpus, quod in prima, nec eandem quantitatem, nec idem ius, nec ex eadem cauſa, neque ex eadem conditione perſonarum. Et Reus in ſecunda inſtantia non excipe-ret de eodem corpore, de quo prius, nec de eadem quantitate &c. Sed in omnibus circunſtantijs eſſet diuerſitas: tunc haud dubiè eſſet nouum capitulum. l. Cùm de hoc, cum ſequentibus. ff. de exceptio. rei iud. Et ponit Bal. in d.l.

36 Per hanc, quædam † exempla in ſpecie. Primò, ſi Reus in ſecunda inſtantia opponeret exceptionem nudi pacti ex interuallo oppoſiti ad nouam cauſam, & ad aliam obligationem. l. Iuriſgētium. §. Quinimo. & l. Si vnus. §. Pactus. ver. Non enim. ff. de pact. Secundò, ſi in prima inſtantia probatum eſſet præſcriptionem completam fuiſſe, & Reus in ſecunda inſtantia vellet opponere de interruptione, vel de ſciētia quondam rei alienæ, vt notatur in c. fi. in c. fin. infra. de præſcrip. &c. Hæc quidem in ſe vera ſunt, ſed non congruunt regulæ ſuprà traditæ, Ideo dic exempla eſſe facilia, & primùm in Actore. Vt ſi in actione Reali in drima inſtantia petijt fundum Titianum. In ſecūda petit fundum Tuſculanum. In actionibus perſonalibus petijt primùm cētum ex cauſa mutui. In ſecunda inſtantia petit ex cauſa depoſiti. In Reo autē poſſunt dari talia exempla ſecūdum Bal. vt quia in prima inſtantia oppoſuit exceptionem pacti de non petendo, præſcriptionem, vel ſimilem. In cauſa appellationis vult opponere exceptionem compenſationis, quod non poteſt, primùm ideo, quia habet vim reconuentionis. l. Neque ſcriptura. C. de compenſa. Secundò ideo, quia hæc exceptio non eſt impugnatiua ſententiæ. Nam licet allegetur & probetur debitum, & petatur compenſatio, inde non ſequitur, quòd Iudex in prima inſtantia malè pronunciauerit, quare non pertinet ad appellationem, quæ prætendit iniuſtitiam pronunciationis.

Poteſt enim actus iniuſtus eſſe reſpectu materiæ, non tamen reſpectu Iudicis primò pronunciantis, ſecundum gloſſ. in l. Eos, in verbo, Vel iniuſtam. C. de appellatio. &c.

Alia exempla vide apud Baldum. in d.l. Per hanc.

Secundo caſu, quando ſcilicet loqui-

37 mur de articulis, † qui quidem noui ſunt, ſed ex prioribus dependentes, & dic ſecundum Cyn. Bald. Paul. de Caſt. Bartol. in d.l. Per hanc. Innocen. Panor. & Feli. in d.c. Fraternitatis, pro intellectu iſtius materię, quòd ex parte Actoris omnis articulus, & omnis actio vel intentio, quæ cauſam & actionem propoſitam reſpicit, dicitur pendere ex veteribus. Et econtrà ex parte Rei omnis exceptio, quæ actionem propoſitam reſpicit, dicitur pendere ex veteribus. Et in ſumma, ſecundum Baldum, quæcunq;

quæcunque procedunt ſiue mediatè, ſiue immediatè, ex aliquo fonte, ſeu principio productiuo, pertinent ad originem, de qua loquitur lex noſtra, & poſſunt allegari & probari in cauſa appellationis.

Exemplum in Actore. Pone, Titius vendicauit domum ideo, quia ad eum pertineat iure dominij. ſine expreſsione cauſæ remotæ, in proceſſu, vult probare dominium ex cauſa donationis, nõ probat. ſed ſuccumbit, ideò appellat. & in cauſa appellationis vult probare dominium ex cauſa emptionis & traditionis &c. Iam eſt nouum capitulum, dependet tamen ex prima Actione. l. Et an eadem. §. Actiones. ff. de exceptioni. rei iudicatæ. c. Abbate ſanè, de re iudicata, in vj.

Exemplum in Reo. Pone, Titius petit à Seio cẽtum ex cauſa mutui: Seius opponit exceptionem compẽſationis, quòd ſcilicet ipſe Actor ſit ei obligatus in centum, ex cauſa emptionis, quia vẽdiderit domum. Seius condemnatur ad tradendum, & appellat in cauſa appellatiõis, proponit nouam exceptionem, prius non deductam, ſcilicet quòd hæc venditio non fuerit pura, ſed conditionalis. Eſt nouus articulus, ſed ex prioribus dependens. c. Cùm Ioannes. cum ibi notatis, infr. de fide inſtrumentorũ.

Quid nunc iuris ſit in his, dicemus, Dic

38 ergo: Aut illa noua capitula † ſunt tales qualitates, quòd ex viſceribus priorum negociorum immediatè dependent. Aut ſunt qualitates, quę hoc modo ex prioribus non dependent, reſpiciunt tamen cauſam, & actionem propoſitam. Primo caſu dic: Aut illæ qualitates inſunt ex diſpoſitione Iuris. de ſubſtantia actus, & ſic de neceſsitate facti & probationis: & tunc, ſi in prima inſtantia omiſſæ ſunt, in ſecunda ſuppleri nõ poſſunt. Exemplum. Ex iuris diſpoſitione ineſt, quòd præſcriptio longi temporis x. annorum requirit titulum. l. Super longi. C. de præſcriptione x. vel xx. annorum. l. Nullo. C. de Rei vendica.

Si nunc Reus in prima inſtãtia probaſſet bonam fidem, & continuam poſſeſsionem, omiſiſſet autem titulum, & in ſecunda inſtantia vellet probare titulum, non admitteretur, quia titulus de ſubſtantia iſtius præſcriptionis eſt. Idem dicendum eſt de præſcriptione contra ius commune c. j. de præſcript. in vj.

Et ita decidunt Innocen. Ioan. de Imo. Pauor. & Felin. in d. c. Fraternitatis. Bar. in Auten. Qui ſemel. C. de teſtibus.

Aut non inſunt ex diſpoſitione Iuris, ſed tantùm de neceſsitate facti. non autem probationis: & in prima inſtantia omiſſæ, in ſecunda repeti poſſunt. Exemplum, Neceſsitas facti requirit, quòd mutuum fiat certo tẽpore, & conferatur ſolutio ad tempus. Probatio autem illius temporis non eſt de neceſsitate, quia mutuum ſine tempore probari poteſt, vt notatur in l. Teſtium. C. de teſtib.

Quare ſi in prima inſtantia mutuũ probatum eſt ſine tempore, poterit in ſecunda inſtantia tempus probari, quia additur ad præcedentia. facit ad hoc textus. in c. Ex tenore, infra de teſtibus.

Secundo caſu, quando ſcilicet illa noua capitula non ſunt qualitates, quę ex prioribus dependent, reſpiciunt tamen actionem propoſitam. Et ſic ſunt talia,

talia, quæ adeſſe & abeſſe poſſunt. Et dic. Aut ſunt actus cum prioribus coniuncti, aut ſeparati.

39 ¶ Coniunctos † actus vocamus, vt ſi in contractu emptionis eſſet adiecta promiſsio, quòd cautio duplæ præſtari nõ debeat. l. Pacta. ff. de contrahen. empt. Vel ſi in venditione excipiantur ruta cæſa &c. l. Fundi. §. Si ruta. ff. de actio. empti. Item vtrum contractus fuerit purus, conditionalis, vel in diem. Et poſſunt illæ qualitates in prima inſtãtia omiſſæ, in ſecunda deduci & probari, per text. expreſſum in d. c. Cùm Ioannes, cum ibi notatis, infr. de fide inſtrumentorum. Bart. & dd. in d. Auten.

40 At qui ſemel. C. de probat. Actus † ſeparatos vocamus, vt ſi Actor in prima inſtantia oppoſuit exceptionem pacti de non petendo; quam non probauit. In ſecunda inſtãtia opponit exceptionem præſcriptionis. Vel in prima inſtantia oppoſuit exceptionem ſolutionis. In ſecunda opponit exceptionem acceptilationis. Et hoc caſu dic. Aut talis exceptio competebat Reo, tempore primæ inſtantiæ, non tamen opponebat eam. Aut in prima inſtantia non competebat, ſed in ſecunda incepit competere. Vt quòd Actor poſt ſententiam & appellationem fecit Reo pactum de non petendo &c. Si in prima inſtantia cõpetebat & omiſſa erat, opiniones ſunt, vtrum in ſecunda deduci & probari poſsit. Et videtur primò, quòd eam deducere & probare in ſecunda inſtantia non poſsit, quia eſt omnino nouum capitulum, & à prioribus ſeparatum. d. l. Per hanc, iuncta gl. in verbo, Nouum, vbi expreſsè habetur, quòd nouæ exceptiones nõ ſint admittendæ. Secundò, certum eſt, quòd Reus excipiendo fit Actor. l. j. ff. de except. l. In exceptionibus. ff. de probat.

41 Sed in cauſa appellationis † nec res, nec cauſa, nec actio mutari poteſt, vt notat Spec. in. §. Qualiter. verſic. Quid ſi lis, in tit. de ſententia. Ergo exceptio quoque non poteſt mutari, cum à parte Rei exceptio vocetur actio. Tertiò, in ſecunda inſtantia Iudex pronunciat in prima inſtantia bene vel malè pronũciatum eſſe: Sed ſi Reus in prima inſtantia condemnatus eſſet, ideo, quia exceptionem propoſitam non probauit, & in ſecunda opponeret aliam exceptionem, & probaret eam, nõ tamen poſſet Iudex appellationis pronunciare in prima inſtantia malè pronunciatum fuiſſe, cùm ſuper illa exceptione prius non deducta pronunciari non potuiſſet. Si autem pronunciaretur bene eſſe pronunciatum, nihil operaretur exceptionis obiectio, & ſic in ſumma mutaretur figura Iudicii, quod fieri non debet. Ita decidit Bald. in d. l. Per hanc, poſt gloſ. ibi.

¶ Contraria opinio eſt, quòd imò quælibet exceptio quandocunque poteſt opponi, nec arctatur Reus ad vnam exceptionẽ fauore defenſionis, etiamſi litem eſt conteſtatus ſuper ea. l. Nemo ex iis, ff. de reg. iuris.

¶ Tu dic poſt Cynum in d. l. Per hanc, ſecundam opinionem eſſe veriorem, quia inter Actorem & Reum eſt ma-

42 gna diuerſitas, † quod ad rem iudicatam attinet. Nam licet Actor, qui ex vna cauſa egit, & ſuccubuit, non admittatur, in ſecunda inſtantia, aliam cauſam deducere, vt ſi egit ex cauſa depoſiti in prima, & in ſecunda deduceret cauſam commodati, vt notatur in d. c. Abbate. Tamen hoc non mul-

tum obeſt ipſi, quia de nouo poterit agere ex illa cauſa omiſſa, nec obſtat ei exceptio rei iudicatæ.d.l.Et an eadem. §.Actiones.ff.de except.rei iudi.Quod non eſt in Reo, quia ſi Reus omiſit in prima inſtantia aliquam exceptionem, & condemnatur, & ſententia tranſit in rem iudicatam, tunc perpetuò eſt exclusus, nec poterit ea exceptione vti; quare admittendus eſt, ſi modò maliosè oppoſitionem prius non omiſerit. per ea quæ notantur in c.Exceptionem,infr.de except.Et ita decidunt Iacob.& Cyn.in d.l.Per hanc.Nec obſtat quod dictum eſt, Iudicem non poſſe pronunciare in prima inſtantia malè pronunciatum eſſe &c. Quia gloſſ.in dicta.l.Eos, in verbo, Iniuſtam, & ibi Bar.ad hoc reſpondet,quòd imò Iudex poteſt ſic pronunciare. Nam licet in prima inſtantia nulla fuerit iniquitas à parte Iudicis, tamen fuit iniquitas ratione partis, cùm in priori ſententia vicit, qui vincere non debebat, per d. gloſ. Ita quoque non obſtat, quod dictum eſt, iſtiuſmodi exceptiones prius non deductas eſſe in noua capita, &c. Quare licet non dependerint ex prioribus exceptionibus, tamen reſpiciunt priorem actionem, hoc eſt, eandem, & non aliam actionem elidere conantur, quare dicitur pendere ex veteribus, & admitti debet, ſecundum Bart.& Bald. in d.l.Per hanc.

¶ Si verò exceptio peremptoria in prima inſtantia non competebat, ſed in ſecūda incepit competere, & idem dic, quod iam dictum eſt, quòd ſcilicet opponi & probari poteſt, per rationes ſuprà adductas. Et ita decidunt Iacob. de Ro.Azo.Cyn.& Bald.in dicta.l.Per hanc.& faciunt notata in dicto.c.Abbate,de re iudicata,in vj.Et tantum de nouis capitulis.

¶ Nunc verò examinabimus ſecundam quæſtionem principalem, vtrum
45 †exceptiones in prima inſtantia propoſitæ,non tamen probatæ, in ſecunda inſtantia iterum opponi & probari poſſint. Et in hac quæſtione dic: Aut appellans vult probare per teſtes, Aut verò per inſtrumenta. Si per teſtes, dic: Aut teſtes ſunt examinati coram arbitris,Aut verò coram Iudicibus. Si coram Iudicibus, & ſunt opiniores, vtrum admitti debeant. Et primò videtur,quòd nouæ probationes in iſtiuſmodi articulis poſsint fieri per teſtes, per tex.in l.Eos.§.Si quid autem, cum §.ſeq.C.de appellat. Et ponit tex.in d. l.Per hanc,rationem,ſcilicet vt pleniore ſubueniatur veritatis lumine, quod Bald.ibi declarat, ſiue ſemipleno, ſiue pleno lumine apparet in prima inſtantia probatum, adhuc plenius & verius probari poſsit &c. Nec obſtat, ſecundum Legiſtas, quòd dicitur teſtium productionem poſt didicita teſtificata, prohibitam eſſe propter timorem ſubornationis &c.Quia Cyn.& Bart.in d. l.Per hanc,reſpondet ad hoc,quòd prohibitio teſtium poſt didicita teſtificata,ſit facta ex duabus cauſis cōiunctim. Primò propter timorem ſubornationis. Secundò propter identitatem inſtantiæ, quia in alia inſtantia poſſunt recipi.l.fin.cum ibi nota.C.de teſtibus. Sed cauſa appellationis eſt alia inſtantia à prima.l.Ita demum, cum infinitis ſimilibus. C.de procuratoribus. Cùm ergo hic altera ratio ceſſet, ſequitur quòd diſpoſitio quoque non habeat locum. Præterea iſta ſubornatio eſt tantùm imaginaria,non autem neceſſaria,

& habet locum coram eodem Iudice, non autem diuerſis, & in alia cauſa. Eſt enim cauſa appellationis alia cauſa à prima, non diuerſitate materiæ antiquæ, ſed diuerſitate Iudicii, & materiæ nouæ, id eſt, iniquitatis ſententiæ. Et cùm Iudex appellationis ſit maior & terribilior, veriſimile eſt, quòd diligentius examinabit teſtes, & arcebit ſubornationem. Et hæc eſt ferè omnium Legiſtarum antiquorum & Modernorum opinio, vt referunt Cyn. Bart. & Bald. in d. l. Per hanc. Felin. & alii in d. c. Fraternitatis.

¶ Contrariam opinionem tenent Canoniſtæ, per textum expreſſum in cap. Fraternitatis, de teſtibus, vbi expreſsè habetur, quòd in ſecunda inſtantia tantùm ſuper nouis capitulis ab antiquis dependentibus teſtes examinari debeant, non autem ſuper antiquis, hoc eſt, ſuper his, ſuper quibus prius teſtes ſunt producti. Et ita concludunt communiter Canoniſtæ, vt notat Felinus in d. c. Fraternitatis.

¶ Bald. & quidam alii in d. l. Per hanc, dicunt, quum Ius Ciuile & Canonicum pugnent, quòd Ius ciuile ſit ſeruandum in foro Imperii: Ius Canonicum verò in terris Eccleſiæ, iux. nota. in c. Poſſeſſor, infr. de reg. iur. in vj.

¶ Tu omiſsis ſuperfluis poſt Doctores hoc modo diſtingue.

¶ Aut ſumus in proceſſu inquiſitionis, Aut verò accuſationis vel actionis.

44 ¶ Si in inquiſitione, † vbi ſcilicet Iudex ex officio procedit, & poſſunt teſtes etiam ſuper eodem capitulo in ſecunda inſtantia repeti, quia in Iudice ceſſat timor ſubornationis, Ipſe enim ſemper & ante publicationem dicta teſtium nota habet. Et eſt de hoc textus in cap. Cùm clamor, infrà de teſtibus. Et hinc eſt quòd in cauſis criminalibus talis repetitio ex officio ſemper locum habet. l. Diuus, el ij. verſic. Igitur. ff. de cuſtod. & exhibitio. Reorum. Panor. Felin. & alii in dicto c. Fraternitatis. Bart. & alii in Auten. Qui ſemel. C. de probationib.

¶ Aut non ſumus in cauſa inquiſitionis, ſed vbi ipſæ partes volunt producere teſtes, Et dic.

45 ¶ Aut ſumus † in cauſis matrimonialibus, & poteſt fieri alia productio, quia in illis non attenditur teſtium publicatio. cap. Series, iuncta gloſſ. in verbo, Iuri contraria, & quæ ibi notantur infrà de teſtibus. Bald. in Auten. Si hæres. C. de litigioſis. Innocen. in cap. Veniens, el. j. infrà de ſponſalibus. Panormita. & Felin. in dicto cap. Fraternitatis. Idem dicendum eſt in aliis caſibus, vbi de periculo animarum tractatur, ſecundum Anto. de Butr. & Felin. in d. c. Fraternitatis.

¶ Aut non ſumus in matrimonialibus, nec cauſis conſcientiarum, ſed in cauſis ciuilibus, Et diſtingue.

¶ Aut teſtes non ſunt ritè recepti, vt quia non iurauerunt &c. c. Tuis, infr. de teſtib. vel partes non citatæ, & poſſunt in ſecunda inſtantia iterum repeti,

46 etiamſi producens didicerit: quia † non videtur factum, quod nulliter factum eſt. l. Hæc conditio, la. j. ff. de conditio. & demonſtratio. l. Non putauit. §. Non quæuis. ff. Bonor. poſſeſ. contra tabu. Et notatur in cap. Cùm cauſam, infrà de teſtibus. Et eſt textus expreſſius, ſumpto argumento à contrario ſenſu, in Clement. ij. de teſtibus. Bartol. in l. Qui per ſalutem, in fine. ff. de iureiurando. & in d. Autent. Qui ſemel. C. de probationi

tionibus. Doctor.in d.l.Per hanc. Panor.& Felin.hic.

¶ Aut ſunt ritè recepti, hoc eſt, omnia obſeruata, quæ in proceſſu debebant ſeruari,& dic. Aut in prima inſtantia atteſtationes non erant perfectæ & abſolutæ,vtputa,quòd articuli tantùm exhibiti, teſtes autem nondum producti erant, & poſſunt in ſecunda inſtantia produci, quia ceſſat ratio ſubornationis, vt notat Felinus, in dicto cap. Fraternitatis.

¶ Aut verò atteſtationes erant abſolutæ, & omnes teſtes ritè examinati, & dic. Aut atteſtationes non ſunt publicatæ in prima inſtantia : Et non eſt dubium, quin in ſecunda ſuper iiſdem articulis alii teſtes examinari poſsint, quin ceſſat ratio ſubornationis.

¶ Aut atteſtationes ſunt publicatæ in prima inſtantia, & tunc, ſi teſtes non ſunt examinati in perpetuam rei memoriam, ſed ordinario modo poſt litem conteſtatam, & dic. Aut publicatio eſt inutiliter facta, vt die feriata, vel partibus non citatis.Et tunc,ſi producens didicit atteſtationes, non admittitur productio ſuper iiſdem articulis in ſecunda inſtantia, quia militat timor ſubornationis. Ita decidunt Cardinalis & Zenze.in dicta Clement.ij. de teſtibus. Collector Rotæ in antiquis, concluſione.lvij.incipiente: Item nota quòd vbi teſtes.Feli.in dicto cap. Fraternitatis.

¶ Aut non didicit teſtificata, & admittitur in ſecunda inſtantia ad aliam productionem : quia non videtur factum,quod nulliter eſt factum. dicta l. Hæc conditio. dicta l. Non putauit, cum ſimilibus.gloſſa in cap.Cùm cauſam,infrà de teſtibus. dicta Clementina ſecunda. Bartolus in dicta Autent. Qui ſemel. Felinus, cum multis concordantiis.in dicto c.Fraternitatis.

¶ Aut publicatio eſt vtiliter facta, hoc eſt,omnibus adhibitis,quæ in publicatione requiruntur.Et tunc,ſi Iudex dolo properauit ad publicationem, ideo vt per hoc præriperet parti alios teſtes,& quoque admittitur producens, vt notat Ioannes Andr.& in dicto cap. Fraternitatis,modò non didicerit teſtificata.

¶ Aut nullus deprehenditur dolus Iudicis in publicando, Et dic: Aut atteſtationes caſu perditæ ſunt, ita quòd examinatio non reperitur,& adhuc admittuntur alii teſtes in ſecunda inſtan-
47 tia,quia paria † ſunt, quid non comparere.cap.fina.iuncta gloſ.in verbo, Alioqui,infr.de probationib.l.fin.C.de fide inſtrumentor.Bartol.in d.Auten. Qui ſemel.

¶ Aut non ſunt perditæ, & tunc ſi producens ante publicationem per Iudicem fuit iniuſtè impeditus in ſua productione, & in ſecunda inſtantia iterum admittitur,ſecundum Ant.de But. in c.Tam literis,infr.de teſtibus.& Feli.in d.c.Fraternitatis.Si verò non fuit impeditus,& dic: Aut teſtium examinatio in prima inſtantia eſt negligenter facta, & tunc, ſi hoc accidit culpa partis producentis, vt quia articulos impertinentes vel non concludentes propoſuit, & in ſecunda inſtãtia aliud examen non admittitur.c.Per tuas, infrà de teſtibus.Bal.in c.Si enim domino,quid ſit inueſt.in vſib.feud.Felin.in d.c.Fraternitatis.

¶ Aut hoc non accidit culpa partis, ſed Iudicis, vt quòd ſuper interrogatoriis partis aduerſæ, teſtes non interro-

gauit, vel ita examinauit, quod ipſorũ dicta ſunt confuſa, obſcura, nec ſufficiẽter intelligi poſſunt &c. Et poterit Iudex ex officio de nouo examinare. d.c. Per tuas. & .c. Cũ clamor validus. ĩ.de teſti. Bal. & alii in.d.l. Veluti. ff. de edẽdo. & in.d.c. Si enim domino. facit gl. in. §. Quia verò, in verbo, Nõ habebit, in Auten. de teſtibus, coll. vij. Spec. in. §. Iam de interrogatoriis. ver. Item cautè, in tit. de teſtibus. Aut in examinatione nulla poteſt deprehendi negligentia culpa Iudicis, ſed ſunt diligenter examinati, & inſtãtia periit, vt propter ineptitudinem proceſſus. c. Examinata. ſ. de iudiciis. Vel propter lapſum triennii, vt. l. Properandum. C. de iudiciis. Vel morte delegari &c. & quoquè de nouo admittuntur, per ea notãtur in. c. Cum veniſſent. ĩ. de teſtibus. Feli. in. d. c. Praternitatis.

¶ Aut inſtantia non eſt perempta, & dic: Aut teſtium repetitio per beneficium reſtitutionis in integrum obtinetur. vt quia Minor, vel Eccleſia reſtituitur, vt ſi teſtes inhabiles, vt excommunicati, fint producti, producente ignorãte inhabilitatem, tunc ceſſante cauſa inhabilitatis. vt excõmunicatione, vel ſimili, poſſunt reproduci, vt notatur in. d. c. Auditis. ſ. de integrum reſti. Ludo. Ro. ſuper Rub. de arbitr. in in. iij. col.

¶ Aut reſtitutio poſt publicationem in ſecunda inſtantia non impetratur per viam reſtitutionis in integrum.

¶ Et dic: Aut partes conſentiunt vtrinque, ꝙ alia productio fieri debeat, & admittitur, quia hoc in eorum fauorẽ introductum eſt, cui renuntiare poſſunt, per vulgaria, niſi cauſa eſſet ſuper materia tangente publicum bonũ capitu. Si diligenti ſuprà de foro cõpetenti.

¶ Aut partes vtrinque non cõſentiũt: & tunc, ſi teſtes in prima inſtantia producti dixerint ſe nihil ſcire, & poſt ſunt alii teſtes in cauſa appellatiõis denouo producti, q̃a ceſſat timor ſubornationis, ſecundum Bald. in. d. c. Si enim domino. Et Felin. d. c. fraternitatis.

¶ Aut affirmatiuè depoſuerũt de ipſorũ ſciẽtia, & dic. Aut eſt cauſa inqua teſtes nõ poſſunt deponere de veritate, ſed de credulitate, ſecũdũ peritiã artis, & tũe, neq; publicatio neque ſentẽtia obſtat, quia teſtes peritiores ſemper poſſunt aſſumi, ſecundum Baldum Io. de Imo, & Pan. in. c. Cauſam. ĩ. de proba. cum ſimilibus.

¶ Aut non depoſuerunt de peritia artis, & tunc, ſi producens poteſt docere ſe non didiciſſe atteſtationes, nec perfectè legiſſe nec intellexiſſe, & admittitur ad aliam productionem, ſecundum Dn. Ge. in. c. Cum perſonæ, in fi. princ. ĩ. de priuilegiis, in. vj. idẽ Inno. Bal. & alii in. c. Vltra tertiam. ĩ. de teſtibus.

¶ Aut producens non poteſt docere ſe teſtificata non intellexiſſe, & tunc, ſi per rei euidentiam poteſt probari cõtrarium, & admittitur.

¶ Vt ſi teſtes dixerint quem gladio interfectum, & oſtẽditur corpus nõ eſſe alicui vulneratum, ſecundum Spec. in §. Videndum. ver. Hoc quoque. in tit. de proba. Bal. in. l. Si quis teſtibus. in fi. C. de teſtibus. Nunc autem quæritur, quando non ſumus in proceſſu inquiſitionis, ſed in iudicio ordinario, & non in cauſis matrimonialibus nec conſcientiarũ, & teſtes ſunt ritè recepti

Atte

Atteſtationes quoque in prima inſtantia perfectè abſolutæ,& quoque vtiliter publicatæ, nec etiam deprehenditur dolus vel culpa Iudicis in examinando vel publicando,nec etiã priores atteſtationes perditæ erant,& prior inſtantia non periit,neque etiam petitur repetitio teſtium per viam reſtitutionis in integrum,& teſtes quoque in prima inſtantia affirmatiuè depoſuerunt non de credulitate,ſecundum peritiam artis, ſed de ſcientia in aliquo facto.

¶ Et partes vtrinque non conſentiunt vt iterum repetantur, & tamen producens ſiue appellans ſuper iiſdem articulis in ſecũda inſtantia eoſdem vel alios teſtes producere vult,vtrum admittatur? & dic, ꝙ non, per text. in d. Clem. ij. de teſtibus. Nec obſtat ꝙ ſupra dictum eſt,illam Cle. pugnare cũ legibus ciuilibus,ideo non ſeruandam eſſe in foro ciuili &c. quia reſpõdetur ꝙ nõ pugnat,cũ in Iure ciuili nuſquã reperiatur iure cautum: ꝙ ſuper iiſdẽ articulis poſt publicatas atteſtationes, iidem vel alii teſtes examinari debeãt ſed iura ciuilia, vt. d. l. eos &. d. l. Per hanc, loquuntur de capitulis nouis ex prioribus deſcendenti. Opiniones quidem hac de re fuerunt ante. dd. ſed clarus tex. in Iure ciuili non extat,ſed certum eſt. ſi inter Legiſtas & Canoniſtas ſunt opiniones ſuper aliqua quæſtio-

48 ne,ideo † quia tex. expreſſus nõ extat & tunc,ſi Papa vel Imperator illud decidit per legem vel Canonem, hæc deciſio ſeruanda eſt in vtroque foro. vt notatur in. c. Licet ex ſuſcepto, in verbo, Vacante imperio. ſ. de for. comp. & in. c. Per venerabilem. §. Rationibus. j. Qui filii ſint legitimi. & in. c. Rainutius, de teſtamentis. Anto. de But. Ioã. de Imo, Pan. & alii, in. c. Super literis, j. de reſcri. Panor. in. c. Cum tempore. ver. Sed ex quo. ſ. de arbi. Vide Fel. in d. c. Fraternitatis. Si vero teſtes fuiſſent examinati in perpetuam rei memoriam, & iterum poſſent examinari in perpetuam rei memoriam, & iterũ poſſent examinari, quia ad aliud producuntur & exminantur,ſecundũ Specula. in. d. §. Satis vtiliter. ver. xvij. quę omnino vide, & quæ notant. dd. in. c. Significauit. & c. Albericus. j. de teſti. & Panor. in. d. c. Fraternitatis. Et tantum de examinatione teſtium, coram Iudice facta.

49 ¶ Aut teſtes † ſunt examinati coram arbitro,& fortè compromiſſum finitũ eſt,vel condẽnata non vult ſtare laudo. & ideo ſoluit pœnam,& cauſa peruenit ad Iudicem,vtrũ illi teſtes corã arbitro examinati & publicati,poſtea coram Iudice reproduci poſſint. Et in hoc caſu diſtinguit tex in. l. fi. C. de teſti. hoc modo.

¶ Aut in compromiſſo expreſſum eſt, quid hoc caſu ſeruari debeat,& ſeruãdum eſt.

¶ Aut non eſt expreſſum & tũc, aut teſtes ſunt mortui,& ſtatur corã Iudice dictis ipſorum coram arbitro factis.

¶ Aut non ſunt mortui, & producens reproducere non poteſt, ſed is contra quem producti erant,poterit reproducere d. l. fi. C. de teſtis. Et allegat Bald. ibi cauſam diuerſitatis inter Iudicem & arbitrum, quòd coram Iudice facilius mentiuntur, quã coram arbitro, cum Iudex teſtes cogere poſſit, Arbiter verò non item. Si autem teſtes forte ab aliis honeſtis perſonis recepti eſſent, qui nec iuriſdictionem, vt Iudex, nec

nec cognitionem, vt arbiter, haberent tunc enim indiſtinctè poſſunt repeti, quia hoc examen nullum habet effectum. ſecundum Bal. in d. l. fi. C. de teſtibus. Et tantum de probatione, quæ fit per teſtes.

¶ Nunc autem eſt quæſtio, vtrum in ſecunda inſtantia, & ſic in cauſa appellationis quis poſſet producere inſtrumenta ſuper iiſdē articulis prius propoſitis, non tamen probatis. Pro intellectu iſtius quæſtionis dic, duo eſſe conſideranda. Primum eſt, vtrum poſt publicatas atteſtationes, antequā tamen in cauſa concluſum eſt, inſtrumenta produci poſsint. Secundò, vtrū poſt concluſionem in cauſa produci poſsint. Sed in examinatiōe & reſolutione primæ quæſtionis quoque duo ſunt conſideranda.

50 ¶ Primum eſt † vtrum Iudex præfixerit terminum ad producendum, & elapſo termino produci non poſſunt. Secūdò, ſi Iudex nullū terminum præfixerit, vtrū publicatis atteſtationibus produci poſsint, Quando Iudex pręfixit terminum ad producendum, & infra illum terminum non ſunt producta. In cauſa tamen nondum cōcluſum eſt, an admittatur productio. Et in hac quęſtione ſunt varię opiniones

¶ Prima eſt opinio Speculatoris, in §. Videndum. verſicu.

¶ Quid ſi data. de dilationib. quod non ſit admittenda, quia Iudicis dilatio fieret eluſoria, quod eſſe nō debet. Per vulga. Idem tenet Ioan. And. in c. Cum dilectus, infra de fide inſtrumento.

¶ Contraria opinio. ſ. ꝙ ante concluſionem in cauſa ſimpliciter admitti debeat inſtrumentorum productio, videtur probari per tex. expreſſum in d. d. c. Cum dilectus. & facit ad hoc text. in l. j. §. Edenda. ff. de ædendo. Et eſt ratio, ꝙ hoc caſu ceſſat timor ſubornationis.

¶ Secūdò, per tale genus probationis non differtur negotium: & hanc opinionem tenet Io. de Imo. in d. c. Cū dilectus.

¶ Aliam opinionē tenet Bar. in l. Mācipiorum. ff. de optione leg. qui dicit, tum demum admittendam eſſe aliam productionem inſtrumentorū, ſi producens iurauerit de nouo ad eius notitiam perueniſſe, alias non admittitur, per tex. in c. Paſtoralis. j. de except.

¶ Bald. in d. c. Cū dilectus, hoc modo diſtinguit.

¶ Aut nullus eſt ſtatutus terminus à Iudice, & valet productio ante concluſionem ſimpliciter.

¶ Aut eſt ſtatutus terminus, & ante litem conteſtatam, & iterum valet productio, quia termini deſignatio non valet.

¶ Aut eſt ſtatut' poſt lit. cōt. & tūc, ſi hoc factū eſt cū cauſæ cognitione & non valet productio poſt terminum, quia terminus peremptorius perimit. Aut ſine cauſæ cognitione, datus eſt terminus, & tunc, ſi eſt nimis breuis, & valet productio poſt terminum, tā teſtium quàm inſtrumentorum. c. Inſtrumentorum. c. Indultum. j. de reg. iur. in vj. Aut non eſt nimis breuis, & non eſt admittēda productio poſt terminum, non diſtinguendo, ſiue ſit terminus datus ſimpliciter ad probandū, vel in ſpecie ad producendū inſtrumēta. Et dicit ita intelligi debere, ꝙ nota. in glo. Clemen. ſæpe. in verbo, Non obſtante, de verbo. ſignifi. & per Spec. in

in.d.§.Videndum. verſicu. Sed quid ſi data.

¶ Aliam diſtinctionem ponit gl.in.d. Cle.Sępe,in verbo, Non obſtante,hoc modo.

¶ Aut ius aduerſarii eſt læſum propter lapſum termini, vt quia teſtes perierunt, quibus inſtrumenta producta potuiſſent reprobari,ſi in termino fuiſſent producta,& tunc admitti non debeat alia productio. Si autē ius aduerſarii eſſet illæſum, tunc admittenda eſſet alia productio poſt terminum.d. c.Cum dilectus,facit tex.in.l.Iudices, cum autentica ſeq.C.de iud.

¶ Primum membrum iſtius diſtinctionis non habet dubium,ſed de ſecundo dubitatur.ſ.quando ius aduerſæ partis illæſum eſt, vtrum alia productio admittatur, & ꝙ valeat hoc caſu alia productio, videtur probari per text. expreſſum in.d.l.Manciplorum. ff.de optione lega,quia ibi expreſſè habetur,quod Iudex ſtatuit legatario terminum ad eligendum ſeruum, cū tali comminatione,ꝙ poſt terminum audiri non debeat,& tamen dicit textus ſi ius hæredis poſt illum terminum,ad huc eſt integrum,hoc eſt,ſerui non vēditi &c.eligere poſſit, & eſt optimus text.in.c.Si tibi abſenti.de præbendis in.vj.vbi lapſus termini ad acceptandum beneficium,non nocet re integra & eſt gloſſ.in.c.Ex publico.in verbo, Infra duorum.ī.de conuer.coniugatorum.& facit tex.in.l. Is qui. ff.de ceſſione bono.& in.c.Licet,de procur.in vj.Idem decidunt Cyn.& Bald.in.l. Si ea.C. Qui accuſare poſſunt, & multi alii eandem opinionem tenent.

¶ Contraria opinio,ſcilicet quòd etiā re integra,& quando ius partis aduerſæ illæſum eſt poſt terminum peremptorium talis inſtrumentorum productio non admittatur, videtur verior Nam cauſa finalis iſtius prohibitionis eſt,ne lites in longum trahantur ſine cauſa. Igitur iura certos terminos peremptorios probationibus ſtatuerunt.l.j.in fi.C.de dilatio.l.ij.in fi.C. Vt intra certum tempus actio criminalis terminetur. Quare licet res à parte aduerſarij ſit integra tamē is terminus peremptorius non potuit operari effectum:iudicium enim prorogatur contra naturam dilationis, & de hoc videtur eſſe tex.in.l.Scire oportet.§.j.ff.de excuſa.tuto. Et probatur hoc per tex.expreſſum in.c. Communia.cum ibi not.ī.de in integrum reſtitu.vbi expreſſè habetur,ſi Eccleſię eſt terminus peremptorius ad probandū aſsignatus,poſt terminum non auditur,niſi in integrum reſtituatur. Ergo vbi non habet locum reſtitutio in integrum ex cauſa,non habet locum productio. Et iſtorum omnium ratio eſt,

51 ꝙ iſta † termini aſsignatio eſt quædam interlocutoria, per quam Iudex tacitè videtur pronuntiare,quod poſt terminum nō audiatur.l.Si ea.C.Qui accuſare poſ.quæ interlocutoria,quo ad partes,tranſit in rem iudicatam.l. Titia.ff.de accuſa.c. Significauerunt. ī.de teſtibus. Quare ſequitur, quod pars aduerſa poſt talē termini præfixionem, tanquam per interlocutoriā acquirit ius,hoc eſt,quod amplius cōuinci non poteſt, quod ipſi ſine eius cōſenſu auferri non poteſt. Et ad hoc optimè facit,quod ſi tales cauſæ ſunt, quòd probatio in prima dilatione expediri non poteſt,ſolent à Iudicè tū,

quando prima dilatio nondum finita eſt,aliæ dilationes impetrari,interdum ſecunda, interdum tertia &c. ex cauſæ cognitione,cum ſimilibus.l.final. ff. de dilatio. Et hoc tantum locum habet, quando atteſtationes non ſunt publicatæ. Poſt publicationem autem Iudex aliam dilationem non dat, vt habetur & notatur in cap. Vltra tertiam, infra
52 de teſtibus. Quare cùm ante † finitam primam dilationem aliam non petierit & per hoc aduerſarius cenſeatur pro ſe habere rem iudicatam, & quoque atteſtationes publicatę ſunt,ſequitur quod alia probatio non ſit admittenda. Et hanc opinionem tenet Archidiaconus in c.Iudicantem.xxx.q.quinta. Specula.in dicto.§.Videndum. Barto. in d.l. Mancipiorum.Fel.& Panor.in d.c. Cũ dilectus.& multi alii,quos refert Fel.in d.c.Licet cauſam.

¶ Tu in hac materia hoc modo diſtingue:

¶ Aut poſt terminum & poſt publicationem producens inſtrumentum allegat id de nouo, & ſic poſt publicationẽ ad eius notitiam perueniſſe.

¶ Aut de nouitate nihil allegat,nec etiã negat quod in termino habuerit.

¶ Primo caſu ſunt opiniones qdã enim decidunt, quod admittatur, ſi iuret de nouo ad eius notitiam perueniſſe. Ita decidit Ioan.de Imo. in d.c. Licet cauſam.Bar.in d.l.Mancipiorũ. ff.de optione legata.Specul.in titu.de exceptio.§. Dicto.ver.Vtrum& mouentur per tex. in d.c.Paſtoralis.

¶ Contrariam opinionem,ſcilicet quod non ſtetur producentis iuramento, refert Panor.in d.c.Paſtoralis, tenere Cõpoſtel.in c.Cum ſicut,ſupra de electio. Qui reſpondet ad d.c.Paſtoralis, quod loquatur tantum de exceptionibus dilatoriis,in quibus tantum prȩiudicium non vertitur,ſicut in peremptoriis,quę per inſtrumenta probantur. Quare timendum eſſet, quod producẽs propter grauitatem præiudicii de facili deierar-
53 ret,& † iuramentum ſuſpecto non eſt deferendum.c.Clericos,infra de cohabita.cle.& mulierum.

¶ In hoc membro dic poſt dd. in Cle. Conſtitutionem,de electio.& Panor.in d.c.Paſtoralis.

¶ Aut ſumus in termino ante ſententiam definitiuam.Aut poſt ſententiam.

¶ Si ante ſententiam,& dic:Aut producens allegat hoc de nouo ad eius notitiam perueniſſe, quod prius non erat publicum, & tunc, aut eſt inſtrumentum, quod in ipſius præſentia conditũ erat, & ſic vbi verſatur factum ipſius proprium,& non admittitur cum iuramento,quia factum proprium indagare debebat.c.Nulli,ibi nota.infr. de electio.in vj.Aut abſente conditum erat, & quia eſt inſtrumentum antiquum,& tunc:Aut aduerſarius probat aliqua ex quibus oritur præſumptio, quòd ante terminum & publicationem ſciuerit,& non admittitur cum iuramento,ſed tenetur probare quædam, ex quibus viciſsim præſumitur ignorantia,& poſtea admittitur cum iuramento.c. Innotuit,iuncta glo.in verbo,Ignorantiam, ſuprà de electio.

¶ Aut aduerſarius non probat aliquid, vnde præſumptio colligi poſsit, & admittitur cum iuramento d. c. Paſtoralis.Præſumitur enim enim ignorantia, donec probetur ſcientia.c.Præſumitur de regu.iuris, in. vj. Si verò prius erat publicum, quod producens dicit de nono ad ipſum perueniſſe,& tenetur pro-

bare

bare ſe fuiſſe in tali loco, quod veriſimiliter potuit ignorare, & admittitur cum iuraméto, per tex. in c. fi. infr. Qui matrimonium accuſare poſſunt.

¶ Ita decidunt Canoniſtæ, & præſertim Panor. in d. c. Paſtoralis. Cardi. in Clem. Conſtitutionem. §. Cæterum, de electio.

¶ Si verò ſumus in terminis poſt ſententiam definitiuam, & dic:

¶ Aut ſententia tranſiuit in rem iudicatam, vt quia non eſt appellatum ab eo. Aut vero non tranſiuit in rem iudicatam.

¶ Primò caſu dic: Aut ſententiam præceſsit iuramentum, Aut non præceſsit Primo caſu dic: Aut Iudex propter defectum probationum detulit parti iuramentum neceſſarium, propter quod Iudex motus fuit condemnare vel abſoluere Reum, & tunc, ſi inſtrumenta nouiter reperta talia ſunt, quod ea ſola ſine aliis probationibus ſufficiunt, & admittuntur ad retractationem talis ſententiæ, in odium peierantis. l. Admonendi, in verſi. Quibus nunc ſolis vſurus ſit iuncto. §. ſeq. ff. de iureiur. quod & glo. ibi, in verbo, Noua, expreſsè hoc modo decidit, quam ſequuntur Bartol. Fulgo, Iaſo, & alii, Licet quidam contradicant.

¶ Si verò talia inſtrumenta ſola non ſufficerent, & non admitterentur poſt ſententiam, quia ſecundum Barto. ibi illa probatio poſt ſententiam tantum admitti debet, in qua producens non fuit negligens, & ſequitur hoc Dn. Iaſ. ibi. Aut iuramentum neceſſarium ſententiam non præceſsit, † ſed conuentionale, ſiue Iudiciale, & non retractatur ſententia prætextu inſtrumétorum de nouo repertorum, quia iſta iuramenta ſiunt partibus conſentientibus & habét ſpeciem quandam tranſactionis, per tex. in d. l. Admonendi, in fi. quem glo. hoc modo intelligit. Et ſequuntur hãc gloſſ. Bar. Pau. de Caſt. Alexã. de Imo. Dn. Iaſo, & alii. Idem dic de tranſactio

55 ne † quæ prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum, quoque non poteſt retractari. l. Sub prætextu, cum ſimilibus. C. de tranſactio. Aut nullum iuramentum præceſsit ſententiam, & dic:

56 † Aut dolus interuenit à parte obtinentis ſententiam, & ſubuenitur cuilibet condemnato per inſtrumenta de nouo reperta. Ita decidit glo. in l. Imperatores, in verbo, Ex cauſa. ff. de re iudicata. Et facit ad hoc textus in l. Si fideiuſſor. §. In omnibus, & ibi gloſſ. in verbo, Ceſſat. ff. Mandati, & facit quod notat Cy. l. j. in iiij. oppoſi. C. de condictio. indebiti, vbi dicit. Quòd ſi aliquis per ſententiam fuit condemnatus ad ſoluendum, puta ex mutuo, & poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam ante vel poſt ſolutionem, inuenit inſtrumentum quietationis vel ſolutionis, & ipſe Actor fuit Reus doli, quia ſciebat ſolutionem factam, ſuccurritur condemnato per illa inſtrumenta nouiter reperta. d. §. In omnibus. Et ita quoque decidunt Pau. de Caſtr. Dn. Iaſo, & alii, in dicta l. Imperatores. ff. de re iudi. Aut nullus dolus interuenit, & tunc, ſi per ſententiam victus probare poteſt, ſe non habere facultatem producendorum inſtrumétorum quia nouit quidem ſe inſtrumenta habere, ſed tamé illo tempore forte ſubtracta ſunt Argumen. l. Si mater, in princip. ff. de exceptio. rei iudicatæ. Idem tenet Bar. in l. prima. C. de ſentent. aduer. fiſcum latis, libro decimo. Et ſequuntur Aug.

Ioan.de Imo.Rapha.Cu.Pau. de Caſt. Alex.de Imo.Bal.& Sal.in d.l.Sub prę textu.Alexã. de Imo.& Dn.Iaſo,in d.l. Imperatores, vbi dicunt quod litigator qui ſuſpicatur ſententiam cõtra ſe fer ri,debeat eſſe cautus,quod ante ſententiam latam alleget, ſe non poſſe producere inſtruméta de iuribus ſuis,eo quia ſunt deperdita, vel ea habere nõ poteſt Nam poſtea lata ſententia, ſi reperit illa inſtrumenta de nouo,poterit contra ſententiam venire,quod dicunt eſſe notandum.Aut de inſtrumentis ante ſententiam nihil conſtabat, ſed poſtea inuenta ſunt:& tunc ſi eſt cauſa Reip. Ecclesiæ,pupilli,furioſi vel prodigi &c.& poteſt ſententia retractari prætextu iſtorum inſtrumentorum.d.l. Imperatores,cum ibi nota.per glo.Bar.Iaſonẽ & alios,glo.in l.Sub ſpecie.C.de re iudica. Si verò cauſa eſt alicuius hominis priuati maioris,& ſanæ mentis, nõ retractatur ſententia prætextu talium inſtrumentorum.d.l. Imperatores. d.l. Sub ſpecie.Et hoc adeo procedit, quod etiamſi Reus in cauſa criminali & capitali condemnatus fuerit, & poſt ſententiam inſtrumenta reperta fuerint, ex quibus ipſius innocentia probari poteſt,Tamen non retractatur ſententia, quæ in rem iudicatam trãſiuit, ſed Imperator poteſt vel pœnam mutare, vel in integrum reſtituere,per text.expreſſum in l.Diui fratres.ff.de pœnis,Quẽ textum.Barto.ibi dicit perpetuo notandum.Idem dicit Dn.Iaſo,in d.l.Admonendi,in prin.In caſibus autem in quibus inſtrumenta nouiter reperta admittuntur,hæc obſeruanda ſunt,de quibus ſuprà diximus ante ſententiam hoc eſt, quod iureiurando affirmet producens ſe nouiter inueniſſe &c.

¶ Si vero eſt appellatum à ſententia,& idem dic,quod ſupra diximus in termi nis, quando ante ſententiam poſt lapſum termini vel cõcluſionem in cauſa inſtrumenta reperta ſunt per tex. in c.Vt circa.§.Alioqui, cum ibi nota. de electio,in vj.Et tantum de inſtrumentis nouiter repertis.

¶ Quando autem producens non allegat,quod inſtrumentum de nouo inue-
57 nerit,nec etiam negat,† quod tempore productionis habuerit,& vult poſt terminum à Iudice præfixum producere, dic: Aut Iudex præfixit terminum in actionibus extraiudicialibus,& tunc re integra,poſt lapſum termini admittitur, vt fiat, quod ante terminum fieri debebat, & in hoc caſu loquuntur d. L. Mancipiorum. ff.de optione lega. & d. c.Si tibi abſenti,cum ſimilibus de præbendis in vj.& glo.in d.Clemen.Sæpe, in verbo.Non obſtante,de verb. ſigni. Aut Iudex præfixit terminum in actibus iudicialibus & dic:

¶ Aut ſumus in criminalibus, & ante ſententiam,vel quidem poſt ſententiã, à qua tamen eſt appellatum: & poterit Reus ſuam innocentiam quandocunque probare per inſtrumenta,Argu. d. l.Diui.ff.de pœnis vbi dicit Barto. expreſſè,ex hac lege,credo,quod poſt concluſionem cauſæ & poſt teſtium publicationem admittatur probatio per inſtrumenta in cauſis criminalibus ſicuti etiam teſtium receptio locum habet Idem decidit Bar.in l.j.§.fina.ff.de quęſtionibus. Quæ autem ſit ratio iſtorũ, vide in apoſtillis ibi. Idẽ tenet Panor. in d.c.Cùm dilectus.

¶ Aut ſumus in ciuilibus, & tunc ſi ſumus in cauſis, in quibus Iudex procedit ex officio. & tunc ſi Iudici videtur expe

expedire,poſſunt poſt terminũ, & poſt concluſionem in cauſa produci quia Iudici nunquam præcluditur in cauſa,ſed ſemper vniformiter viget eius officiũ vſque ad ſententiam incluſiuè.Nam ſecundum Iaſ.in dicta.l.Admonendi, cõcluſio in cauſa dicitur renunciatio probationum, quam faciunt partes, per quod vinculum manus Iudicis ligari non debẽt,Argu.c. Cum clamor, infra de teſtibus.l.Si vnus.§.Ante omnia. ff. de pactis.Et ita quoque decidit Panor. in d.c.Cum dilectus.

58 ¶Aut Iudex non procedit ex officio, & tunc,ſi datus eſt † terminus nimis breuis ſine cauſæ cognitione,& valet productio poſt terminum. c. Indultum, de regulis iuris in ſexto. Aut non eſt nimis breuis terminus,vel quidem abbreuiatus,cum cauſæ tamen cognitione,& non admittitur poſt terminum productio,& ita procedit opinio Baldi,ſuprà relata,& probatur hoc per text. in lege Scire oportet.§. primo. ff. de excuſat. tuto. cap. Coram ſupra de reſtitut. in integrum.Et eſt ratio,quod talis termini aſsignatio eſt quædam interlocutoria,per quam Iudex tacitè videtur pronunciare,quod poſt terminum non audiatur,& ſunt quoque aliæ rationes,vt ſuprà diximus circa vltimam opinionem.Et ita decidunt,vt ſuprà diximus, Archidiaco.in c.Iudicantem.xxx.quæſtio.quinta Specula.in dicto. §. Videndum. verſi. Quid ſi data, de dilationibus.Bar.in dicta.l.Mancipiorum.Feli. & Panormit. in dicto cap. Cum dilectus,& multi alii, quos refert Felin. in dicto capitulo. Licet cauſam, infra de probationi. Et tantum de inſtrumentorum productione,quando Iudex terminum ad probandum aſsignauit.

59 ¶Quando autem Iudex † non aſsignauit terminum ad probandum, tunc poſſunt inſtrumenta indiſtinctè produci. vſque ad concluſionem in cauſa, per text.expreſſum in dicto capitulo.Cum dilectus.infra de fide inſtrumentorum, quem textum Panormita. & alii intelligunt procedere in caſu,quando à Iudice non eſt terminus præfixus. Poſt concluſionem autem , hoc eſt , quando renunciatum eſt probationibus, etiam hoc caſu non admittitur, ſecundum gloſſ. in dicto capitulo. Cum dilectus &c. Reliqua vide apud dd. hic & præſertim Panor.

Innocentius.III.Epiſcopo Nouarienſi.

CVm dilectus filius Abbas de Ferentillo, de nobilibus viris, dominis de Artone,depoſuerit quæſtionem, quòd manu armata , & cum exercitu ad caſtrum monaſterii venientes in prædiis animalium, & aliis damnificare dictum cœnobium præſumpſerunt, de quibus iuſtitiam ſibi fieri poſtulabat. Et circa litis conteſtationem ſub forma exceptionis fuit ex aduerſo reſponſum:quòd per ipſius dolum & violentiam caſtrum Si rati amiſerãt,quod etiam progenitores eorum tenuerant,& ipſi

ipſi poſſederant in quiete: ſibi petentes prius reſtitui, quàm petitionibus ipſius responderent, præſertim cùm teſtes haberent præſentes, per quos intentionem ſuam in continenti probare volebant. Verùm ex parte Abbatis fuit taliter replicatum, quòd ab eo reſtitutio peti non poterat, qui non fuerat ſpoliator: præſertim cùm dictum caſtrum ad ius & proprietatem ſui monaſterii pertineret: quod etiam pars aduerſa nullatenus denegabat: vnde verus dominus, ad quem ab alio res ſua poſſeſſa reuertitur, etiam poſt tempora longiora retentionis debeat commodum obtinere, & Iudicium reſtitutorium contra ſpoliatorem tantùm competerę dignoſcitur, & infrà. Nos autem diſtinguendum eſſe credimus, vtrum ſpoliationis quæſtio ab eiſdem nobilibus ſit obiecta in modum actionis ad reſtitutionem petendam: an in forma exceptionis ad intentionem aduerſarij repellendã, cùm ea in modum actiõis propoſita intelligantur mutuæ petitiones ſe ſe tanquam diuerſę minimè continentes: ac per hoc iuxta regulam Iuris, quæ dicitur: Qui prior appellat: prior agat: quæ prius eſſet propoſita, prius foret tractanda: quanquàm in idem iudicium ambæ deductæ, vicisſimque tractatæ ſimul eſſent eadem ſententia terminandæ. Sed quoniam quæſtio illa fuit ab eiſdem nobilibus tantùm in modum exceptionis obiecta, interloquendo pronunciauimus, vt probationes eorum ſuper exceptione primitus audirentur: & ea probata legitimè Abbati non cogerentur reſpõdere ſuper petitionibus memoratis, donec reſtitueretur ab ipſo: Cùm ſpoliatori ſpoliatus ante reſtitutionem non cogatur vllatenus reſpondere. Verùm ſpoliatione in modum exceptionis tantùm probata, non eſt per hoc reſtitutio facienda, quemadmodum ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti obiicitur vt à teſtimonio repellatur: & ſi crimen contra eum ciuiliter probatum fuerit, non ideo ſibi pœna infligitur ordinaria, ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur, quod ea ratione contingit. Quoniam in

ipſum

ipſum accuſatio non procedit, teſtes etiam, quorum teſtimonium reprobatur, inter infames quaſi ex falſo teſtimonio non habentur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Reus ſpoliationem obijciens, & quando reſtituendus.*

2 *Spoliationis exceptio ante litis conteſta. opponenda. Item an poſt litis conteſta. opponi queat.*

3 *Spoliationis exceptio perpetuane ſit, an annalis.*

4 *Perpetua ſunt excipiendo, quæ agendo annua ſunt.*

5 *Spoliationis exceptio an detur contra heredem ſpoliantis.*

6 *Et iſtiusmodi exceptio datur heredi, & ſucceſſoribus ſpoliati.*

7 *Prælati confeſſio an ipſi Eccleſiæ præiudicet.*

8 *Prælati contractus an obſit Eccleſiæ.*

9 *Prælatus vtrum actu ſuo præiudicet Eccleſiæ.*

10 *Prælati delictum an redundet in Eccleſiæ detrimentum.*

11 *Eccleſia & pupillus pari iure funguntur.*

12 *Ratihabitio in delictis retrotrahitur.*

13 *Prælati & Capitulum rerum Eccleſiæ tantùm adminiſtratores, non domini ſunt.*

14 *Prælatus & Capitulum, velut vnum corpus, repræſentant Eccleſiam, vbi ſcilicet bene adminiſtrant*

15 *Dominus vbi rem, cuius poſſeſſionem amiſerat, recuperauerit, an eandem retinere poſſit, actione contra ipſum inſtituta non obſtante.*

16 *Spoliationem obijciens, an ſimpliciter in qualibet cauſa ſpolianti præiudicet.*

17 *Excipiendo videtur quis experiri, ſcilicet quo ad onus probandi.*

18 *Spoliationis exceptio quibus in caſibus locum non habeat.*

19 *Spoliatus iurans ſoluere, an nihilominus ſpoliationem obijcere poſſit, necne.*

20 *Difficultas excuſat à periurio.*

21 *Spoliationis exceptio quando contra agentem in cauſa matrimoniali admittatur.*

22 *Agenti interdicto, Vti poßidetis, an ſpoliationis exceptio obſtet.*

22 *Spoliationis exceptio an extraiudicialiter actui alicui opponi queat.*

24 *Probatio per modum exceptionis facta, an proſit poſtea agenti.*

25 *Confeßio ſimpliciter præiudicat confitenti, modò ſit facta coram Iudice competenti, & principaliter.*

26 *Acta & probationes in vno iudicio productæ, an in alio iudicio fidem faciant, remißiuè.*

27 *Spoliationem exceptiuè obijciens ſi ſuccumbat, & denuò ſpoliationem agendo deducat, an exceptione rei iudicatæ repellendus.*

28 *Agens ex ſpoliatione, & in probatione deficiens, ſi vicißim conueniatur, an cum exceptione ſpoliationis prius deducta audiendus.*

29 *Spoliatio per modum actionis intentata, plenè: excipiendo obiecta ſummariè diſcutitur, ideoque prior fortior altera.*

30 *Delictum excipiendo probatum, vel quod alias incidenter liquet, an pœna ordinaria vel extraordinaria, necne, plectendum.*

31 *Sententia ſecundum actionis modum formanda, actisque conformis eſſe debet.*

32 *Cui quid vna via prohibetur, ad id & alia via non admittendus.*

33 *Crimen quando cauſam reſpicere ſiue contingere dicatur.*

34 *Delictum teſti obiectum, cauſam, de qua agitur, non attingens, an, quomodo, & quando puniendum*

puniendum, ſi de eo conſtet.

35 *Crimen excipiendo alij, quàm teſti obiectum: & quod vel ex probatione, vel incidenti confeſſione liquet, an & quomodo puniendum.*

36 *Summus princeps ex poteſtatis plenitudine proceſſus defectum ſupplere, & ita delinquenti quocunque modo conſtet de delicto, pœnam infligere poteſt.*

37 *Iudici tamen cuilibet in teſtes falſum deponentes, animaduertendi facultas conceſſa.*

38 *Delictum excipiendo probatum, an irroget infamiam Iuris.*

39 *Damnatus officio Iudicis non efficitur infamis.*

Caſus.

QVIDAM Abbas inſtituit actiones contra quoſdam nobiles, quòd manu armata, & cũ exercitu in monaſterium irruerint, & in prædiis animalium, & aliis, cœnobium damnificauerint, quare poſtulauit monaſterio iuſtitiam fieri. Nobiles contra hanc actionem oppoſuerunt in vim dilatoriæ, exceptionem ſpoliationis, dicendo, quòd ipſi & ipſorum progenitores fuerint in quieta poſſeſſione caſtri Sirati, & quòd per dolum & violentiam ipſius Abbatis agentis id amiſerint, Quare, petebãt illud prius reſtitui, quàm petitionibus Actoris reſponderent, præſertim cùm illam ſpoliationem in continenti probare vellent. Sed Abbas replicuit, ꝙ hæc petitio contra ipſum non procederet, cùm ipſe non fuerit ſpoliator, & præſertim cùm dictum caſtrum ad ius & proprietatem ſui monaſterii pertineret, ſicuti etiam Rei non negarant, vnde potuerit iure retentionis vti, & iudicium reſtituto- rium tantùm contra ſpoliatorem competeret. Quærebatur ergo, quid iuris hoc caſu, vtrum nobiles cum obiectione ſpoliationis, & petitione ſecuta audiendi ſint, necne. Et in hac quæſtione diſtinguit tex. hic, & in c. j. de reſtit. ſpolia. in vj. hoc modo:

1 Aut quæſtio† ſpoliationis obiicitur per Reum in modum actionis, ad reſtitutionem petendam. Aut verò obiicitur in forma exceptionis ad intentionem Actoris repellendam. Primo caſu cogitur Reus, ſpoliationem in modum actionis obijciens, Actoris petitioni reſpondere. Ipſe tamẽ hoc caſu quoque impetrat reſtitutionem, ſi poſſeſſionem & ſpoliationem probat. Nam ſi ante litem cõteſtatam ſpoliatio in modum actionis obiicitur, fiunt mutuæ petitiones ſeſe tanquam diuerſæ minimè contingentes. Ideo ſeruatur Regula. Qui prior appellat: prior agat qui prior agat, hoc eſt, qui prior ad iudiciũ prouocauit conueniendo aduerſarium: dicitur enim appellatio extraiudicialis, prouocatio ad cauſam. c. Cùm ſit Romana, in prin. infr. de appella. ſecundum Ioan. Andr & Panor. hic. Et debet hoc caſu ſententia terminari, & ſi in vna tantùm fuerit pronunciatum, in alia verò nõ appellari poterit, tãquam à grauamine. l. j. §. fi. ff. Quæ ſententiæ ſine appella. reſcindantur. l. Neque ſcriptura. C. de compenſatio. Licet autem re vera ſint duæ ſententiæ. c. Cùm ſuper, infr. de cauſa poſſeſſio. & proprie. Tot enim dicuntur ſententiæ, quot ſunt capitula l. Etiam §. Ex cauſa. ff. de minori. Tamen textus hic & alibi vocat vnam ſententiam, ideo, quia continuè vna poſt aliam fertur. Et hæc vera ſunt, vt diximus, ſi ante litem conte-

ſtatm

ſtatam Reus per modum actionis obiecerit. Si autem poſt litem conteſtatam obiecerit, admittitur quidem actio, ſed tamen tanquam mutuæ petitiones non tractantur, neque vna ſententia finiuntur, ſed diuerſis, vt notatur in c. j. ſupr. de mutuis petitionibus, & notat Panor. hic ſuper glo. in verbo, Iuxta reg. Quare concluditur, quando per Reum ſpoliatio in modũ actionis obiicitur, quod ea probata conſequitur quidem obiiciens reſtitutionem, ſed tamen hoc modo opponendo non repellit agentem, imò cogitur reſpondere. Et eſt ratio, quia finis actionis eſt conſequi, non autem repellere. Operaretur actio duos contrarios effectus, ſi per eam quoque quis poſſit ſe tueri, quominus aduerſario reſpondeat, ſecundum Panor. hic in vj. notabili, & per hanc ſint explicatæ glo. in verb. Iuxta reg. & in verbo, Eadem ſententia.

Secundo caſu, quando ſcilicet ſpoliatio in modum exceptionis obiicitur, vt hoc modo, non teneor tibi reſpondere, donec reſtituas, quia ſpoliaſti me &c. Et tunc ſi infra legitimum tempus fuerit probata exceptio, non cogitur Reus reſpondere ante, quàm eſt reſtitutus, ſed tamen per obiectionem exceptionis reſtitutionem petere non poteſt alioqui ſequeretur, quòd exceptio quoque operaretur duos contrarios effectus: quod eſſe non debet. Sed tamen in hac quæſtione dic breuibus: Aut ſumus in ciuilibus, aut criminalibus cauſis. Si in ciuilibus, & diſtingue: Aut Reus opponit de ſpoliatione non ab Actore, ſed à tertio facta, & non auditur. Argumento l. Si quis in ſuo. §. fina. C. de inoffi. teſta. c. Non debet, cum ſimilibus, infr. de reg. iuris in vj. Aut opponit de ſpoliatione per Actorem facta, & auditur, nec cogitur reſpondere ante reſtitutionem, ſi ſpoliatio fuit probata. Et in hoc caſu propriè loquitur tex. noſter, & tex. in c. j. infr. de reſtitu. ſpoliato. in vj. Si verò ſumus in cauſis criminalibus, & dic, & obijcitur ſpoliatio ipſius accuſatoris, & non tenetur accuſatus ante reſtitutionem reſpondere.

Aut obiicitur ſpoliatio tertij, & tunc ſi crimen eſt notorium, non auditur excipiens. Argu. c. Propoſuit, infr. de appella. Si verò crimẽ non eſt notorium, & tunc aut ſpoliatio eſt in exigua parte bonorum, & quoque nihil operatur exceptio. Aut eſt ſpoliatio omnium bonorum, vel maioris partis, & non tenetur accuſatus reſpondere ante reſtitutionem, quia opus habet expenſis, & maiori ſuffragio indiget, quàm ciuiliter conuentus: hæc omnia probantur per tex. expreſſum in d. c. j. infr. de reſtitu. ſpolia. in vj.

Sed vbicunque exceptio ſpoliationis in vim dilatoriæ admittitur, ꝓbari debet infra quindecim dies poſt diem in quo proponitur. d. c. j. Obſtat autem hæc exceptio non tantùm ſpolianti, & poſſidenti rem ſpoliatam, ſed etiam ſi non poſſideat. Satis enim eſt, quòd per violentiam ſuam ſpoliatio facta eſt, tenetur enim ad reſtitutionem, licet res ad alium peruenerit. facit ad hoc l. j. §. Quoties. ff. de vi. & vi. armata. & Panormitanus notat hic in quarto not.

Quum ergo ex prædictis conſtet,
2 exceptionem† ſpoliationis eſſe dilatoriam, certum eſt, quòd ante litis conteſtationem opponi debeat c. Paſtoralis, cum ſimilibus, infra de exceptionibus, ſed dubitatur, ſi ante litis conteſtatio-

ſtationem oppoſita non fuerit, an poſt litis conteſtationem opponi poſsit. Et primùm non eſt dubium, ſi talis exceptio ante litem conteſtatam orta & nota eſt, quòd poſt litem conteſtatam non admittatur, vt colligitur ex text. hic, & c.fi.infr.eod.c.j.de reſtitut.ſpoliator.in vj.gloſ.in c.ij.in verbo, Reſtituat, ij.q.ij.Panor.hic.in j.notab.& quoque Ioan.de Imo. Si autem talis exceptio poſt litem conteſtatam orta eſt, vel ante litis cõteſtationem quidem orta, & ipoſtea ad rei notitiam peruenit, opiniones ſunt, an poſtea Reus cum oppoſitione admittatur. Et primò videtur, quòd admitti nõ debeat, quia Reus habet aliud remedium, ſcilicet interdictum Vnde vi, per quod poteſt conſequi reſtitutionem, vt habetur & notatur in c.Paſtoralis, infr.de cauſa poſſeſsio.& proprieta. Ita decidunt Archidiaco.in dicto c.ij.ij.quæſt.ij.& Innoc.hic. Et eſt glo.in c.Paſtoralis, in verbo, Poſtmodum, infr.de exceptio.

¶ Aliam opinionem tenet Ioan.de Ligna.in c.Sollicitè, infr.de reſtitut.ſpoliator. ſcilicet ſi prius competebat, & de nouo peruenit ad noticiam rei, quòd tum demum admittatur, ſi Reus fuit ſollicitus in perquirendo à principio, aliàs ſecus. Et ita dicit intelligendam eſſe glo.in d.c.Paſtoralis.

¶ Tertia opinio eſt Spec.in tit.de recuſa.§.Si autem, ſcilicet ſi de nouo poſt litis cõteſtationem oritur, vel Reus iurat poſt litem conteſtatam ad eius notitiam perueniſſe, quòd tunc admittitur. Nec obſtat, ſecundum Ant.de But. quod ſuprà dictum eſt, competere ius agendi, quare exceptio admitti nõ debeat &c. quia ius agendi nõ eſt tam facile, ſicuti ius excipiendi, cùm in iure agendi requiratur plena probatio, in exceptionibus autem dilatoriis ſufficit ſemiplena cognitio, vt colligitur ex tex.in c.Veniens, el ij.j.de teſtib.

¶ Tu dic poſt dd. hanc tertiam opinionem eſſe veriorem, quia probatur per tex.in d.c.Paſtoralis, infr.de except.c. Inſinuante, ſupr.de officio deleg.c.Si quis, iij.q.vj.l.fi.C.de except. Idem tenet Innoc.in d.c.Paſtoralis. Gofred.in ſumma ſua, de exceptio. §.Sed hanc. Panor.hic. Sed quod additum eſt, quòd in exceptionibus dilatoriis requiratur tantùm ſemiplena cognitio, & non plena probatio, improbatur per Panor.hic per tex.in c.Pia, de except.in vj.& d.c.j.de reſtir.ſpoliator.in vj.& eſt tex.hic. Vide Panor.hic.

¶ Sed nunc pro declaratione textus, Doctores mouent aliam quæſtionem,
3 ſcilicet quàmdiu † duret exceptio ſpoliationis, an detur ſpoliatò in perpetuum, an verò ad certum tempus. Et primò videtur diſtinguendum eſſe, ſi res ſpoliata peruenit ad eum qui deiecit, quòd ſit perpetua. Si autem nõ peruenit ad eum, quòd tantùm ſit annalis. Et probatur hæc diſtinctio, quia hæc exceptio eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt interdictum Vnde vi, quia vtrunq; tendit ad eundem effectum, ſcilicet ad reſtitutionem recuperandam, vt ſuprà diximus. Sed in interdicto Vnde vi habet locum hæc diſtinctio. l.ij. C.Vnde vi.l.j.in principio.ff.de vi & vi arma.l. Communi diuidendo.§.Iulianus, iuncta gloſ.ibi, in verbo, Interdictum. ff. Communi diuidundo, cum ibi notat. Quare videtur idem dicendum in except.ſpoliat. Et hæc eſt opinio Innoc. & Panormit.hic.

¶ Contraria opinio eſt glo.in dicta.l.ij. C.Vnde

C.Vnde vi,quæ tenet, quòd hæc exceptio ſit ſimpliciter perpetua.& probatur hæc opinio per volgatam reg.quæ
4 habet:Quæ annua † ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum.l.Licet. C.de excep.l.Purè.§.fi.ff.de doli excep. Et hoc tenet Io.de Imo.hic, Bal.in d.l. ij.C.Vnde vi.& in d.l.Licet.

¶Tu in hac quæſtione hoc modo diſtingue: Aut actio & exceptio oriuntur ex eadem cauſa. Aut verò oriuntur ex diuerſis cauſis. Primo caſu,ſi ſcilicet ex eadem cauſa oriuntur,ſicuti interdictum Vnde vi, & exceptio ſpoliationis, oriuntur ex violenta ſpoliatione, & dic. Aut actio & exceptio tendunt ad eundem effectum, aut verò ad diuerſos. Si ad eundem effectum, vt in interdicto Vnde vi, & exceptione ſpoliationis, quia vtrunque tendit ad reſtitutionem recuperãdam, & tunc duret exceptio tanto tempore, quanto durat actio,ſcilicet de eo, quod ad ſpoliatorem peruenit, eſt perpetua: de eo verò, quod ad ipſum non peruenit, eſt annalis. Et in hoc caſu inteligi poteſt prima opinio, cum iuribus ibi allegatis. Sed annus, de quo hic loquimur, non cõtinuus, ſed vtilis eſt.d.l.j.§.Annus.ff.de vi & vi arma.Si verò actio & exceptio tendunt ad diuerſos effectus, tunc exceptio quoque eſt perpetua.

¶Exemplum. Titius ſpoliauit Sempronium, ſpoliatus in continenti recuperat ſuam poſſeſſionem, fortè clàm vel vi. Titius ſpoliator intentat interdictum Vti poſsidetis,Sempronius autem excipit de priori ſpoliatione facta, ad eum finem, vt defendat ſuam recuperationem, vt colligitur ex c.fin. infr.eodem.hoc caſu eſt perpetua.Et in hoc caſu propriè loquitur text.in dicta l.Licet. C.de except.ſecundum veram Lecturam,quam ponit glo.ibi,& glo.in d.l.ij.Vnde vi. Secundo caſu,quando ſcilicet actio & exceptio oriuntur ex diuerſis cauſis, & exceptio quoque eſt perpetua. Exemplum. Actor agit actione præſcriptis verbis, ad implementum alicuius contractus,Reus excipit de dolo hoc caſu, licet aliàs Actio de dolo ſit biennalis.l.fi.C.de dolo.tamen exceptio doli eſt perpetua, quum Actor in ſua poteſtate habet, quando vtatur iure ſuo Reus autem non habet poteſtatem, quando conueníatur. Et in hoc caſu propriè loquitur dicta l.Purè.§.fi. Et ita intelligunt Innocen. & Panor.hic.

¶Tertiò quęritur pro declaratione te-
5 xtus, vtrum † hæc exceptio detur contra hæredem ſpoliatoris. In hac quæſtione dic breuibus, ſecundum Innoc. & Panormit.quòd in eo tantum datur contra hæredem, quantum ad ipſum peruenit,aut dolo eius factum eſt, quo minus perueniret. Et hoc probatur ex ſuperioribus, quòd hæc exceptio locum habet, quando interdictum Vnde vi,competere poteſt. Sed interdictum his caſibus tantùm competit. l.j.§.fina. ff.de vi & vi armata.dicta l.ij.C.Vnde vi.Ergo exceptio eodem modo quoque locum habet. Et inde ſequitur, quòd
6 †hæc exceptio quoque hæredi & ſucceſſoribus ſpoliati detur.dicta l.j.§.Interdictum hoc.ff.de vi & vi armata. Et decidit Innocent.hic,quod contra ſucceſſorem in dignitate indiſtinctè locum habeat, quia dignitas nunquam moritur, quod Anto.de Butr.reſtringit ad caſum,quando tota vniuerſitas cum prælato deliquit. Sed de hac dicemus infrà,in glo.ſuper verbo,Ipſius dolum.

¶Gloſ.in verbo, Ipſius dolum, tractat quæſtionem, An & quãdo factum prælati præiudicet Eccleſiæ. In hac quæſtione dic: Aut quæris de confeſsione prælati, aut de ipſius contractu, aut de alio actu, aut de delicto.

7 ¶Quando de confeſsione † iudiciali ſiue contentioſa prælati quæris, omiſsis ſuperfluis, dic breuibus: Aut in Eccleſia inſtitutus eſt ſolus prælatus, abſque Collegio ſiue Capitulo, & tunc ipſius cõfeſsio præiudicat Eccleſiæ, cùm ipſe ſolus habeat adminiſtrationem. Ita decidit Panor. in cap.ij. infr. de capellis monacho. Aut inſtitutus eſt prælatus in Eccleſia, quæ habet Capitulum ſiue Collegium. Aut tractatur de bonis quærendis de nouo, & poterit prælati confeſsio Eccleſiæ præiudicare, per nota. Anto. de Butr. Panor. & aliorum, in c. Vtrum, infr. de cenditio. appo. Phil. Franc. in c. Præſentium, de teſtibus, in vj. Et dic: Aut prælatus & Capitulum habent bona diſtincta, & tunc, ſi in negocio bonorum ad ipſum tantùm pertinentium, confitetur, & præiudicat Eccleſiæ, quia in his habet omnimodam adminiſtrationem, per prædictam deciſionem Panormit. Et facit ad hoc cap. Edoceri, cum ibi nota. per Innoc. & alios, ſupr. de reſcriptis. Aut confitetur in negocio bonorum communium, & dic: Aut non habuit mandatum à Collegio, & non præiudicat eius confeſsio, ſecundum gloſ. in cap. Præſentium, in verbo, Conuentuum, de teſtibus, in vj. Aut habuit mandatum ab Eccleſia, & nocet eius confeſsio, niſi probetur error, tunc reuocari poteſt propter errorem, cap. fin. infr. de confeſsis. Quòd autem aliàs præiudicet, ſi non interuenit error, probatur in dicto cap. fina. & eſt optima glo. In cap. de Conſtantinopolitana, in verbo, Neſcio, xxij. diſtinctione, faciunt nota. in cap. Suborta, infr. de re iudicata, & ita decidunt Archidiaco. Petr. de Anchar. Dn. Gemi. & Phil. Franc. in dicto cap. Præſentium, de teſtibus, in vj. & optimè facit glo. cum ibi nota. in cap. Dudum, el ſecundo, in verbo, De veritate, ſuprà de electione. Et tantum de confeſsione prælati.

8 ¶Secundo caſu, quando ſcilicet quæritur, † vtrum prælatus de re eccleſiaſtica contrahendo poſsit Eccleſiæ præiudicare, & dic, quòd in l. Iubemus nullam, cum Aut. ſequent. C. de ſacroſanctis Eccleſ. eſt præſcripta forma, quam prælatus in alienatione rerum eccleſiaſticarum ſeruare debet: ſi illam ſeruat, præiudicat contractus Eccleſiæ: ſin minus, non præiudicat, vt ibi expreſsè habetur. & ita quoque decidunt Bartol. & Paul. de Caſtr. in l. Iubemus nullam. C. de ſacroſanctis Eccleſiis. Vide dd. in dicta l. Iubemus nullam. & Autent. ſequenti.

9 ¶Tertio caſu, quando quæritur † de alio actu prælati, vbi non verſatur delictum, & dic breuibus: Aut eſt actus affirmatiuus, hoc eſt, adminiſtratio &c. & idem dic quod ſuprà de confeſsione dictum eſt. Aut eſt actus negatiuus, vt negligentia, & poteſt Eccleſiæ præiudicare, putà patiendo contra ſe præſcribi Auten. quas actiones, cum ſimilibus. C. de ſacroſ. Eccle. & facit Auten. Idem eſt. C. de hæret. Bart. & Paul. de Caſtr. in d. l. Iubemus nullam.

¶Quarto caſu, quando ſcilicet quæritur, vtrum delictũ prælati noceat Eccleſiæ, dic eſſe multas opiniones.

¶Prima eſt, quòd omnino non noceat, per

10 per vulgatam regulam: † Delictũ perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare. c.Delictum, infr. de reg.iuris.in vj.l.Neq; interdicto.ff.de reg.iur.c.Si Epiſcopum, xvj.q.vj.Imò ſi prælatus etiam occaſione & contemplatione Eccleſiæ delinquit,tamen Eccleſiæ non præiudicet, ſed ipſe puniatur in ſuo proprio patrimonio. Nam certum eſt, quòd Eccleſia & Pupilli, ſi-
11 ue†Minores,æquiparãtur,ſicuti etiam par ratio eſt in adminiſtratoribus Eccleſiarum, & tutoribus, ſiue curatoribus.l.Orphanotrophos,cum ſimilibus. C.de Epiſcopis & Clericis. glo.in dicto c.Delictum.Sed certum eſt,ſi tutor vel curator delinquit occaſione tutelæ, vel curæ, hoc delictum non præiudicat pupillis, nec adultis, ſed ipſe punitur in proprio patrimonio.l.Non eſt ignotum.C.de adminiſt.tutor.l.Meminerint,in fin.C.Vnde vi. Quare idem ſeruãdum eſt in Eccleſia,ratione æquiparationis. Et ita decidit glo.in c.vnico,in verbo,Rigor,infr.de dolo & contuma.& glo.fi.in c.Eccleſia,infr.de dolo & contumacia.

¶ Secunda opinio eſt, quòd delictum prælati tum demum noceat Eccleſiæ, quando totum Collegium conſenſit ab initio, vel ex poſt facto ratificauit.
12 Quia†in delictis ratihabitio†retrotrahitur.l.j.§.Sed & ſi cùm quis.ff.de vi & vi armata.c.Cùm quis,de ſententia excommu.in vj. Et illam opinionem tenet glo.hic, & glo.in d.c.Delictum. & ita quoq; tenet Ioan.de Imo.hic.

Tertia opinio eſt,quòd delictũ prælati tum demum obliget Eccleſiam, quãdo ex eo aliquid ad Eccleſiam peruenit,& ſic quando Eccleſia eſt inde facta locupletior, & hæc probãtur. Nã pupillus tenetur ex delicto tutoris, quatenus ad eum peruenit.l.Dolus tutoris,cum ll.ſeque.ff.Quando ex facto tuto.vel curato.&c.l.Sed ſi ex dolo, in princ.ff.de dolo. Sicuti etiam hoc caſu pater ex delicto filii, & dominus ex delicto ſerui tenentur.l.j.§.Quid ergo. & §.Si filius.ff.de vi & vi armata. Item & in ſimili caſu vniuerſitas tenetur ex facto Magiſtratus, quatenus ſcilicet peruenit ad eam.d.l.Sed ſi ex dolo.§.Sed an in municipes.ff.de dolo &c. Quare ratione æquiparationis videtur idem dicendum in Eccleſia. Et ita decidunt Ioan.And.& Phil.in d.c.Delictum.

Quarta opinio eſt, quòd delictum prælati Eccleſiæ nõ noceat,niſi duobus concurrentibus. Primò,quòd delictum nomine Eccleſiæ factum ſit. Secundò, quòd res ad Eccleſiam peruenerit,& illam opinionem refert Inno.hic.

Quinta opinio eſt, quòd delictum prælati affirmatiuum, quod ſcilicet conſiſtit in faciendo, non obliget Eccleſiam. Negatiuum autem, quod in omittendo conſiſtit, obligat: hæc opinio eſt glo.in c.Si Epiſcopum, in verbo, In damnum, xvj.q.vj. & probatur per tex.in l.Iubemus nullam, cum ibi nota.per glo.C.de ſacroſanctis Eccleſiis.vbi Bart.Bald.& Pau.de Caſtr.ponunt longas diſtinctiones.Ant.de But. Panor. & alii quoque ponunt longas diſtinctiones in dicto c.j. infr.de dolo & contumacia.

Tu, omiſſis ſuperfluis, in hac quæſtione hoc modo diſtingue: Aut prælatus delinquit cum conſenſu & conſilio ſui Collegii, expreſſo vel tacito, & ſic ratificatione. Aut ſolus delinquit ſine Collegii conſenſu tacito vel expreſſo.

¶ Primo caſu dic. Aut propter delictũ
prælati & Collegii Eccleſia eſſet pri-
uanda omnibus bonis, vel maiori par-
te, ita quòd diuina ſeruari nõ poſſent
vel Eccleſia eſſet deſtruenda in totũ,
& tunc tale delictum Eccleſiæ non
præiudicabat.
¶ Ita decidit Specu. in tit. de donatio.
ver. Quid ſi aliqs Bar. vbi dicit: Quid
ſi aliquis Baro ædificauit & dota-
uit monaſterium: nunc Abbas & mo
nachi fiunt ingrati, copulando for-
tè amicitias cum inimicis eius: nun-
quid poterit reuocare bona monaſte-
rio collata, propter ingratitudinem.
Et poſt longam diſputationem pro &
contra, decidit ꝙ non. Addit tamen, ꝙ
perſonæ poſsint eiici, & alii imponi.
¶ Item decidit Phil. Franc. in. d. c. De-
lictum perſonæ.
¶ Aut Eccleſia non eſt priuanda om-
nibus bonis, nec maiori parti, ſed ita
ꝙ tamen tot bona remanent, ꝙ mini-
ſtri Eccleſiæ commodè poſſunt ſu-
ſtentari.
¶ Et adhuc eſt dubium, vtrum Eccle-
ſia propter conſenſum vel communi-
catum conſilium Capituli obligetur
in detrimentum rei ſuæ, & præſertim
ſi delictum eſt affirmatiuũ, & ſic con-
ſiſtit in faciendo. Nam gloſſ. in. c. Pla-
cuit, in verbo, Negligit. & ibi Laudẽſ.
& Archidia. xvj. qõ. iij. Cardinalis &
dan. in. d. c. j. ĩ. de dolo & contumacia,
decidunt ſimpliciter, ꝙ non, & probãt
multis argumentis. Primò, ꝙ priuatio
propter delictum prælati & capituli.
eſt quædam tacita alienatio Prælati,
& capituli. Sed certum eſt, quod
prælatus & Collegiũ ſimul res Eccle-
ſiæ non poſſunt expreſsè alienare, ſine
legitima cauſa, & debita ſolẽnitate. c.
Sine exceptione, cũ infinitis ſimilibus
xij. q. ij. c. .ĩ. de reſt. in integ. Ergo mul
tò minus poſſunt tacitè alienare, delin
quendo, ſcilicet.
¶ Secundò, ſuprà dictum eſt, ꝙ Eccle-
ſia & Minor æquiparãtur, vt. d. c. j. de
reſt. in integ. ſed tutor vel curator nõ
poſſunt delinquendo præiudicare pu-
pillo, ſed ſatiſfacere tenentur de ſuo,
d. l. Non eſt ignotũ. C. de admi. tuto. l.
Meminerint. C. Vnde vi. & facit text.
iuncta gl. in. c. De multa, in gl. in ver-
bo, Prouentibus. ĩ. de præbend. Ergo
idem eſt in rebus Eccleſiæ, quæ ſunt
multò fauorabiliores, cũ ſemper ſint
in ſtatu Minoris. d. c. j. Et inde debent
paſtores ſuſtentari. c. fin. xvj. q. j. Inde
ſequitur, ꝙ † Prælati & Capitulũ non
ſunt domini rerum Eccleſiæ, ſed tãtũ
nudi adminiſtratores. c. Cauſa Carpẽ
ſis, iuncta glo. ĩ. de verb. ſigni. Inno. &
alii in. c. Cũ ſuper. ĩ. de cauſa poſſeſ. &
proprie. Igitur propter ipſorũ delicta
Eccleſia in ſuis bonis puniri non po-
teſt, ſed prælatos & Capitulũ punian-
tur in ſuis propriis bonis, cũ delicta te
neant ſuos autores. c. Quæſiuit. ĩ. de
his quæ fiunt à maiore parte Capituli
l. Sancimus. de pœnis. & facit. c. per
tot. ne vxor. pro mar. Nec etiàm debet
quis alterius odio prægauari. c. Non
debet. ĩ. de reg. iur, in. vj. Quod autem
14 dicitur, quod † prælatus, & Capitulũ,
tànquam vnum corpus, repræſentent
Eccleſiàm, verum eſt, quando bene ad
miniſtrant, ſecus ſi malè, tum habẽtur
loco prædonis, & grauiter puniendi
ſunt. c. Si quis præsbyterorũ. ĩ. de reb.
Eccle. nõ alie. c. ii. cũ ſimilib⁹. ĩ. de ſol.
l. Qui fundum. §. Si tutor. ff. Pro em-
ptore. Nec obſtant iura quæ innuare
videntur contrarium, quia nulla lex
vel

vel Canon extat, quæ expreſſæ habeat, ꝙ Eccleſia propter delictũ prælati & Capituli affirmatiuum priuãda ſit re ſua. Et primo nihil facit. l. Si quis in tantam. C. Vnde Vi, quia illa lex priuat ſpoliatoré proprietate rei, quoniam dominus eſt. Sed ſuprà diximus, prælatum & Capitulum nõ eſſe dominos rerum Eccleſiæ, ſed nudos adminiſtratores, Ergo ipſi ſatiſfacient de ſuo propter violentiam. d. l. Meminerint. l. non eſt ignotum.

¶ Secundò non obſtat. c. Placuit. xvj. q. iij. quia ibi res Eccleſiæ nõ auferũtur, ſed tantum fit tranſmutatio de vno prælato contumaci ad diligentiorem: & ſic punitur prælatus contumax in ſua perſona. Eccleſia autem non item.

¶ Tertiò non obſtat. d. Iubemus nullã, quia ibi nulla fit mẽtio Capituli, ſed tex. loquitur de quolibet loco religioſo. Præterea glo. ibi, in verbo. Corrigimus, dicit, ꝙ Eccleſia ex facto prælati læſa, habet regreſſum contra prælatũ.

¶ Quartò põt dici, ꝙ Imperator per illam legé odioſam non potuerit pręiudicare priuilegiis Eccleſiarum. c. Bene quidem. xcvj. diſt. c. Quæ in Eccleſiarum. & c. Eccleſia. ſ. de conſtit. Et ſi ex delicto prælati & capituli Eccleſia re ſua eſſet priuanda, ſequerentur exépla abſurda.

¶ Primò, cũ bona Eccleſiarũ non ſint deſtinata tãtũ ad vſum prælati & Capituli, ſed etiam ad reparationé fortunæ, & vſum pauperũ, eſſet iniquus rigor, ꝙ propter delictũ adminiſtratorũ hæc amitterẽtur, nec etiam eſſet tutum in vltimis voluntatibus Eccleſijs legare: cum ex delictis vltimæ voluntates mutarentur. l. j. cum ſimilibus. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Quare in hoc membro diſtinctionis dic hoc modo.

¶ Aut delictum prælati & Capituli conſiſtit in faciendo, aut in omittendo.

¶ Primo caſu diſtingue. Aut delinquunt extra adminiſtrationem ſuam, vt vulnerando vel occidendo aliqué, violentiam committendo, vel ſimile quid: & non eſt dubiũ: ꝙ Eccleſię non præiudicat, ſed ipſi luunt aut in corpore, aut proprio ære. d. l. Neque inter dicto. de reg. iur. d. l. Meminerint. d. l. non eſt ignotum. d. l. Si quis in tantã. Et in hoc caſu propriè intelligi poteſt prima opinio.

¶ Aut delinquunt in ipſa adminiſtratione, & ſic occaſioné adminiſtrationis: & dic.

¶ Aut ex delicto prælati aliquid ad Ecſiam peruenit, & tenetur Eccleſiã, quatenus eſt facta locupletior, per iura ſuprà pro tertia allegata.

¶ Aut nihil ad eam peruenit, Aut res, circa cuius adminiſtrationem fit delictum, pertinet ad menſam prælati tãtum, Aut ad menſam prælati & Capituli. Aut ad nullius menſam ſed immediatè ad Eccleſiam.

¶ Primò caſu punitur ipſe prælatus in vita ſua vſu iſtius rei.

¶ Secundo caſu eodem modo puniuntur perſonæ, quæ ſunt participes ad tépus vitæ, poſtea ſucceſſores recuperant.

¶ Tertiò caſu Eccleſiæ non præiudicat. Ita decidit Pan. in. d. c. j. ĩ. de dolo & contu. & faciunt ad hoc rationes ſuprà allegatæ. Nec enim extat aliquis textus, vbi expreſsè cautum ſit, ꝙ delictum prælati affirmatiuum Eccleſiæ noceat, & ſuprà reſponſum eſt ad. d. l.

Iubemus nullam.& in hoc caſu quoq; procedit prima opinio. Quando verò delictum conſiſtit in omittendo, ſiue hoc fiat in acquirendo, ſiue in acquiſita recuperando.& præiudicat Eccleſię. Arg.l.fi.C.de acquir.poſſ.&.l.Seruus. C.de pactis.& hoc pertinent iura & rationes, pro quinta opinione adducta. Quum autem prælatus ſolus delinquit, ſine conſenſu & cōſilio collegii & non præiudicat Eccleſiæ, per iura circa primam opinionem adducta. Vide Bal.Bar.Paul.de Caſt.in.d.l.Iubemus nullam. Docto.in.d.Delictum, de regu.iur.in.vi.

¶ Gloſſ.in verbo, retentionis, mouet
15 quæſtionem.† Si verus dominus poſſeſsionem rei ſuæ amiſit, & poſtea eadem res ad ipſum peruenit, ſi actio cō tra eum ea de re fuerit inſtituta, verū contra Actorem poſsit commodo retentionis vti, & ſic rem, quæ ad ipſum rediit, retinere, non obſtante actione inſtituta. Et in hac quæſtione, omiſsis ſuperfluis.dic breuibus.

¶ Aut res in continēti peruenit ad dominum, & non eſt dubium, ſi fuerit cō uentus, ꝙ vti poſsit iure retentionis.l. Qui poſſeſsionem, cum ſimilibus.ff. de vi & vi armata. Aut ex interuallo peruenit ad eū, & dic: Aut dolo vel violentia, & ſic vitio recuperauit, & cō tra Actorem non poterit vti iure retē tionis, quū etiā prædoni detur interdictum Vnde vi, contra ſpo.c. In literis. j.de reſti.ſpo.c.fi.§.Si autē, cum ſimilibus.iij.qō.j.

¶ Aut ſine vitio rediit res ad dominū, & dic: Aut prior poſſeſſor nondū compleuit præſcriptionem, & non eſt dubium, quin habeat commodum retentionis. Cum hoc caſu poſſeſſori cōtra dñm nulla poterit cōpetere actio, quū actio Publiciana regulariter cōtra dominum locum non habeat, ſecundum gl.in.l.fi.in verbo, Potius.ff.de Publi. actio.Glo.in.§.Namque, in verbo, Dicit.Inſtit.de actio. Aut prior poſſeſſor compleuit præſcriptionem, & dic: Aut loquimur de præſcriptione longi tēporis, Aut verò de præſcriptione longiſsimi temporis.

¶ Primo caſu dic: Si præſcribens habuit titulum & bonam fidem, & dominus non poterit vti cōtra eum iure retentionis. Si autem titulum non habuit, licet bonam fidem habeat, & poterit dominus vti iure retentionis, nō obſtante præſcriptione longi temporis.c.Placuit.§.Præſcriptionem.xvj. qō.iij.

¶ Secundo caſu dic: Aut poſſeſſor fuit bonæ fidei, & non poterit dominus vti contra eum iure retentionis, non obſtante, ꝙ titulus non extat.d.§.Præſcriptionum ver.Si autem nullo titulo.

¶ Aut fuit malę fidei poſſeſſor pręſcribens: & tunc, licet per eam acquirat exceptionem præſcriptionis, ſi tamen poſſeſsio ſine vitio ad dominū fuerit reuerſa, & iam poſt completā præſcriptionem longiſsimi temporis, habet dominus contra petentem ius retētionis.d.c. Placuit.§. Quod ſi mala.l.Si quis emptionis.§.Quod ſi quis, ver. Ita tamen, & quæ notat Bal.ibi.C.de præſcript.xxx.vel.xl.anno. Et in hoc caſu Et in hoc caſu intelligitur gl.hic & ita quoque in effectu decidunt Innocen.Hoſtien.& Pan.hic. Sicuti ergo Actor intētans interdictum Vnde vi, contra dominū rei, repelli poteſt per ius retētionis: ita quoque Reus repelli poteſt eodem iure. ſi oppoſuerit con

tra

tra dominum rei exceptionem ſpoliationis. & ita intelligitur textus hic.

¶ Gloſſ. ſuper verbo, In modum exceptionis, diſputat de quinque quæſtionibus, Prima eſt, vtrum quęſtio ſpoliationis præiudicet ſimpliciter in quali bet cauſa. Secunda, vtrũ per obiectionẽ exceptionis ſpoliationis interrumpatur præſcriptio. Tertia vtrum exceptio ſpoliationis poſsit opponi in qua libet cauſa. Quarta, vtrũ probatio facta per modũ exceptiõis, pſit poſtea, petatur poſſeſsio per modum actionis Quinta, ſi excipiens ſuccubuit, vtrũ poſtea poſſeſſorium iure actionis inſtituere poſsit.

16 ¶ Quod † ad primam quæſtionem attinet, Doctores ferè oẽs hic approbãt deciſionem gl. hic de cauſa criminali dicit, allegat Pan. hic rationem, ꝙ quis non debet contendere criminaliter cũ aduerſario ſuo ſpoliat⁹, ne ex defectu facultatum perdat cauſam. Quare habeat locum, ꝙ dicitur. Nec nudi contendere, nec inermes inimicis non opponere debemus. c. Oportet, & c. Audiuimus. iij. q. ij. c. Frequens. de reſt. ſpo. in. vj. Et ſic patet ex deciſionę gl. ꝙ interdictum, Vnde vi, contra accuſatorẽ intentatum, operaretur naturam exceptionis & actionis. Exceptiõis, quia excludit agentem criminaliter. Actionis, quia Actor conſequitur reſtitutionem. Sed hoc verum eſt quando ſpoliatio proponitur per ipſum accuſatorẽ facta: ſecus ſi à tertio. qa tũc probata ſpoliatione p modũ exceptionis, Iudex ex officio ſuo ſtatuet terminum Reo ad petendam reſtitutionem, vt poſtea procedere poſsit accuſatio. d. c. Frequens. §. Solet, & ita quoq; decidit Panor. hic.

¶ Secunda quæſtio quoque eſt deciſa per gloſſ. nec improbatur illa deciſio. Quod autẽ in iuribus contrariis alle-
16 gatur, ꝙ † excipiendo quis videtur ex periri. verum eſt, quo ad onus probandi, ſecundũ Ioan. Anto. de Butr. & Panor. hic. Quæ autem ſint rationes, quare præſcriptio non procedit, vide Panor. hic.

¶ Quod ad tertiam quæſtionem attinet, decidit gl. ꝙ in qualibet cauſa indifferenter opponi non poſsit, & probat ab exemplo, Quia contra actionẽ depoſiti non opponitur, nec compenſatio admittitur. Et probat ſic: effectus exceptionis ſpoliationis eſt, ꝙ Reus vult vti iure retentionis, donec fuerit reſtitutus, vt colligitur ex text. hic, & c. Frequens. Sed in actione depoſiti Reus non poterit vti iure retentionis, hoc probatur, quia exceptio compenſationis quoque habet effectum retentionis. ff. per totum ne compenſa. Et tamen exceptio compenſationis non habet locum contra actionem depoſiti. l. vltima. §. Except. C. de compenſa. l. Si quis pecunias. C. depoſiti. c. bona fides, infrà de depoſito. Ergo idem dicẽdũ videt in exceptione ſpoliatiõis.

¶ Contraria opinio videtur verior, quia exceptio ſpoliationis eſt magis priuilegiata, quã actio depoſiti. c. ſi. j. eo. Nec obſtat ꝙ dictum eſt de compẽſatione, quia ſecundum Ioan. And. excipiens de compenſatione fatetur depoſitum, & ſic notatur quædam perfidia in non reſtituendo.

¶ Secus in eo qui ſpoliationem opponit. Panormitanus verò hic diſtinguit. Aut conſtat de depoſito, & non admittitur exceptio ſpoliationis, ſicuti teſte Canone, nec in aliis exceptio-

nibus, vbi factum eſt notorium. Et ſic procedit prima opinio. Aut nõ conſtat de depoſito & admittitur, & ita procedit ſecunda opinio.

¶ Doctores hic addunt alios caſus, in quibus obiectio exceptionis ſpoliationis non habet locum. Sed in his dic: primum, quandoq; quis cogitur ſe defendere, vt quia actio contra eum inſtituitur vel officium Iudicis contra eum imploratur. Quandoque verò aliquid fit in ipſius præiudicium, vbi de neceſsitate non cogitur ſe defendere.

¶ Primo caſu regula eſt, quod exceptio ſpoliationis locum habet. Hæc reg. fal-
18 lit: primo † in actione depoſiti, de qua dictum eſt. Secundò fallit, quando periclitatur conſcientia illius, qui exceptionem opponit. Tertiò fallit, quando periculũ eſt in mora. Quartò fallit, quãdo agenti ſuper rebus eccleſiaſticis opponitur exceptio ſpoliationis rerum priuatarum. Quinto fallit in notorio. Secundam fallentiam nunc examinabimus, habet autem hęc fallentia duos caſus. Primus eſt, quando ſpoliatus conuenitur ex obligatione iuramento firmata. Secundus eſt in cauſis matrimonialibus.

¶ Quod ad primum caſum attinet, opiniones ſunt, vtrum opponi poſsit, nec ne. Et videtur, quod opponi non poſsit.
19 Nam † licet iurans ſoluere vſuras ſolutas poſsit repetere, tamen nihilominus propter iuramentum ſoluere tenetur. c. Ad noſtram el. primo & c. Debitores, infra de iureiur. Quare idem videtur dicendum, quod is, qui ſimpliciter iurauit ſoluere, id facere debeat propter iuramẽtum, & poſtea per interdictum. Vnde vi, & ſic iure actionis, ſpoliationem intentare debeat, quia iuramentum in forma ſpecifica impleri debet d.c. Ad noſtram. & ita tenent Vincen. Ioan. And. hic.

¶ Tu ſecundum Ioan. de Imo. & Anto. de Butr. hic, & Philip. Franc. in d.c. Frequens. §. Solet, hoc modo diſtingue: Aut principalis debitor, qui iurauit, cõuenitur, Aut verò conuenitur eius fideiuſſor.

¶ Primo caſu diſtingue: Aut ſpoliatus iurauit poſt ſpoliationem ſoluere, & certum eſt, quod exceptionem opponere non poteſt, quia ſciens præſtitit iuramentum. Aut poſt iuramentum præſtitum ſpoliatus eſt, & dic: Aut propter ſpoliationẽ omnino effectus eſt inops
20 ad ſoluendũ, & opponere poterit † quia difficultas impedit periurium. c. Breui, infra de iureiuran. Aut non eſt omnino inops factus, ſed non obſtante ſpoliatione ſolui poteſt. Et decidunt præallegati Doctores, quod quoque opponere poſsit, & allegat Anto. de Butr. rationem, quod in iuramento ineſt talis conditio, niſi iuſta cauſa ſuperuenerit, propter quam quis poſſet repelli à petendo. Argu. c. Quemadmodum infra de iureiur. Et Panorm. hic approbat deciſionem Antonii de Butrio, & reprobat rationem ſuam, quaſi non ſit neceſſaria, & allegat Barto. in l. Amplius. ff. Rem ratam haberi, vbi dicit: Quod ſi quis iurauit alicui ſoluere, poteſt compenſare, nec minus adimpleuit iuramẽtum, & allegat aliam rationem, quod ſpoliatus euitat periurium, quia impeditur per factum ſpoliatoris, quo minus ſoluat. Argu. l. fin. ff. Qui ſatiſdare cogan. l. iij. in princ. ff. de ſtatulibe. Tamen addit tutius eſſe ſoluere, cum iuramentũ principaliter dirigatur in Deũ, qui non præſtitit aliquod impedimentum.

tum.Tu conclude, quod hoc caſu ſolue re tenetur, nec poterit obiicere exceptionem,quia iuramentum eſt,quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt.d.c.Et ſi Chriſtus.Nec eſt hoc caſu impoſsibilis conditio,& poterit per actionem conſequi reſtitutionem. Et loquuntur rationes ſupra allegatæ de impoſsibilitate vel difficultate:quæ conditiones in hoc membro non militant. Quare hoc caſu tenẽda eſt opinio Vincen.& Ioan.And.Secundo caſu, quando ſcilicet conuenitur fideiuſſor debitoris, Et concluditur ſimpliciter per Ioã.And.& Vincen.quòd is, ſiue ex ſua ſiue ex debitoris perſona conueniatur, eam obiicere poſsit, quia compenſat tam ſibi quàm principali debitori debitum.l.Si quid à fideiuſſore.ff. de compenſa.cum l.præced. & hoc omnes approbant.Quod verò attinet ad ſecundum caſum ſecundæ fallentiæ,quando

21 ſcilicet†agitur petitorio vel poſſeſſorio in cauſa matrimoniali,& dic: Aut agenti in cauſa matrimoniali opponitur ſpoliatio rerum priuatarum,& non admittitur Arg.d.c. Frequens.§. Solet & ita decidunt Hoſtienſis in. §. Quando, verſi.Quod ſi vir,in tit.de reſti. ſpolia. Specul.in.§.j.ver.Quid ſi ago, in titu. de petito. & poſſeſſo. & ita quoque intelligi poteſt deciſio Innocẽ. hic Aut agenti in cauſa matrimoniali opponitur de ſpoliatione ipſius poſſeſsionis matrimonialis, & admittitur exceptio. Imò,hoc caſu nõ tantum repellit Actorem,verumetiam nanciſcitur poſſeſsionem.c.Ex conqueſtione, cum ibi nota. infra de reſti.ſpolia.Et ita quoq; decidit Panor.hic.

¶ Tertiam fallentiam ſuper allegata reg.diximus eſſe quando periculum eſt in mora: huius fallentiæ exempla ſunt vt ſi quis conqueritur de alio, quod impediat eum, ne filium ſuum faciat baptizari,vel ne defunctum ſepeliat, vel ne parentem ruentem reficiat, vel ne cloacas,vel riuos purget, vel in ſimilibus caſibus,vbi agitur de re non capiẽte ſine periculo dilationem.c. Baptizari v.diſtinct.l. de pupillo. §. Si quis riuos.ff.de noui operis nuncia. Si autem quis impediuiſſet, ne puer baptizetur &c.& tamen nihilominus fuiſſet baptizatus, & vellet agere de iniuria illata, haberet locum exceptio: Quia in præteritis nullum ſubeſt periculum.Ita decidit Specul.in titu.de petito, & poſſeſ. §.primo verſi.Quid ſi debitor, & verſ. ſeq.& Panormit. hic. Sed dubium eſt,

22 vtrum agenti interdicto. Vti poſsidetis,obſtet exceptio ſpoliationis,Innoc. in c.fina.hic titu.noſtro,& in c. Veniẽs, infra de præſcript. tenet, quod obſtet. Vincen.tenet cõtrarium,& pro eo textus in l. Aequiſsimum,in princip. ff.de vſufructu. Idem decidit Specula. in §. j.ver.Sed nunquid intentanti,in tit. de petito.& poſſeſſ.

¶ Ioan. Andr. in additio. ſuper dictum ver.Nunquid intentãti,diſtinguit:Aut periculum eſt in mora, & non obſtat, per iura ſupra allegata. Aut non eſt in mora, & obſtat. & ita procedit opinio Innocent. Et hanc diſtinctionem ſequuntur,Ioan. de Imol. & Panormita. hic.Sed de hac quæſtio.copioſius dicemus in dicto capitu. Veniens,infra de præſcrip.

¶ Quarta fallentia probatur per text. in dicto capitulo.Frequens.§.Solet,infra de reſtitutio.ſpolia.in vj.

¶ Quinta quoque eſt clara,ſcilicet quãdo factum eſt notorium, quod non ad-

mittitur. Hoc refer quæ diximus ſupra de actione depoſiti. Et tantum de eo, qui cogitur ſe defendere contra actionem inſtitutam, vel implorationẽ officii Iudicis.

¶ Nunc dicemus de eo qui non coactus in Iudicio ſe defendere, ſed volens ex-
25 tra iudicialiter † ſe alicui actui opponit vtrum poſſit exceptionem ſpoliationis opponere. Exemplum. Titius eſt electus ad aliquam dignitatem, quam petit confirmari. Sempronius opponit ſe huic confirmationi, & dicit ſe per Titium ſpoliatum eſſe, quare petit eum non confirmari, donec ipſe fuerit reſtitutus. Quæritur an exceptio locum habeat: Et videtur quod non admittatur, quia hæc exceptio tantum competit ei, qui Iudicialiter conuentus eſt, & cogitur ſe defendere. Non autem ei, qui ſe voluntariè opponit, vt probatur per tex. hic & dicto cap. Frequens. Qui autem ſe opponit iſtiuſmodi actibus extraiudicialibus, volens & non coactus ſe opponit, Ergo &c. Et ita decidunt Ioan. Andr. Innocentius, & Ioannes de Imo. hic.

¶ Tu, omiſsis ſuperfluis, in hac quæſtione hoc modo diſtingue: Aut is, à quo petitur confirmatio electionis, opponit petenti exceptionem ſpoliationis, electo & ſic confirmationem petenti.

¶ Aut tertius aliquis opponit electo & confirmando illam exceptionem. Primo caſu dic, quod confirmans confirmare non tenetur, donec fuerit reſtitutus, per text. in cap. Epiſcopi, & c. fin. in fi. tertia quæſtio. j. c. Statuimus xvj. q. j. Et facit ad hoc quod decidunt Domi. Gem. & Philip. Fran. in dicto. c. j. §. fin. de reſtit. ſpol. in vj. vbi colligunt, Si Parochus non vult præeſſe Eccleſiæ, &c. ſic ſpoliat ſuos vſu ſacramentorum poterunt ipſi decimas retinere, donec vſu ſacramentorum fuerint reſtituti. Secundo caſu quando ſcilicet tertius ſe cõfirmationi opponit, dic: Aut opponenti exceptionem imminet præiudicium ſi tacet, & non opponit, & auditur vt notatur in c. Dilecti, infr. de exceptio. Aut nullum imminet præiudicium, & non auditur. Et in hoc caſu procedit opinio Ioan. And. & Inno. Et ita diſtinguit Anto. de Butr. quem ſequuntur Ioan. de Imo. & Panor. hic.

¶ Quarta quæſtio glo. eſt, vtrum proba-
24 tio † facta per modum exceptionis, proſit poſtea, ſi petatur poſſeſsio per modum actionis, hoc eſt, Si Reus in modum exceptionis probat ſpoliationem, & propterea Actor repulſus eſt, ipſe tamen ope exceptionis non potuit recuperare poſſeſsionem: ideo intentauit interdictum, Vnde vi. Quæritur, vtrum in hoc proceſſu prior probatio in modum exceptionis facta proſit agenti: Et decidit glo. quòd non, niſi aduerſarius conſentiret, & probatur per tex. in cap. Veniens, el. ij. infra de teſtibus. Nam in excipiendo agebatur ad repellendũ tantum, in agendo agit ad conſequendum. Igitur ſicuti res iudicata non prodeſt, quando alia res eſt in Iudicio. l. Cùm de hoc quæritur, cum. l. ſeq. ff. de except. rei iudi. Ita quoque de atteſtationibus dicendum eſt. c. Inter dilectos verſ. Nec atteſtationes, infr. de fide inſtrumen. Præcipua autem ratio deciſionis iſtius, hæc eſt, quod probatio exceptionis ſpoliationis fit ſummariè ante litem conteſtatam infra quindecim dies. d. c. Frequens. Quare in ordinario Iudicio, quando ſpoliatio Iure actionis tractatur, non facit fidem. d. c. Veniens.

Hoc

Hoc tamen verum eſt de probatione,
quæ fit per teſtes. Secus ſi facta eſt pro
batio per confeſsionem, quia illa non
læditur ex qualitate ſummarietatis Iu
dicii. Et ideo probat etiam in plenario
Iudicio. c. Per inquiſitionem, in verbo,
Recognouit. ſupra de electio, Confeſ-
ſio enim ad ſui ſubſtantiam, non requi
rit telam Iudicii. Ideo valet confeſsio,
etiamſi Iudicium ex aliqua cauſa ſit
nullum, vt notatur in c. Piſanis, infr. de
reſtitu. ſpo. l. Proinde. §. fi. ff. Ad. l. Aqui.
c. ſecundo infr. de confeſsis. l. Voluit. §.
Quod ait prætor. ff. de interroga. actio.
Innocen. in c. Qualiter & quando, in-
25 fra de accuſatio. † modo tamen fiat cõ-
feſsio coram Iudice competenti, vt no-
ta. in d. c. ij. & in c. At ſi clerici, ſupra de
Iudiciis. Hoc tamen verum eſt, ſi con-
feſsio fit principaliter, & non inciden-
ter. Quia ſi incidenter fit, non præiudi-
cat, ſi proceſſus Iuris non ſeruatur, ſe-
cundum Bar. in l. Si confeſſus. ff. de cu-
ſto. reorum. Vide nota. in d. c. At ſi cle-
rici. Ita decidunt hic Inno. Io. de Imol.
26 & Panorm. An autem & † quando acta
& probationes in vno Iudicio produ-
ctæ, in alio Iudicio fidem faciant, vide
Doctor. & præiertim Panor. in c. Cau-
ſam, infr. de teſtibus. Doct. & præcipuè
Bald. in l. ſecundo. cum ſimilibus. C. de
Edendo.
27 ¶ Quinta quæſtio eſt, vtrum † excipiẽ-
ti ſuccumbens opponi poſsit exceptio
rei iudi. ſi ſpoliationem per modum a-
ctionis in iudicium poſtea deduxerit:
& videtur quod ſic, cum ſit eadem con-
ditio perſonarum, idem ius petendi, ea
dem cauſa &c. d. l. Cum de hoc quæri-
tur, cum ll. ſeq. ff. de excep. rei iud. Glo.
decidit contrarium, quia iam eſt aliud
ius petendi, cum in exceptione ageba-
tur ad repellendum, hic verò ad conſe-
quẽdum. Et ſi in poſſeſſorio egi ex vna
cauſa, & ſuccumbo, poſſum poſtea ex
alia agere. c. Inter dilectos, infr. de do-
natio. Sicuti quoque aliàs in actioni-
bus perſonalibus agens ex vna cauſa ſi
ſuccumbit poteſt idem ex alia petere.
nec obſtat ei exceptio rei iudicatæ cap.
Abbate ſanè, de re iudi. in. vj. l. Et an ea
dem. §. Actiones. ff. de exceptio. rei iu-
dica. Sed nunc quærit Panormit. Quid
28 è contra, Titius egit interdicto, † Vnde
vi, contra Sempronium, Ad reſtitutio-
nem Sempronius abſoluitur, quia Ti-
tius ſpoliationem non probat. Poſtea
autem Sempronius inſtituit viciſsim
actionem contra Titium: Titius exci-
pit de priori ſpoliatione, quam tamen
agendo probare non potuit, An ſit au-
diendus cum tali exceptione: & vide-
tur quod ſic per rationes in præceden-
ti quæſtione allegatas. Innocentius &
Panormita. decidunt breuibus, quod
non, propter æquitatem ſuperuenien
tem ſententiæ. Arg. l. ij. ff. de condictio.
ſine cauſa. c. ij. ĩ. de purg. vulg. Quia ſi
Titius excipiens iterum egiſſet, obſtitiſ
ſet ei exceptio rei iudi. multo magis ex
cipienti obſtare debet replicatio. Ratio
aũt diuerſitatis inter hãc præcedentem
29 q̃õnem hæc eſt quòd † ſpoliatio per mo
dum actionis intentata plenè diſcutit,
in modũ exceptionis aũt tantũ ſumma
riè. d. c. Frequens. Quare fortius obſtat
plenè, quàm ſummariè diſcuſſum &c.
¶ Glo. in verbo, Reſtitutio, mouet tres
30 q̃õnes. Prima eſt vtrũ crimẽ † per modũ
exceptionis probatũ vel de quo alioqui
incidenter cõſtat, cum nulla accuſatio
præceſſerit, puniri debeat. Secunda eſt,
vtrum criminoſus hoc modo ciuiliter
cõuẽtus efficiat infamis infamia iuris,

Ter

Tertia eſt, vtrum efficiatur infamis in famia facti. Secunda eſt ibi, nec infamis. Tertia eſt ibi, Iure quid dices. Quod attinet ad primam quæſtionem, gloſſ. diſputat, pro & contra. Et primò videtur, quòd delinquens ſit puniendus quoquo modo conſtet de delicto, ſiue per modum exceptionis, ſiue incidentem confeſsionem, vel alio modo. Et videtur primò, quòd ſic. Nam ſi aliquid in Iudicio allegatur, vnde Iudex alia quædam colligere poteſt, quæ nō ſunt de intentione allegata, poterit ipſe ex officio non allegata, ſed per ſe collecta ſupplere. c. Ex parte, infr. de conceſ. præbend. & c. Cùm nobis, ſuprà de electio. Sed certum eſt, ſi teſti obiicitur delictū & probatur per modum exceptionis, vel per incidentem confeſsionem &c. de eo conſtat, quòd Iudex facilè colligere poterit, delicta punienda eſſe, cùm delicta, vndecunque claruerint, puniri debeant. c. Ecce. xxiij. q. iij. Et bono gratique præſidi congruit, vt malis hominibus prouincia purgetur, eoſque conquirat nam & ſacrilegos, latrones, plagiarios, conquirere, & in eos animaduertere debet. l. Congruit. ff. de officio præſidis. Ergo ſequitur quòd delicta, quoquo modo de eis conſtet, puniri poſſint. & facit quoque tex. in c. Super, infr. de confeſsis. vbi quidam Canonicus propter delictum Simoniæ ab officio deponitur, licet nulla omnino contra ipſum fuerit actio inſtituta. Idem probatur per tex. in c. Per inquiſitionem, ſuprà de electio. vbi quoque fuit punitus, contra quem non agebatur. Et eſt de hoc optimus tex. in l. ij. §. Si publico. ff. de adult. vbi marito vxorem de adulterio accuſanti, obiicitur & probatur crimen lenocinij, & decidit text. quòd etiam ſine accuſatore lenocinij damnari debeat, & allegat glo. ibi in verbo, Sine accuſatore, multa alia iura, ex quibus idem probatur.

Contrarium decidit gloſſ. hic, quòd ſcilicet delinquens propter crimen, per modum exceptionis probatum, vel de quo alioqui incidenter conſtat, pœna ordinaria puniri non debeat. Hæc deciſio probatur per tex. hic, in §. Quemadmodum.

Et allegat glo. hic in prin. rationem huius deciſionis. Nam quælibet ſenten-
31 tia condemnatoria † formanda eſt ſecūdum modum agēdi. c. Super his. c. Qualiter & quando, el. ij. infr. de accuſa. c. Licet Heli, infr. de Simon. l. Vt fundus. ff. communi diuidundo.

Sed ſi crimen per modum exceptionis opponitur & probatur, vel alio modo incidenter de eo conſtat, tunc nulla ineſt petitio condemnationis, ſicuti etiā per viam exceptionis condemnatio peti non poteſt, alioqui exceptio operaretur duos contrarios effectus, per text. noſtrum hic §. Verum, & dicto cap. Frequens.

Quare nulla ſententia condemnatoria propter defectum petitionis ſequi poteſt.

Et probatur hoc per textum in dicto capitulo, Super his, infra de accuſationibus.

Et optimè facit textus in l. Reſcripto. §. Si quis accuſatorem. ff. de muneribus & honorib. vbi expreſſè habetur, quòd ſine accuſatore nemo condemnādus eſt.

Nec obſtant iura pro prima opinione allegata, quia glo. hic in effectu hoc modo reſpondet, quòd tres ſint modi, per quos perueniri poteſt ad pœnam deli-

delictorum: Accuſatio, Inquiſitio, & Denunciatio. Et omnia iura, de quibus ſuprà in prima opinione dictum eſt, loquuntur, quando conſtat de criminibus. Aut per viam accuſationis. Aut per viam inquiſitionis. Aut per viam denũciationis. Nam primũ nõ obſtat tex. in c. Ex parte. d.c. Cũ nobis, q̃a loquũtur in terminis, vbi Iudex ex officio inquirendo proceſsit. quare valet. Ita quoque intelligi poteſt tex. in d.c. Ecce, ſcilicet vndecunque clarueriint delicta legitimo modo, hoc eſt, ſiue per viam accuſationis, ſiue per viam inquiſitionis, ſiue per viam denunciationis, punienda ſunt, ad hoc vt iura iurib. concordentur. Text. autem in d.l. Congruit, propriè loquitur de via inquiſitionis, ſicuti patet ex tex. ibi, in verbo, Conquirere. Sic quoque reſpõderi poteſt ad tex. in d.c. Super, quia ibi cõfitens erat particeps Simoniæ, & hoc erat ei in iudicio obiectum, & ipſe de eo interrogatus. Cùm ergo in Iure ad obiectionem reſpõdit, & cõfeſſus fuit, ſequitur quòd potuit puniri, præſertim quia crimen, quod confitebatur, cauſam contingebat, c. Denique, quod eſt c.j. in fin. infra de excep. Nec etiam obſtat d.c. Per inquiſitionem. quia ibi expreſsè habetur ex text. quòd per viam inquiſitionis proceſſum erat, Quare valuit.

Poſtremò, non obſtat tex. in d.l.ij.§, ſi publico, quia ibi exceptio lenocinij per vxorem oppoſita, nihil profuit vxori, quia per eam non potuit repellere maritum à publica accuſatione.

Quare naturam exceptinnis habere non potuit, ſequitur quòd habeat naturam accuſationis, ne crimina maneant impunita, & eſt hic caſus quoque ſpecialis, vbi Iudex ex officio ſine accuſatore procedere poteſt. Si autem maritus contra vxorem non egiſſet ad pœnam legalem, ſed in foro Eccleſiaſtico ad ſeparationem, profuiſſet exceptio lenocinij vxori, quia potuiſſet maritum ab accuſatione repellere, c. Diſcretionem. §. Quòd ſi fortè, infrà de eo qui cognouit conſanguin. vxoris ſuæ. c. Penultimo. & fin. infr. de adulte. Et eſt ratio, quia primo caſu agitur ad vindictam publicam, quare compenſatio delicti meritò non admittitur, cùm non relatione criminum, ſed innocentia Reus purgetur. l. Neganda. cum ſimilibus. C. Qui accuſare poſ. l. Is qui reus factus. ff. de pub. iud. Sed in ſecundo caſu agitur ad commodum priuatum, ideo admittitur. d.c. penult. & vlti. vel poteſt aliter reſponderi ad. §. Si publico, ſecũdum Ioan. And. & Panor. hic, quòd ibi crimẽ lenocinij, de quo fuit exceptum, contingebat principale delictum adulterij, de quo agebatur.

Quare cùm hoc caſu teſtis puniri poſsit. d.c. Denique, multò magis accuſator, cùm teſtis ſit neceſſarius, Actor verò voluntarius.

Et ita quoque reſpondent Doctores in dicto. §. Si publico. Hæc glo. & Panor. hic.

Sed in hac quæſtione Anto. de Butbic aliter diſtinguit. Aut inſtantia Iudicij fuit inſtantia ſimul contra delinquentem, ſicut contra alios, & ſic ad eundem finem. Aut verò inſtãtia reſtricta erat principaliter ad alias perſonas, ſeu ad alium finem. Primo caſu decidit delinquentem puniendum eſſe, licet de crimine conſtet incidenter, vt perhibendo teſtimonium, vt in c. Per inquiſitionem, ſuprà de electione. ſecũdum intellectum glo. ibi, in verbo, Se indignum

Indignum,& gloſſ.hic.Gloſſ.in.c.ij. in verbo,Confeſſus,infrà de confeſsis. Secundo caſu, quando ſcilicet inſtantia reſtricta eſt ad alias perſonas,& ſubdiſtinguit:Aut Iudex vult de nouo procedere,& virtute prioris probationis, in inſtantia exceptionis habet delinquentem punire,& dicit:Aut probatio ſimpliciter eſt ex cōfeſsione delinquentis,& tenet quòd ex ea delinquens puniri poſsit,cùm Iudex ratione publici intereſſe poſsit ſupplere vt notatur per glo.in c.Cupientes.§.Cæterùm,in ver bo,Excludentes,de electio.in vj.d.l.Cōgruit.ff.de offi.præſidis.& faciunt quæ notat Inno.in c.Peruenit,infrà de fideiuſſ.Archidia.in c.In primis, ij.q.j. Et huc pertinent iura ſuprà pro prima opinione adducta. Aut probatio non eſt ſumpta ex confeſsione delinquentis, ſed ex aliis probationibus in inſtantia exceptiōis habitis. Et dicit quòd ex eis quis non poſsit puniri, etiamſi Iudex ex officio proceſſerit,per tex. noſtrum hic,cum ſimilibus. Aut Iudex non vult procedere de nouo,ſed vult delinquentem punire ex deductis prioris inſtantiæ per modum exceptionis, & dicit. Aut crimen fuit deductum,vt exceptio & accuſatio ſimul,vt quia pars excepit & petiit delinquentem puniri per officium Iudicis,& tunc poterit puniri.per tex.in l.penultima.C.de probationibus.& ita decidit Ioan. Andrę.in additio.ad Specul.§. Probare. verſicu. Nam in crimine,in verbo, Reſponſo primo,in titulo de probationibus. Aut fuit tantùm,vt exceptio,crimen deductum.

Et tunc,ſi exceptio re ipſa aſſumit naturam accuſationis,vt puta,quòd eſt omnino voluntaria,& per eum obiecta,qui non erat offenſus,& qui ſpotuiſſet non opponere,Tt ſi petenti confirmationem obiicitur exceptio delicti, habet ea naturam actionis,& punitur delinquens.c.Super his,infr. de accuſationibus.& notat expreſsè Innoc.in c. Super eo.de electio.Si autem exceptio non aſſumit naturam accuſationis, ſed ſtat in meris finibus excep. & oppoſita eſt ab offenſo & ſtimulato. Et tunc ſi eſt talis exceptio,quæ accuſatorem nō poteſt repellere ab accuſatione,vt eſt exceptio lenocinij, contra accuſatorē adulterij,& ,punitur delinquens.d.l.ij. §.Si publico.ff.de adulte.& notant Doctores in.l.Vbi.C.de falſis.Aut eſt talis exceptio,quæ actorem ſiue accuſatorem repellit ab actione ſiue accuſatione.Et tunc ſi is,cui opponitur,aſſumpſit defenſionem principaliter ſuper ea diſputanda,& tunc punitur propter delictum,in modum exceptionis probatum,ſecundum Inno.in d.c.Peruenit,infr.de fideiuſſ.l.Nullum,in ſi.iuncta glo.ibi.C.de teſtibus.glo.in c.Conſtituimus, in verbo,Qui falſum.iij.q. v.& Archid.in d.c.In primis,in verbo, Peruenit.ij.q.j.dicit expreſſè,No.quòd eſt regulare,ſi quis defendens ſe de periurio,vel alio crimine coram Iudice conuincatur,Iudex ex officio eum punire poterit,maximè cùm tale crimen per probationem factum ſit notorium, & infamia inde orta ſufficiat ad ſuſpē ſionem &c.

Si verò is,cui crimen opponitur,nō aſſumpſit talem defenſionem,& tunc,ſi crimen non eſt cōnexum negotio, de quo principaliter agitur in Iudicio, & non punitur delinquens pœna ordinaria,ſed extraordinaria per textum noſtrum hic,ſumpto Argumento à contrario

trario ſenſu. Et eſt textus in capitulo primo. infra de teſtibus, non diſtinguẽdo, ſiue confeſsione, ſiue alio modo conſtet. Nam licet ex confeſsione notum ſit, tamen videtur illa facta incidenter, Iudice ad hoc non ſedente, nec acceptãte. Vide de hoc gloſſ. in c. fin. in verbo, Confeſſus, infrà de confeſsis, & notata in c. Tua, infrà de cohabita. cler. & mulierum. Si verò crimen eſt connexum negotio principali, de quo agitur, vt ſi teſtis, qui de Simonia contra alium deponit, eſt Simoniacus &c. & tunc, ſi conſtat delictum ex confeſsione delinquẽtis, & punitur delinquens pœna ordinaria. Si autem ex aliis probationibus in modum exceptionis, vel incidenter conſtat, & punitur pœna extraordinaria: & ſic eſt intelligendus, ſecundum eum tex. in d. c. primo. infra de except. & notata Ioan. Andrę. in additione. ad Speculatorem. in titulo de probationibus. §. Probare. verſiculo. Nouum &c. Hæc in effectu Anto. de But. Sed quia quædam membra iſtius diſtinctionis per Doctores impugnantur, illas impugnationes ordine examinabimus & diſputabimus.

Et primùm, quod dictum eſt de confeſsione delinquentis, incidenter vel in modum exceptionis facta, quando Iudex vult de nouo procedere, impugnatur per Panormita. hic, per gloſſ. & quæ ibi notat Archidiac. in c. Ex pœnitentibus. quinquaginta diſtinctione. Idem decidit Bar. in l. Si confeſſus. ff. de cuſto. & exhibi. reorum. & probatur hoc per text. expreſsè, ſi de criminibus ad ſolam exceptionem obiectis teſtes conuicti fuerint, ſiue confeſsi, pœna ordinaria puniri non debent, quare non eſt dubium, quòd hoc caſu puniri non debeant, Addit tamen quòd talis confeſſio faciat Iudicium ad torturam, per gloſſ. in l. Capite quinto, in verbo, Accuſaturi, & ibi Bar. ff. de adulte. Angel. Aret. in tracta. ſuo maleficiorum, in verbo, Quod fama pub. procedere. Panor. in c. De hac. infra de Simonia. Et vide ibi in Apoſtillis multa iura concordantia. Hoc tamen verum eſt, ſi confitens confeſsionem non reuocauit: ſecus ſi eam reuocauerit, Ita notat Bald. in l. Vnica, colum. fi. verſi. Item dicit Innó. C. de confeſsis. Vide Iaſo. in l. Magiſtratibus. ff. de iuriſdi. om. iud.

Secundò, quod dictum eſt de exceptione omnino voluntaria, quæ ſcilicet aſſumit naturam accuſationis, & quòd delinquens hoc caſu puniri debeat: hoc limitatur per textum expreſſum in dicto capitulo. Super his, infra de accuſationibus. vbi expreſsè habetur, quòd delictum hoc modo probatum, tantùm impedit promouendum, non autem deiicit iam promotum. Item ſi etiam poſt cõfirmationem contra eum fuerit tale crimen probatum, propter hoc prius habita nõ amittit &c.

Tertiò, quod dictum eſt de meris exceptionibus, quæ tamen accuſatorẽ repellere non poſſunt, quòd habeat locum pœna lenocinii &c quoque regu-
32 lariter non procedit, Quia †, regula eſt quando quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. c. Cùm quid, infra de reg. iur. in vj. Sed certum eſt, quòd accuſato non permittitur ſuum accuſatorem reaccuſare. l. is qui Re°. ff. de pub. iud. c. Negãda, iij. q. xj. Ergo multo minus admittẽd' eſt vti tali exceptione, quæ vim accuſationis habet, quia p̃ exceptionẽ admitteretur

quòd

quod per accuſationem eſſe prohibitum. Nec obſtat l.ij.§.Si publico. ff.de adult. Quia ibi crimen exceptum tangit cauſam principaliter, de qua agitur, Quia principalis cauſa erat de adulterio,& excipiebatur de lenocinio, quod erat connexum adulterio. Ideo ratione continentiæ & concomitatis lenocinium non minus cenſetur in Iudicium principaliter deductum, quam adulterium. Ita reſpondet glo.in dicto §.Si publico, in verbo, Nec maritum, Quàm ſequuntur Bartol.& alii ibi: & probatur hoc quoque per text.expreſſum in d.c.j.infr.de except.in fi.

¶ Quartò, quod in diſtinctione dictum eſt, eum puniendum, qui contra exceptionem defenſionem ſuſcepit, ſi per modum exceptionis conuincitur &c. quoque impugnatur per Panor. Quia nemo eſt, qui ſe contra obiicientem delicta non defendit, & durum eſſet, quòd propter ſuſceptam,& non deductam defenſionem puniri debeat. Et Iudex ita debet ferre ſententiam, vt ſit conformis petitioni libelli, vt notatur in cap.Licet Heli, infr.de Simonia.c. Qualiter & quando,el.ij.infr.de accuſatio.l.Vt fundus,cum ſimilib.ff.Com muni diuidundo. Fatetur tamen Panor.quòd teſtis ſe defendens,ſi poſt defenſionem conuictus fuerit,poterit puniri pœna extraordinaria, ideo quòd læſit autoritatem Iudicis in teſtando & gerendo ſe pro teſte, vbi non idoneus erat,& quòd in hoc caſu intelligi poſsit diſtinctio Ant.de Butr.Arg.d.l.Nullũ, in fi.C.de teſtibus.

¶ Quintò, quod dictum eſt, etiam illum eſſe puniendum pœna extraordinaria, qui defenſionem non ſuſcepit, ſi conuictus eſt,quoque diſputatur & videtur, quòd imò non debeat puniri. Nam talis probatio potius reſpicit partem producentem,quàm teſtem,ne ſcilicet producens vtatur eius teſtimonio,& hoc probatur per textum expreſſum in d.c.j.infr.de exceptioni.vbi dicit tex. Sufficit ſi à teſtimonio repellatur: quod verbum Sufficit, ſi conſideretur,apparet,quòd omnes alias pœnas excludat.

¶ Secundò probatur per vulgatam regulam, quæ habet: Res inter alios acta, aliis nec obeſt,nec prodeſt cap.per totum,Res inter alios acta.

¶ Sed certum eſt,quòd probatio delicti alicuius teſtis ſit inter Actorẽ & Reum in abſentia teſtis, & ſæpe eo inſcio, ad nullum alium finem, niſi quòd eius teſtimoniũ repellatur. Quare valde abſurdum eſſet, quòd ex tali probatione inter alios facta,puniri debeat. Ita notat Innoc.in d.c.Per inquiſitionem,ſuprà de electione.

¶ Tu, omiſsis ſuperfluis, in hac quæſtione, quãdo ſcilicet quæritur, vtrum delinquens poſsit puniri, ſi de delicto conſtet incidenter,vt per probationem exceptionis de crimine teſtis, vel ex confeſsione incidenti poſt Panor.hic. & in c.ij.infr.de confeſsis, & in d.c.j. infr.de excep. Diſtingue hoc modo.

Aut delinquens ſolus, vel vnà cum aliis eſt accuſatus,de crimine, Aut verò non eſt accuſatus.

Primo caſu dic, Aut de crimine conſtat priuſquam per modum accuſationis eſt conuictus, vtputa, quia in ipſo proceſſu incidenter confeſſus eſt, vel per modum exceptionis cõuictus, quia fortè contra ipſum tanquam cõtra teſtem de crimine exceptum,& hoc probatum eſt. Et ſubdiſtingue.

Aut

¶ Aut talis notificatio delicti facta eſt coram ſuo Iudice competenti, & certum eſt, quòd ex ea puniri poteſt pœna ordinaria. c. Per inquiſitionem, iuncta gloſ. ibi, in verbo, Se indignum, & quæ notant Doctores ſuprà de electio. & glo. hic. glo. in c. ij. in verbo, Confeſſis, infrà de confeſsis. Et probatur per tex. hic in. §. Quemadmodum ibi, quoniam in ipſum accuſatio non procedit, ſumpto Argumento à contrario ſenſu.

¶ Aut talis notificatio facta eſt non coram ſuo, ſed incompetenti Iudice, & non præiudicat, quo ad pœnam ordinariam infligendam, per text. in c. At ſi clerici. cum ibi not. ſuprà de Iudiciis. Si tamen coram incompetenti Iudice facta eſt confeſsio, hæc tanquam extraiudicialis facit Indicium ad torturam, per gloſ. in d. l. Capite quinto, in verbo, Accuſaturi. ff. de adulter. & ibi Bar. Ang. Aret. in tracta. ſuo maleficiorum, in verbo, Quod fama publica. Vide iura de quibus ſuprà.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet delinquens non eſt accuſatus de crimine, & tamen alioqui crimen incidenter notum fit, vt per probationem exceptionis, vel confeſsionem incidentem, Et dic.

¶ Aut loquimur de teſte, Aut de alio qui non eſt teſtis.

¶ Si de teſte loquimur, dic: Aut crimen, quod teſti obiicitur, contingit cauſam, in qua ipſe fert teſtimonium, & ſubdiſtingue: Aut fert teſtimonium coram tali Iudice, qui eſt ſuus competens Iudex, & cõuincitur ratione iſtius teſtimonii per exceptionem, quæ ipſius perſonæ obiicitur de crimine, vt quia obiicitur ei, quòd non poterit eſſe teſtis, quia eſt homicida, raptor, adulter &c. Et dic: Aut ipſe teſtis reſpondens ad interrogatoria partis aduerſæ, confitetur tale delictum, vel alio qui incidenter confitetur. Et tunc, ſi eſt tale delictum, quod Iudex ex officio punire poteſt, etiamſi nullus accuſator extiterit. De quibus in glo. & nota. Doctorum in dicta. l. ij. §. Si publico. ff. de adulter. & puniri poteſt pœna ordinaria, quia ratione contingentiæ videtur principaliter in iudicium deductum. Arg. d. c. ij. infr. de confeſsis, & quæ notantur in dicto c. Per inquiſitionem. glo. & Panor. hic. Hoſti. Gofr. Innoc. & Panor. in d. c. j. infr. de exceptio. Aut non eſt tale deductum, quod iudex ex officio punire poteſt, Et tunc: Aut ratione iſtius delicti, quod Reus confeſſus eſt, inſtituitur. poſtea accuſatio, & ſic nouus proceſſus, & prodeſt in illo proceſſu talis confeſsio delinquentis, quo ad pœnam infligendam. d. c. ij. ſecundum ſecundam Lecturam, & Panor. ibi, infrà de confeſsis. Aut non inſtituitur accuſatio, nec nouus proceſſus, & certum eſt quòd confitens ex tali confeſsione puniri non poteſt, per ea quæ decidit Bar. in d. l. Si confeſſus. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. Faciunt notata in l. Si filium. C. de libera. cauſa. glo. in c. Ex pœnitentibus. J. diſtinct. Panor. in d. c. ij. infrà de confeſsis, vbi vide plura concordantia. Et ſecundum illam diſtinctionem intelligi poteſt tex. in d. c. j. in fin. infrà de exceptionib. Et tantum de confeſsione teſtis coram ſuo Iudice facta in crimine, quod cauſam, de qua agitur, contingit. Aut tale delictum teſtis non fit notum ex ipſius confeſsione, ſed ex aliis probationibus, vtputa, quia Actor producit teſtes, Reus excipit contrarium de de-

licto, vt quia eſt homicida, & probatur hæc exceptio homicidii per Reum, Et dic: Aut teſtis, de cuius delicto Actor & Reus diſputant, non eſt præſens, ſicuti plerunque fit, & non præiudicat ei talis probatio. Argu. l. Denunciaſſe. §. Quæritur, ff. de adulter. glo. in c. Dilecto, in verbo, Augmentare, infr. de præbendis. Et quæ notat Innocen. in c. Bonæ, ſupr. de electio. vbi vult, quòd etiam ſi in inquiſitione generali nominetur aliquis ſpecialiter, illæ probationes non ſufficiunt ad ipſius condemnationem; quum quis debeat citari, quando teſtes iurant, & facultas defendendi ſibi dari debet cap. ij. cum ſimilibus, infrà de teſtibus. Aut teſtis, de cuius delicto agitur, & probatur, eſt præſens, Et dic: Aut non immiſcet ſe negocio, nec aſſumit defenſionem contra obiicientem delictum, ſed Actor & Reus diſputant in illum finem tantùm, vt ipſe repellatur à teſtimonio: & non officit ei talis probatio, ſiue accuſatio, & nouus proceſſus inſtituatur, ſiue non. Nam talis probatio potius reſpicit partem producentem, quàm teſtem, ne ſcilicet producens vtatur eius teſtimonio, per tex. in d. c. j. infrà de exceptio. in verbo, Sufficit. & facit regula: Res inter alios acta &c. Et huc refer iura in proximo membro allegata, & quæ ſuprà diximus circa impugnationem diſtinctionis Anto. de Butr. circa quintum membrum. Et ita quoque decidit Panor. in d. c. j. infrà de exceptio.

¶ Aut immiſcet ſe negocio, & aſſumit defenſionem contra obiicientem, & puniri poteſt pœna ordinaria, ſi fuerit conuictus. dicta l. ij. §. Si publico, & quę notat ibi Bartol. ff. de adulter. & Panormita. hic. Et eſt textus in dicto c. j. in fine, infrà de exceptionib.

¶ Et tantum de delicto teſtis cauſam contingente, & notificato corã ſuo competenti Iudice. Si autem coram nõ ſuo Iudice tales confeſsiones vel probationes fiunt, & non præiudicant, per iura ſuprà allegata.

33 ¶ Dicitur † autem crimen contingere cauſam duobus modis.

¶ Primò, ſi ipſe teſtis eſt particeps delicti, ſuper quo producitur in teſtem.

¶ Secundò, ſi is, contra quem producitur, opponit, quòd falſum depoſuerit in hac cauſa. Vide Panor. in d. c. j. in fi. infrà de except.

34 ¶ Aut crimen † teſti obiectum non cõtingit cauſam, de qua agitur, & dic: Aut conſtat ex cõfeſsione propria teſtis facta coram Iudice competenti, & punitur pœna extraordinaria, ſi tale delictum eſt, quòd Iudex ex officio procedere poteſt, ſecundum Innoc. hic, & in d. c. j. infrà de exceptio.

¶ Si verò Iudex ex officio punire non poteſt, dic quod ſuprà diximus, ſi accuſatio de nouo inſtituitur, vel non inſtituitur. Item, ſi confeſsio fit coram Iudice incompetenti, quoque dic, quæ ſuprà diximus.

¶ Aut non conſtat ex eius confeſsione, ſed ex aliis probationibus, & nulla pœna punitur, ſed ſufficit, quòd à teſtimonio repellatur. d. c. j. infrà de except. Et tantum de delicto teſti obiecto.

¶ Secundo caſu principali, quando ſcilicet loquimur de alio, qui non eſt te-

35 ſtis, cui † crimen obiicitur per modum exceptionis, vel qui incidenter confitetur, vt eſt accuſator, vel Reus, & dic.

¶ Aut crimen fuit deductum, vt exceptio & accuſatio ſimul, vt quia pars excepit, & quoq; ſimul petiit delinquentẽ

puni

puniri per officium Iudicis, & quoque puniatur crimen pœna ordinaria.

¶Exemplum. Si Actor producit inſtrumentum ſuſpectum, Reus excipit de falſo contra inſtrumentum, & petit producentem puniri vt falſarium, per tex.in l.penult.C.de probat.Et huc facit, quod notat Ioan.Andr.in additio. ad Specu.in.§.Probare.verſic.Nouum in crimine,in verbo,Reſponſo primo, in tit.de probationib.

¶Aut crimen fuit tantùm in modum exceptionis deductum, & tunc, ſi eſt exceptio voluntaria, quæ ſcilicet per eum obiicitur, qui ſua ſponte obiicit, & qui potuiſſet obiectionem omittere, vt ſi electo petenti confirmationem delictum obiicitur. Et efficit hæc obiectio & probatio, quòd confirmatio vel ſimilis actus impeditur, quia illa exceptio habet naturam actionis, vltrà tamen non punitur,per text.in dicto cap.Super his, infrà de accuſatio. Et notat Innocen.in cap.Super eo. ſuprà de electione.

¶Aut non eſt voluntaria exceptio, ſed neceſſaria,quam ſcilicet Reus ad perimendam Actoris vel accuſatoris petitionem,cogitur opponere,& dic.

¶Aut crimen quod obiicitur, contingit cauſam,de qua agitur,& ſic eſt connexum,& punitur delinquens, ſi fuerit conuictus, dicta l.ij.§.Si publico. ff.de adulter. & ibi Bart.& alii. Facit textus in dicto c.j.infrà de exceptio. Quia ratione continentiæ cenſetur principaliter vnà cum accuſatione in iudicium deductum, quare æquè puniri poteſt, vt ſuprà diximus.

Aut tale crimen non contingit cauſam,& dic: Aut eſt tale delictū, quod Iudex ex officio punire poteſt,& puniatur.Si autem ex officio punire non poteſt, & dic, quæ diximus ſuprà de delicto teſtis in hoc membro.

Nota tamen quòd prædicta omnia procedunt in Iudicibus inferioribus. In ſummo autem principe aliud obſeruatur.Nam is poteſt imponere pœnam delinquenti condignam, maximè ſi conſtat ex confeſſione delinquentis quoquo modo facta, non obſtante, quòd proceſſus non eſt obſeruatus,

36 † quia ipſe ex plenitudine poteſtatis poteſt omnem defectum proceſſus ſupplere,per ea quæ habentur & notantur in cap.Ad petitionem, infrà de accuſationibus. Et vide Panor.in dicto cap. ij.infrà de confeſsis.

Deinde hoc quoque breuibus ob-
37 ſeruabis,† quòd cuilibet Iudici permiſſum eſt punire teſtes, quos deprehenderit coram ſe falſa deponere.l.Nullum.in fi.C.de teſtibus. Et tantùm de hac prima quæſtione glo.

38 Secunda quæſtio gloſ.eſt,† vtrum delictum per viam exceptionis probatum, infamet infamia Iuris. In hac quæſtione diſtinguit Anton.de Butr. hoc modo: Aut ſumus in illis caſibus, in quibus delinquens punitur, ſi delictum per modum exceptionis eſt probatum. Aut verò ſumus in caſibus, in quibus delinquens hoc modo conuictus non punitur. Primo caſu dic ſecundum eum: Aut eſt tale delictum, propter quod delinquenti imponitur pœna ordinaria, & certum eſt quòd infamat infamia Iuris, quia talis exceptio ſuccedit loco accuſationis, dicto §.Si publico, & conuicti per modum accuſationis infames ſunt. l.prima. ff. de his qui notantur infamia. c.Conſtituimus,cum ſimilibus.iij.quæſtio.v.Et

notat Bar.in.l. Infamē.ver.his expeditis,ff.de publ.iud.Ergo &c. Aut eſt tale delictum propter quod imponitur pœna extraordinaria, & dicit eſſe dubium, an infamet. Ideo hoc caſu diſtinguit: Aut pœna nondum eſt impoſita per ſententiam,& non infamat: licet delictum alioqui ſit punibile, allegat textum hic in fin. Aut pœna extraordinaria eſt impoſita, & infamat ſecundum eum. Allegat ad hoc Bar.in d.l.Nullum.C.de teſti.& gl.in.d.Conſtituimus.

¶ Sed hoc poſterius membrum impugnatur per Panor, hic, qui expreſsè te-
32 net; ꝙ hoc caſu † condemnatus non efficiatur infamis.

¶ Nam pœna extraordinaria imponitur per Iudicis officium, vt notatur per totum.ff.de extraordinariis criminibus. Sed damnatus officio Iudicis non efficitur infamis. Hoc tenet expreſsè Bar.in.d.l.Nullum, per tex.in.l.j.ver.Qui in iudicio pub.ff.de his qui no.infamia. Et optimè faciunt quæ notat Bar.in.d.l. Infamē.ver.Item quæro.ff.de pub.iud.vbi concludit, ꝙ dãnatus per inquiſitionem meram, non fiat infamis.

Honorius.III. Ludouico Regi Francorum.

QVam non credimus latere prudẽtiam, Cauſam nataliũ Reginæ Cypri ad examen noſtrum, vt pote quæ ad forum Eccleſiaſticum pertinet, eſſe delatam, & infrà. Quia verò ante, quã natalium cauſa terminata eſſet, dependentem ex illa ſucceſsionis cauſam incipere, nihil aliud eſſet, quã diuerſis proceſsibus intricare negotiũ & cõfuſione quadam Iudicii ordinem perturbare. Si fortè ab ipſa Regina fueris ſuper hoc requiſitus, donec iam dicta cauſa natalium Apoſtolico Iudicio finem acceperit patienter expectes.

SVMMA CAPITA.

1 *Incidens queſtio & principalis cauſa, an ſimul coram eodem Iudice terminande.*

2 *Iudex queſtio principalis, & ſuper incidenti queſtione cognoſcit, incidenter ſcilicet, quamuis alioqui principaliter cognoſcere de ea nequeat.*

3 *Iudex etiam laicus ſuper vſura cognoſcere poteſt, incidenter.*

4 *Cauſe connexa non ſeparande & ab eodem Iudice diſcutiende.*

5 *Cauſa nataliũ, licet ſit incidens in hereditatis petitione, non tamen a principalis cauſe Iudice, ſed ab Eccleſiaſtico tantum decidenda. Et eius ratio.*

6 *Cauſarum Matrimonialium cognitio, tum quo ad cauſas, tum quo ad effectus, & Matrimonii ſolutionem ad Iudices eccleſiaſticos tantum ſpectat.*

7 *Incidens natalium queſtio prius, quam principalis cauſa decidenda.*

8 *In ea caſu inhibito Iudici principalis cauſe per Eccleſiaſticum, etiam ſine cauſe cogni*

tione

tione fieri poteſt.

9 *Quæſtio facti, & quæſtio qualitatis facti, diuerſæ ſunt.*

10 *Inſignium perſonarum facta nota eſſe præſumuntur.*

11 *Peremptoria excep. vbi non idem & principalis cauſæ Iudex, ſed alius de ea cognoſcere debet, habet effectum dilatoriæ.*

PETENTI hæreditatem obſtat exceptio natalium, quæ debet primitus terminari per Iudicem Eccleſiaſticum. Hoc dicit ſecundum Bal. Io. de Imo. & Pan. hic. Et habet hoc. c. duos intellectus. Secundũ primũ & veriorem intellectũ, figura caſum, hoc modo.

¶ Comes Cãpaniæ deceſsit ab inteſtato, nec reliquit hæredes ex linea deſcẽdentium vel aſcendentiũ, propterea regina Cypri coram rege Galliæ, in cuius regno comitatus Campaniæ ſitus erat, inſtituit petitionem hæreditatis, petiit, comitatum ſibi, tanquã hæredi ab inteſtato adiudicari. Sed opponebatur actrici exceptio natalium, quod ſcilicet non eſſet legitimè nata, & ſic non agnata defuncti, nec capax iſtius comitatus. Ipſa verò volebat probare natales, & petebat quod tam in petitione hæreditatis, quã cauſa natalium procederetur coram rege Galliæ. Sed pars aduerſa oppoſuit, quod rex Galliæ nõ eſſet cõpetens Iudex in cauſa nataliũ, ſed cognitio ſpectaret ad Iudicem Eccleſiaſticum, præterea quod hæc incidens
1 quæſtio† nataliũ ante omnia eſſet diſcutienda, priuſquã ad cauſam hæreditatis perueniretur. Quærebatur ergo vtrum rex Galliæ, coram quo petitio hæreditatis inſtituta erat, ſuper incidẽti quæſtione cognoſcere, & an principalis & incidens quæſtio ſimul vno proceſſu determinari poſsint. Et videtur primò, quod hæc incidens quæſtio natalium potuerit coram rege Galliæ de neceſsitate ad Iudicem Eccleſiaſticũ
2 remittenda. Nam regula eſt, quod is qui eſt Iudex cauſæ principalis, ſuper incidenti quæſtione quoque cognoſcere poterit, etiam ſi principaliter de ea nõ poſsit cognoſcere. Hanc regulam tradunt Bal. & Docto. in l. Quoties. C. de Iudiciis, & probatur per text. ibi, quia certum eſt, quod cauſa ſtatus, hoc eſt, ingenuitatis & libertinitatis de iure non poteſt principaliter tractari corã delegato vel arbitro, ſed coram Iudicibus maiorib. hoc eſt, præſidibus prouinciarum tractanda eſt. l. ij. in fi. C. de pedaneis Iudicibus. l. Non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbitris, & decidit Ioan. de Imo. hic. Et tamẽ ſi quis corã delegato Iudice petit hæreditatem, & obiicitur exceptio, quod Actor non eſt ingenuus nec libertinus, ſed ſeruus. Hęc incidens quæſtio corã delegato tractari, & expediri põt, per text. expreſſum cum ibi notatis in d. l. Quoties. C. de Iudiciis. Et optimè faciunt, quæ notat
3 Bal. ibi, qui concludit. Quod licet† cauſa vſuraria ſit Eccleſiaſtica, tamen ſi qs petit in Iudicio debitũ, & hoc probat inſtrumento principaliter, cui opponitur, quod eſt vſurarium, licet hæc exceptio contra inſtrumentum de vitra ſit incidens, & de ſui natura Eccleſiaſtica, vt notatur in c. Si Iudex Laicus. ʃ. de ſenten. excommunica. in. vj. Quod tamen Iudex ſecularis ſuper ea cognoſcere poſsit. Idem decidit Ioã. de Imo. hic. Quare idem videtur dicendum cũ cauſa natalium incidenter veniat in Iudicium, quod corã eodem Iudice tra-

 ctari

ctari & expediri poſsit, corā quo quæſtio principalis tractatur. Et quod hoc in ſpecie in cauſa natalium procedat, probatur optimis fundamentis. Nam certum eſt, ꝙ ius alimentorũ nõ minus dependet ex matrimonio, & ſic ex natalibus, quam ius ſuccedendi ab inteſtato, quia ad hoc, vt quis teneatur præſtare alimenta. Primum enim requiritur conſtare de filiatione, hoc eſt, vtrum is, qui alimenta ſit filius. Et tamen hæc quæſtio ſcilicet vtrum alicui filio vel filiæ &c. alimẽta præſtanda ſint, agitari. & diſcuti poteſt per Iudicem ſecularem, nec opus eſt, vt perueniat ad iudicẽ Eccleſiaſticũ per tex. exp̃ſſum in. l. ij. C. de ordine Iudicio. l. Si q̃s à liberis, ff. de libe. agno. Et notant hic Ioan. And. Ioan. de Imo. & Pa. Et ꝙ in cauſis matrimonialibus Iudici Laico cognitio indefinitè non ſit interdicta, probatur per tex. in. l. j. §. Si ea. ff. de ventre in poſſeſſ. mittendo. vbi dicit tex. Si ea quæ in poſſeſsionẽ vult ire, vxor negetur &c. decretũ interponit prætor. Et ideo dicit Bal. hic: Scias ꝙ in poſſeſſorio, ſi incidit quæſtio matrimonii, poteſt Iudex ſecularis taliter, qualiter de ea cognoſcere, & facit optimè tex. in. l. Non ignorat. C. Qui accu. non poſ. Quare videtur indubitati iuris eſſe, cauſam natalium incidenter propoſitam poſſe tractari coram Laico, coram quo cauſa principalis incœpta eſt.

¶ Secũdò videtur probari, ꝙ in terminis. c. noſtri cauſa natalium non ſit ad Iudicem Eccleſiaſticum remittenda, ſed ꝙ potuerit per Iudicem ſecularẽ tractari. Nam certum eſt, ꝙ petitio hęreditatis, & cauſa natalium ſunt omnino connexa, quia ius ſuccedendi fundat ſe ex cauſa natalium.

¶ Si enim is qui hæreditatem petit, nõ eſt legitimè natus, licet ſit filius, non habet concludens medium concludendi in libello, præſertim in iſtiuſmodi feudis dignitatum, vt comitatus &c. Quare ſi petit hæreditatem, & obiici⁊ exceptio de illegitimitate. Hæc exceptio eſt incidens, & ex priori depẽdẽs. Sed clariſsimi iuris eſt, quando cauſæ
4 cohærẽt, † & ſeſe contingunt, tunc corā diuerſis iudicibus tractari nõ debet ſed coram eodem Iudice terminari, cũ continentia cauſæ diuidi non debeat. l. Nulli. C. de iudiciis. Sicuti videmus in cauſa poſſeſsionis & proprietatis, quæ coram eodem Iudice tractandæ ſunt. c. j. ĩ. de cauſa poſſ. & proprie. c. j. ĩ. de ſeque. poſſ. & fructuũ. Idem dicẽdum eſt de vſufructu & proprietate. l. Si pariter. ff. de liberali cauſa. Ergo &c. Et tamen contra primam deciſionem ſecundam facit, ꝙ intentatio ſeu motio vnius cauſæ non impedit, quo minus alia eodem modo intentetur, Imo poſſunt ſimul tractari, & vna ſententia terminari. c. Cũ dilectus. §. Cũ ea. ſ. e. & ſupra p totũdemũ tuis petitio. Quando, aũt actionũ cõcurſus admittendus ſit vide Bar. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquiren. poſſeſsio.

¶ Tamen iſtis, & quibuſcunque aliis non obſtantibus, decidit textus noſter
5 hic contrarium, Quod ſcilicet † cauſa natalium in petitione hæreditatis incidens, non corā Iudice cauſæ principalis tractari, ſed ad Iudicem Eccleſiaſticum remitti debeat. Et ꝙ Iudex ſecularis in negotio principali procedere nõ debeat, donec cauſa nataliũ incidens coram iudice Eccleſiaſtico fuerit diſcuſſa, concordat. c. Lator, infra.

Qui

Qui filii ſint legitimi. Ratio autem decidendi primæ quæſtionis hæc eſt, q causa natalium ſiue legitimationis dependet ex validitate Matrimonii, vt infra per totū. Qui filii ſint legitimi. Matrimonium autem non eſt inſtitutio humana nec ciuilis, ſed immediatè diuina. Gene. c. ij. c. Vnico. j. de voto & voti redempt. in. vj.

¶ Igitur cognitio iſtiuſmodi cauſarū per magiſtratus ciuiles decidi non debet, ſed ad Epiſcopos & magiſtratus Eccleſiaſticos remittenda, per text. hic. & in. d. c. Lator.

¶ Et hæc vera ſunt, ſiue agatur de cauſis, ſiue de effectibus, ſiue de diſſolutio-
6 ne coniugii. De cauſis, vt quando diſputatur, vtrū per verba efficacia Matrimonium validum contractum ſit, Item vtrum circūſtantiæ perſonarum, vt propter conſanguinitatem vel affinitatem &c. impediant Matrimonia contrahi, vt infrà per totum. de ſponſ. de deſpon. impub. de conſangu. & affinitate.

¶ De effectibus & quando diſputatur, vtrum liberi ex Matrimonio nati ſint legitimi, vt infrà per totum. Qui filii ſint legitimi.

¶ De diſſolutione coniugii, vt quādo diſputatur cauſis diuortii, vt. j. per totum, de diuortio.

¶ Quod autem cauſæ diuortii coram Iudice ciuili tractari non poſſint, allegat Inn. dictum Chriſti. Matth. xix. dū ait: Quos Deus coniunxit, homo nō ſeparet. Quaſi diceret, coniuges diuina inſtitutione coniunctos, magiſtratus ciuilis iure humano non ſeparet. Fit enim ſeparatio autoritate diui. na, morte, vel diuortio, & diuortium, per Iudicem Eccleſiaſticū ex quatuor cauſis in ſacra ſcriptura fundatis &c. Magiſtratus tamen ciuilis licet principaliter non poſſit ferre ſententiam diuortii, tamen per quandam conſequētiam ſeparat. vt ſi cōiuges in adulterio deprahenſi vltimo ſupplicio afficiūt. c. Quos Deus. xxxiij. q. ij. c. ij. ſ. de trāſlatione Epiſcopi. Quare non eſt dubium, quin cauſæ effectus & ſeparationes matrimoniorum ad magiſtratus Eccleſiaſticos pertineant, ſiue principaliter, ſiue incidenter tractentur, per tex. hic. Et faciunt ad hoc notata in. c. Quanto. ſ. de iud. & c. Cum ſit generale. ſ. de foro co mpe. Idem notant omnes Doctores hic, & in. d. c. Lator. Et tantum de ratione decidendi primæ quæſtionis.

7 ¶ Rationem autem ſecundæ deciſiōis ponit textus. ſ. vt præcaueatur intrica-
7 tio † negotii, & perturbatio ordinis Iudiciarii. Nam ſi Iudex ſecularis poſt remiſſionē incidētē quæſtionis natalū & legitimatiōis pcederet in negocio principali, fieret, priuſquām Actoris intentio eſſet fundata, cuius fundamentum ex natalibus dependeret. Et ſi coram Eccleſiaſtico legitimatio non probaretur, eſſet tot⁹ proceſſus in principali irritus. Quare quoties talis incidens quæſtio naталiū inciderit. poterit Iudex Eccleſiaſticus mittere inhibitoriā Iudici cauſæ principalis, ne procedat in cauſa incidenti, & quoque expectet, donec incidens cauſa coram ipſo fuerit deciſa. ſecundum Bal. hic. Et concludunt Docto. cōmuniter hic, q hæc
8 † inhibitoria etiam ſine cauſæ cognitione fieri poſſit. Quia ipſemet Iudex ſine inhibitoria tenetur deſiſtere & nō procedere, ſciens ſe eſſe Iudicem incompetentem, atq; ideo præcauendam

eſſe confuſionem ordinis Iudiciarii. Si enim coram ipſo ſimilis peremptoria, quæ ſuæ cognitioni ſubiecta eſſet, opponeretur, vt in d.l.Quoties. C. de iudi.nō procederet in principali ante diſcuſsionem iſtius peremptoriæ. c. primo ſupra eod. Multo magis expectare tenetur, quando opponitur exceptio, quæ ad eius cognitionem non pertinet ne fiat intricatio proceſſus per text.hic Et faciunt quæ notant Anto. de Butr. Io.de Imo.& Panor.hic.

¶ Nec obſtant iura pro rationibus dubitandi allegata, & primo nihil facit text.in l.Quoties.C.de iudi. Quia Bal. hic reſponde, quod in terminis c.noſtri erant cauſæ diuerſi fori incompatibiles.& derogatorii, quia Iudex ſecularis non eſt capax de cauſis matrimonialibus quod non eſt in terminis d.l.Quoties, quia Iudex Laicus vtriuſque cauſæ capax eſt, Si non principaliter, tamē incidenter, vt dicit text. ibi. Secundo non obſtat in d.l.Si quis à liberis.ff.de libe.agnoſ. & quæ dicit Bald. de cauſa

9 vſuraria. Quia multum intereſt, † vtrū diſputetur de quæſtione facti, vel de quæſtione qualitatis facti, quia ſi quæritur ſimpliciter, An quid ſit, vt ſi quæritur vtrū Titius ſit Sempronii filius, hæc quæſtio poteſt coram Iudice Laico decidi. Nam & ſi probetur Titium eſſe Sempronii filium, inde non ſequitur, quod ſit legitimus filius. Item ſi cōſtat matrimonium eſſe inter coniuges, & negetur quod Titius ſit natus ex illo coniugio, quæſtio facti eſt. Ita decidit Bar.in l.Titio.ff.ſolut.matrimo.Gofr. Hoſtienſ.And.Bald.& Panor.hic, & in hoc caſu loquuntur iura contraria. Si autem quæritur de qualitate facti, ſcilicet an ſit legitimus filius, tum pertinet cognitiò ad Eccleſiaſticum Iudicem. Et in his terminis loquitur c. noſtrum. Et per hoc ſit quoq; reſponſum ad text.in d.l.j.§.Si ea. ff. de ventre in poſſ. mittendo, quia quoque loquitur de quæſtione facti, ſcilicet, An ſit vxor Simpliciter idem dicendum ad l. Non ignorat, quia quoque quæſtio eſt an ſit filius non autem de qualitate.

¶ Nec obſtat obiectio contra ſecūdam deciſionem, quia Panor. hic reſpondet ad hoc, diſtinguendo, Quandoque ſunt duæ principales cauſæ, quarum vna non eſt præiudicialis ad aliam, & tunc loquuntur iura contraria. Quandoque quæſtio incidit in aliam, ita quod eſt præiudicialis ad aliam, quia ex deciſione huius dependet deciſio alterius, & tunc de incidenti ante ſiue prius eſt cognoſcendum, vt hic, & dicto. c. primo ſupra eo. Sic quoque non obſtant quæ dicta ſunt quod continentia cauſæ diuidi non debeat, quia illa iura loquuntur de compatibilibus, hoc eſt, quæ de ſui natura coram eodem Iudice tractari poſſunt, vt ibi: ſecus ſi ſunt incompatibilia, vt hic.

¶ Quod ad alias quæſtiones attinet, vide Doct.hic.& præſertim Panor.

¶ Gl.in verbo, Dependentem, eſt ſupra in primo capite copioſè tractata.

¶ Glo.verò in verbo, Patienter, eſt explicata in rationibus dubitandi, & reſponſionibus ſecutis.

¶ Nota primo ex textu hic in princip.

10 quod facta † notabilium perſonarum præſumuntur nota aliis, quare non facilè permittitur allegatio ignorantiæ.

¶ Secundò nota, quod quando exceptio

11 † peremptoria de ſui natura venit examinanda coram alio, quàm Iudice cauſæ

ſæ principalis, tunc operatur effectum dilatoriarum, quia differt proceſſum principalem & ſuſpendit iuriſdictionē Iudicis principalis cauſæ, donec ſuper peremptoria fuerit pronunciatum, ne ſcilicet fiat intricatio proceſſus, vt per tex.hic. Vide Panor.

Gregorius Nonus.

SVper ſpoliatione conuētus aduerſus reſtitutionem petentem, non eſt niſi ſuper quæſtione ſpoliationis, ſi eum reconueniat, audiendus cū reſtitutionis petitio in hoc priuilegiata noſcatur vt ipſam intentans non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus reſpondere. Quanquam ab agēdo, ſpoliatione ab eis in modū exceptionis oppoſita, repellatur.

SVMMA CAPITA

1 *Reconuentio, licet alias admittatur, in cauſa tamen ſpoliationis locum non habet niſi reconueniens vicißim ſpoliationem deducat.*

2 *Reus an & quando reconueniendo vel excipiendo Actori ſe opponere queat.*

3 *Spoliatus ſpoliantem confeſtim, non ex interuallo repellere, iterumq; eijcere poteſt.*

LIcet reconuentio de iure ciuili & Canonico habeat locum tamen ſi quis ſuper ſpoliatione cōuenitur, non poterit Actorem reconuenire, niſi de alia ſpoliatione, ſiue hoc fiat agendo ſiue excipiendo, vt hic &c. ¶ Caſus. Pone quidam fuit ſpoliatus poſſeſsione rerum ſuarum, ideo contra ſpoliatorem intentat interdictum. Vnde vi, & agit ad reſtitutionem, Reus è contra reconueniendo inſtituit actionem contra ſpoliatum, & vrget, vt vtraque actio ſimul examinetur, & vna ſententia terminetur. Quæritur an audiri debeat, Et videtur quòd ſic: Quia vna actio non repellit nec ſuſpendit aliam ſed ſuper vtraq; debet procedi ſicuti in mutuis petitionibus, iux.reg. Qui prior appellat &c.c.ij.§.eo.

1 ¶ Tamen textus decidit hic cōtrarium, quòd ſcilicet ſpoliatus agens cōtra ſuū ſpoliatorem ab †eodem recōueniri nō poſsit, niſi aliam ſpoliationem Reus Actori obiecerit, tunc actor vicißim cogitur reſpondere, ſiue per modum actionis, ſiue exceptionis ſpoliatio per Reum fuerit oppoſita. Et ſi Reus ſpoliationem per viam exceptionis oppoſuerit, non tenetur Actori reſpondere, donec fuerit reſtitutus, Concordat d.c. ij.ſupr.eo.& c.Frequens infr.de reſtitu. ſpolia.in vj. Et allegat textus hic rationem decidendi, quare ſcilicet ſpoliatus agens non poſsit reconueniri. Ideo ſcilicet quod interdictum Vnde vi, à ſpoliato propoſitum, priuilegiatum ſit à Iure, quod illud intentans non teneatur ſuis ſpoliatoribus conuentis in iure reſpondere, niſi in caſibus de quibus ſuprà.

2 ¶ Tu pro declaratione iſtius materiæ & gl.hic in verbo, Petentem, dic: Quando quæritur vtrum, † quando & quomodo Reus reconueniēdo vel excipiēdo poſsit ſe Actori opponere, Diſtingue hoc modo: Aut cauſæ Actoris & Rei

Rei ſunt in petitorio, ſimpliciter, hoc eſt, quod neuter de poſſeſſione agit, & dic: Aut ambæ ſunt æquè principales, & vna non ſuſpendit aliam, ſed proceditur vt in mutuis petitionibus.d. cap. Cum dilectus,ſupra de ordi.cog. Aut non ſunt æquè principales, ſed Actoris quæſtio principalis, Rei autem quæſtio incidens & excluſiua.Et tunc,ſi eſt talis, quod propter eam actio Actoris nunquàm potuit naſci, ſed ſemper fuit nulla,vt in cauſa matrimoniali conſanguinitas.c. j. ſupra eod. Et in petitione hæreditatis,cauſa natalium vel ſtatus. cap.Tuam. ſupra eod.l.Quoties. C.de iud.Et audiatur Reus ita, quod primũ ſuper ipſius quæſtione incidenti cognoſcitur coram Iudice competenti. dicta l.Præſes prouinciæ. C. Ad l. Flauiam de plagia.d.l.Non ignorat. C. Qui accuſ.poſſ.d.c.Tuam.cum ſimilibus, ſupra eo.Si verò eſt talis, quod propter iſtius naturam origo actionis non eſt impedita,ſed actio primum fuit valida & ex poſtfacto quid eſt ſecutum propter quod elidatur, quales ſunt exceptiones pacti de non petendo & ſimiles peremptoriæ.Et proceditur primo ſuper principali,& eo fundato, poſteà ſuper incidenti.l. Si quidem.cum ſimilibus.C.de excep,Aut quæſtiones Actoris & Rei non ſunt ambæ in petitorio, ſed Actor intentat petitorium,Reus verò poſſeſſorium, & dic: Aut quæſtio Actoris & Rei ſunt circa res diuerſas, vt quia Actor petit domum iure dominii ſibi adiudicari,Reus è contra inſtituit interdictum Vnde vi, pro reſtitutione Vineæ,vel excipit &c. Et tunc, ſi Reus poſſeſſorium intentat per viam actionis,hoc eſt, reconueniendo proponit interdictum Vnde vi, & vna actio aliam non ſuſpendit, ſed proceditur in vtraque, ſecuti in mutuis petitionibus d.c.Cum dilectus,ſupra eo.Si vero intentat poſſeſſorium per viam exceptionis,& probat ſpoliationem infra quindecim dies dicto.c.j.infra.de reſti.ſpol. in vj.Et tunc,ſi ipſe Actor ſpoliauit,& ſuſpenditur cauſa ipſius ſimpliciter, hoc eſt,quod Reus ante reſtitutionem reſpondere non teneatur,per hoc tamẽ reſtitutionem non conſequitur, quia exceptionis effectus tantum excludere actionem, non autem impetrare condemnationem alioqui ſequeretur quod exceptio operaretur duos contrarios effectus.Aut ipſe Actor nõ ſpoliauit, ſed tertius quidam,Et in talibus ciuilibus cauſis non auditur cum iſtiuſmodi exceptione, in criminalibus verò ſi tertius accuſatum omnibus bonis vel maiori parte ſpoliaſſet, audiretur excipiens,vtcunq; accuſator non ſpoliaſſet ſed alius:Quia nudi & inermes contendere non tenentur.d. c. primo infra de reſtitu.ſpolia.in vj.Si verò petitorium à parte Actoris,& poſſeſſorium à parte Rei,non ſunt circa res diuerſas,ſed circa eandem rem, vtputà, quia Actor dicit domum ad ſe pertinere iure dominii &c. Reus è contra intentat interdictum, Vnde vi, quod ſcilicet Actor ipſum ex poſſeſſione iſtius domus eiecerit, & admittitur Reus cum actione & exceptione poſſeſſorii contra Actorem. Vtilius tamen eſt deducere per viam actionis,quia hoc caſu habet effectum actionis & exceptionis: Repellit enim Actorem ab actione, & quoque conſequitur reſtitutionem probata ſpoliatione,& cogitur Actor quieſcere, donec cauſa ſpoliationis ad finem fuerit perducta. c. Ex conqueſtione,infra de reſti

reſtitu. ſpolia. Et eſt gloſſ. in capitulo Antiquitus. in verbo, Reſtituat. ſecunda quæſtio. 1.

¶ Si verò è cõtrario Actor inſtituit poſſeſſorium hoc eſt, interdictum Vnde vi Reus verò petitorium, vt rei vendicationem, vel exceptionem dominii, & certum eſt, quòd eſt, quòd Reus ante reſtitutionem Actoris non auditur. Et in hoc caſu propriè loquitur textus noſter, & c. Sollicitè, infra de reſtitu. ſpol. Reus enim non poteſt Actori obiicere quæſtionem proprietatis, ſuper eo de quo conuenitur. l. Si de vi & poſſeſſione. ff. de iudi. l. Ordinarii. C. de rei vendica. c. In literis, cum ſimilibus, infr. de reſtit. ſpolia. Et tantum, quando quæſtiones Actoris & Rei ambæ ſunt circa petitorium: vel Actoris circa petitorium, & Rei circa poſſeſſoriũ: vel Actoris circa poſſeſſorium, & Rei circa petitorium.

¶ Nunc dicemus quid iuris, ſi Actor & Reus vtrinque fundant ſe ſuper poſſeſſorio, hoc eſt, Actor intentat interdictũ Vnde vi, Reus viciſsim intentat idem interdictum vel excipit de ſpoliatione & hoc caſu dic: Aut Reus excipit ſeu reconuenit Actorem ſuper re diuerſa, Vt quia ego ſpoliaui te veſte, tu ſpoliaſti me libro. Si agis contra ſuper reſtitutione veſtis, poſſum te reconuenire, vel excipere de ſpoliatione libri & audior. Et ita propriè loquitur text. noſter, cum ſimilibus. Aut Reus excipit ſeu reconuenit Actorem ſuper eadem re, Vt quia Titius ſpoliauit Sempronium poſſeſsione domus, Sempronius ex interuallo Titium iterum eiecit, Tum ſi Titius contra Sempronium inſtituit interdictum Vnde vi, Sempronius non poterit excipere nec reconuenire. Nam licet reſiſtere poſsim ne eiiciat, & incontinenti poſſeſsionem amiſſam recuperare poſſum, lege tertia §. Cùm igitur. ff. de vi & vi armata, Tamen ex interuallo non licet, vt ibi. Quare ſi admitteretur exceptio contra primam ſpoliationẽ, ſequeretur quod vltima violentia remaneret impunita, quod eſſe non debet, Cùm nemini liceat ex interuallo ſpoliatorem eiicere. Si autem in†continenti fit electio, cenſetur prior poſſeſſor non eiectus capitulo Olim, el primo infra de reſtitutio. ſpoliat. lege, Qui poſſeſsionem. ff. de vi & vi armata, quare hoc caſu, primus ſpoliator non haberet interdictum: Ita quoque decidit Panormitanus, hic verſiculo. Nunc gloſſ. declarata.

DE PLVS PETITIONIBVS.

Gregorius Nonus.

Conſilium prouidentiæ dici non poteſt, quòd pecuniã tibi debitam ante terminum ab aduerſario repetiiſti: punitur enim importunitas plus petentium, ſi ſuper petitione ſua duxerint in iudicio perſiſtendum ita quòd qui repetunt amplius ſine cauſa, in expenſis aduerſario condẽnãtur. Qui aũt plus loco ad intereſſe tenẽtur, pro eo ꝙ vtilitas adimitur debitorib. quã haberẽt, ſi ſtatuto loco ſoluiſſent.

Et

Ei verò à quo amplius tempore petitur, induciæ duplicantur: nec litem excipiet, niſi ei ſoluantur expenſæ. Te quoque dubitare non credimus, quòd cauſa plus petitur, cùm aliquid in genere, vel ſub alternatione debetur, & rem in ſpecie vel vnum præcisè peti contingit. Re autem, ſi x. ſunt debita, & xx. petantur. Loco verò, cùm quis non vbi conuenit ſoluere, ſed alibi conuenitur. Tempore quoque, cùm ante diem vel conditionem petitur, quod debetur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Plus petentes an & quando deſiſtendo pœnam ſtatutam euitent.*

2 *Facto conſummato pœnitentia non habet locum.*

3 *Iudicium dicitur dum cauſa diſcutitur, & ſic vſque ad ſententiam.*

4 *Pœnitendo quatenus quis pœnam d. ll. expreſſam, euitet.*

5 *Caſus, in quibus plus petens etiam poſt litis conteſtationem, à pœna liberatur.*

6 *Cogitationes, de hæreſi ſcilicet, puniendæ.*

7 *Delinquentis voluntas ſiue conatus, effectu non ſecuto, quando puniendus, necne.*

8 *Principale intentum, quo quis eſt offenſus, licet non puniatur, punitur tamen acceſſorium, ſiue preambulum.*

9 *Conatus in delictis grauioribus. vbi ad actus propinquos peruentum fuerit, nō minus quàm effectus, puniendus.*

10 *Voluntas in maleficijs, non exitus, ſpectatur.*

11 *Pœnitentia in contractibus innominatis quando locum habeat, necne.*

12 *In matrimonialibus cauſis pœnitentiæ non eſt locus.*

13 *Obligatus ad factum, præciſè non tenetur facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. Secus tamen ſi iurarit.*

14 *Iuramentum in forma ſpecifica ſeruandum, nec ſufficit æquipollens præſtari.*

16 *In contractibus nominatis, an & quando admittatur pœnitentia.*

16 *Vltima voluntas, licet teſtator iurarit eam ſe non mutaturum, tamen mutari poteſt.*

QVID ſit plus petere, & quoties dicatur plus peti, declarat tex. hic, & habetur in. §. Huic autem. Inſti. de actionibus. Quia verò tex. hic expreſsè dicit, quod plus petentes tum demum incidūt in pœnam huius capituli, ſi in iudicio perſiſtunt, hoc eſt, ſi in ſua petitione perſeuerant. Si verò deſiſtunt, non puniuntur.

Ideo gloſſ. prima. hic in verbo, In iudicio, mouet quæſtionem quando & vſ-
1 que ad quod tempus † plus petentes deſiſtere poſſint, ad hoc vt pœnam euitent: & in hac quæſtione ſunt variæ opiniones.

Prima opinio eſt glo. hic, quæ decidit, quòd plus petens vſque ad litis conteſtationem pœnitere, & per hoc pœnam euitare poſſit, poſtea non item, per tex. in l. Vnica. C. de plus petitio. l. Amplius. ff. Rem ratam haberi. & facit ad hoc tex. in. l. Quamuis. ff. de in ius vocan.

Alia opinio eſt, quòd ſtatim poſt petitionem inchoatam inciderit in pœnam, & quòd amplius pœnitere nō poſ-
2 ſit, quia Regula eſt, † Quod poſt factū con-

conſummatum, pœnitentia non habet locum. l. Quis ſit fugitiuus, in princ. ff. de ædil. edic. & facit l. Eum quem temerè. ff. de iud. & Inſtitu. per tot. de pœna teme. litigan. Sed poſt inſtitutam actionem vtique petitio in plus eſt conſummata. Ergo &c. Et facit ad hoc tex. in. l. Si quis maior. C. de tranſactio. vbi habetur, quòd per ſolam Iudicis interpellationem vel ſupplicationem committitur pœna. Et hanc opinionem in effectu tenet Hoſtien. Qui expreſsè concludit, quòd etiam ante litem conteſtatam pœnitere non poſsit, niſi ſoluat aduerſario intereſſe. Idẽ tenent Anto. de Butrio. hic, Ange. Aret. in d. §. Si quis agẽs. Inſtit. de Alex. de Imol. in d. l. Quamuis. ff. de in ius voc.

Tertia opinio eſt Pano. hic, qui con-
cludit quòd pœnitentia habeat locum
vſque ad ſententiam, & quòd pœnitẽs
ante ſententiam euitet pœnam: & pro-
bat hoc primò per tex. hic, dum dicit,
quòd plus petens tum demum incidat
in pœnam, ſi duxerit in iudicio perſi-
3 ſtendum eſſe. † Dicitur autem iudiciũ,
dum cauſa diſcutitur, & ſic vſque ad
ſententiam. c. Forus. verſi. Cauſa. infra
de verb. ſigni. Quare ſequitur, quòd is
non dicitur in iudicio perſiſtere, qui
ſententiam non expectat, & per conſe-
quens non dicitur in pœnam incidiſſe.
Secundò probatur, quia certum eſt,
quòd is accuſare dicitur, qui vſque ad
ſententiam in accuſatione perſeuerat.
Si autem tantùm quieuit: accuſare nõ
videtur, per tex. in l. Qui cum maior.
§. Accuſaſſe. ff. de bonis libert. Tertiò
videtur ex hoc clarius probari, quòd
etiam illud verbum, petere, verificetur,
ſi duret vſque ad ſententiam, per text.
expreſſum in l. Seruitutem. §. Petiiſſe.
ff. de operis liber. Quare videtur incõ-
uincibiliter ſequi, quòd is non dicatur
plus petere, qui ante ſententiam abſu-
mit, & pro hoc optimè faciunt text. in
l. Papinianus. §. Meminiſſe. ff. de inof. te
ſta. l. Alia. C. de his quibus vt indig. l.
Conductores. C. de locato. Ex quibus
iuribus expreſsè habetur, quòd reſpe-
ctu pœnæ à iure impoſitæ verba legis
intelliguntur cum effectu, vt quia per
ſiſtit vſque ad ſententiam, quod opti-
mè conuenit cum tex. noſtro, qui dicit
eum tantùm in pœnam incidere, qui
iudicio duxerit perſiſtendum &c. quod
intelligendum eſt vſque ad ſententiã.
Et hanc opinionem tenet Barto. in l. In
criminali. C. de iuriſdic. om. iud. vbi ex-
preſsè dicit, quòd in pœnis legalibus,
locus ſit pœnitentiæ vſque ad ſenten-
tiam allegat d. l. Si quis maior. §. Accu-
ſaſſe. Idem decidit Dinus in d. l. Am-
plius. ff. Rem ratam haberi.

Tu in hac materia omiſsis ſuper-
4 fluis hoc modo diſtingue, † quãdo quæ-
ritur, vtrum pœnitentia habeat locum,
ad hoc vt euitetur pœna, & dic: Aut ſu-
mus in delictis, Aut in contractibus,
Aut vltimis voluntatibus.

Primo caſu ſubdiſtingue: Aut delictum eſt conſummatum, & dic: Aut ex pœnitentia conſtat pœnitentem non habuiſſe animum delinquendi, licet re verà deliquerit, & admittitur pœnitentia, quo ad euitationem pœnæ. l. j. C. de crimine ſtellionatus. l. Vnica. C. Ne tutor vel curator vectigalia conducat. l. Si adulterium cum inceſtu. §. Stuprũ. ff. ad l. Iul. de adul.

Aut conſtat delinquentem habuiſſe animum delinquendi, & dic:

Aut eſt tale delictum, quod per pœnitentiam non poteſt reduci in priſtinum

num ſtatum,& dic:

Aut eſt vetum delictum publicum vel priuatum, quale eſt homicidium, adulterium &c.& non admittitur pœnitentia,quo ad euitationem pœnæ.l. Hi qui ſanctum, cum ſimilibus. C. de apoſtatis.l.Quis ſit fugitiuus,in princ. ff.de ædil.edict.l.Cum ea mente.ff.de furtis.l.Si quis maior. C. de tranſact.

Aut non eſt delictum publicum,nec priuatum,ſed tamen contra leges dolo ſe actum,& tunc,aut eſt dolus duplicatus, vt puta,quòd debitum ab initio dolo contractum eſt,& poſtea quoque dolo plus petitum,& admittitur pœnitentia tantùm vſque ad litem côteſtatam.& in hoc caſu propriè loquitur text. in d.l.Vnica.C.de plus petitio. ibi enim Actor deliquit in duobus, quia primũ exegit dolosè cautionẽ de pluri. Item dolosè plus petijt,quàm in doloſa cautione comprehendebatur.& hoc quoque ſentit Bar.in d.l.In criminali.C.de iuriſdict.om.iud.& in d.l.Vnica,in fin. C.de plus petitio. Excipiuntur tamen in d.l.Vnica,duo caſus.

5 Primus eſt,† ſi Actor poſt litẽ conteſtatam ante ſententiam trãſigit cum Rea.

Secundus,ſi Actor in Iudicio plus petijt,& Reus in Iudicio confeſſus eſt ſe totum debere.

Tertium caſum ponit Ioan.Andræ. hic.& glo.& Bar.in d.l.Vnic.C.de plus petitio.quando ſcilicet Actor poſt litem conteſtatam ante,quàm conuincatur de maiori quantitate,confitetur ſe plus petijſſe &c.Quartum caſum vide apud Panor.hic.Aut dolus non eſt duplicatus,& dic:Aut dolo quidem contractum eſt,vt quia cautio dolosè petita eſt,non tamen eſt plus petitum in Iudicio,& tunc, ſi deſiſtit, habet locum pœnitentia vſque ad litem côteſtatam, ſi non deſiſtit,habet locum pœna criminis ſtellionat⁹,ſi dol⁹ in aliã ſpẽm delicti non cadit,vt .ff.per totum de crimine ſtellionatus.Aut primum dolo non eſt contractum, Actor tamen poſtea plus petiit dolo,& habet locum pœnitentia vſque ad ſententiam.& in hoc caſu loquitur opinio Panor. Idem ſentit Bar.in d.l.Vnica,in fi.C.de plus petitio.& in hoc caſu intelligendus eſt tex. noſter.Quod autem hoc caſu ad expenſas litium attinet.dic:Si Reus in ipſa litis conteſtatione veram ſummam debiti confeſſus eſt, & tantùm negauit ea, quę plus petita ſunt, & condemnatur in expenſis,non virtute huius tituli,ſed quia in plus temerè litigauit,d.l. Eum quem temerè.ff.de iud.Si autem Reus etiam verum debitum negauit,tunc fit compenſatio expenſarum, quia vterque litigauit temerè.d.l.Eum quem temerè,& c.Calumniam,infrà de pœnis. Nec obſtat huic diſtinctioni text. in.l. Quamuis.ff. de in ius vo. quæ vult quòd libert⁹ ſtatim cogitur pœnitere, nec admittitur vſque ad ſententiam. Quia ibi non agitur de perſiſtentia in toto Iudicio, ſed imponitur pœna primo actui iudiciali, ſcilicet citationi,quare ſtatim poſt citationem incidit pœnam,ſi actionem non remittit &c. Et tãtũ de delicto conſummato.

Aut delictum non eſt conſummatũ, & dic: Aut † quis cogitauit delinquere, non autem ad actum aliquem propinquum vel remotum acceſsit,& dic: Aut ex confeſsione iudiciali vel extraiudiciali alicuius conſtat aliquem habere cogitationes de hæreſi, & puniuntur illæ cogitationes,cùm hoc delictum

ex ſola mentis cogitatione perfici poſ-
ſit, ſecundum Bal. in l. Si quis non di-
cam rapere. C. de Epiſ. & Cle. Aut cogi
6 tationes† nõ ſunt de hæreſi, ſed de aliis
delictis, & tunc, ſi cogitans manet in ter
minis cogitationum, nec verbis nec fa-
7 cto vltrà procedit, & non puniuntur co
gitationes. l. Cogitationis pœnam. ff. de
pœnis. l. Fugitiuus. ff. de verbo. ſigni. l.
Inficiando. ff. de furtis. Aut procedit vl-
trà & dic: Aut vltrà procedit verbis, vt
minis aut perſuaſionibus. Aut facto vl-
trà procedit, hoc eſt, actu aliquo. Primo
caſu dic: Aut ſumus in delictis atrociſ-
ſimis, vt læſæ maieſtatis, & eſt pœna
capitalis, vt l. Quiſquis. C. ad l. Iul. ma
ie. Aut non in atrociſſimis, ſed tamen
quoque in grauib⁹ delictis, vt circa ſtu-
prum, adulterium &c. Et punitur per-
ſuaſio pœna extraordinaria, vt depor-
tatione &c. l. j. in fi. & ibi glo. & Bartol.
ff. de extraord. criminib. Aut in leuib⁹,
vt circa artem ludicram, & tũc, ſi actua
liter non ſequitur, non punitur. l. Qui
autem. ff. de his qui no. infamia.

Secundo caſu, quando ſcilicet facto
proceſſum eſt, non verbis tantùm, &
dic: Aut potuit delictum conſummare,
noluit tamen, ſed pœnituit re integrâ,
& tunc, ſi ex illo conatu nemo eſt offen
ſus, & non punitur. l. Qui falſam. ff. de
falſis. l. Si falſos. C. de fal. Aut aliquis
8 eſt offenſus, tunc† licet principale inté-
tum non puniatur, punitur tamen ac-
ceſſorium ſeu præambulum, vt in eo
qui fregit hoſtium cauſa committendi
ſtuprum, de ſtupro puniri non poteſt,
quia fractura hoſtiorum, nec propin-
quus nec remotus actus eſt ad ſtuprum
ſed vis per ſe cõſiſtens. Igitur licet pœ
niteat in principali, tamen punitur de
hoſtio fracto, & eſt ratio, quia cum deli-
ctum principale nõ ſit conſummatum
iſtud præambulum non poteſt cum eo
confundi, cùm ſint ſeparata. Ita decidũt
Cy. & Baldus in d. l. Si quis non dicam
rapere.

Aut voluit delictum conſummare,
non potuit. & dic: Aut ſumus circa le-
uia delicta, & non punitur conatus ſine
effectu. l. j. §. Hæc autẽ verba. ff. Quod
quiſque iuris.
9 Aut ſumus† in delictis grauioribus, &
tuc, ſi peruentum eſt ad actus propin-
quos, & punitur conatus non minus,
quàm effectus, etiam ſi effectus, nullo
aliquo modo eſt ſecutus, Vt ſi quis ani-
mo occidendi hominem vulnerauerit.
Item ſi gladium ſtrinxerit, & aliquem
percuſſerit. l. j. §. Diuus. ff. ad l. Cor. de ſi
ca. Item ſi quis animo furandi ſe in a-
liena cœnacula dirigit, licet non perfe
cerit furtum, pluſquàm fur punitur. l.
Saccularij. ff. de extraordinariis crimi-
nibus. Et huc pertinet quod dicitur: In
10 maleficiis† voluntas ſpectatur, nõ exi-
tus. l. Diuus. ff. ad. l. Cornel. de ſica. l.
Vnica. C. Si quacunque præd.tus pote
ſta. l. j. in fine. ff. Ad l. Pomp. de parrici.
l. Præſenti. C. de his qui ad Eccleſ. con-
fugiunt. l. Is qui. C. Ad l. Iuliam de fic.

Aut nõ eſt peruentũ ad actus pro-
pinquos, ſed remotos tantùm, Vt ſi quis
ſtrinxerit gladiũ, non tamen percuſſe-
rit, & mitiùs punitur. Ar. l. Itẽ apud La
beoné. §. Si quis virgines. ff. de iniuriis.
l. Fugitiuus. ff. de verb. ſig. Ita decidunt
Iac. But. Cy. & Bal. in d. l. Si quis nõ di-
cã rapere. Bar. in d. l. j. ff. de extraor. cri.

Secundo caſu principali, quando ſci
licet quæritur, an & quando locum ha-
beat pœnitentia in contractibus, diſtin
gue: Aut loquimur de contractibus
innominatis: Aut verò de contra-
ctibus

ctibus nominatis.

¶ Primo caſu ſubdiſtingue: Aut lo-
11 quimur † de contractibus innominatis ſimplicibus, & non reſpectiuis. Aut verò de innominatis reſpectiuis. Si de ſimplicibus, vt de nudo pacto tranſactione &c. & non habet locum pœnitentia, ſecundum glo. in l. Si cum fundum, in verbo, Poſsideres. ff. de pactis. Quam glo. Ioan. de Imo. in l. Hoc iure. §. Si quis decedit. ff. de donatio. & Dn. Iaſ. in l. Si pecuniam. ff. de condi. cauſa data &c. ad hoc allegant. Quod autem nudum pactum ſit contractus innominatus, tenet glo. in l. j. in verbo, Figuris, in fin. ff. de actionib. & obligatio. quam Bal. in c. Quintauallis, de iureiurando, dicit ad hoc eſſe ſingularem. Idem decidit Paul. de Caſtr. in l. Legem. C. de pactis. Quòd autem in tranſactione non ſit locus pœnitentiæ, decidunt Doctor. in l. Dedi. l. iij. ff. de condi. cauſa data non ſecuta, & eſt text. in l. Quamuis. C. de tranſactionib. Quando verò loquimur de contractibus innominatis reſpectiuis, vt de do vt des, de do vt facias, de facio vt des, de facio vt facias. Item de permutatione, de quibus in l. Naturalis. ff. de præſcriptis verbis. Et dic hoc caſu.

¶ Aut ſumus in cauſis matrimonialibus, vel his dependentibus, vel in piis cauſis, & non eſt locus pœnitentiæ: &
12 † quòd in cauſis matrimonialibus hoc verum ſit, probatur per tex. in l. Quod Seruius. ff. de condi. cauſa data. Et l. Si ego. §. Si res. verſi. Sed benignius. ff. de iure dotium. Idem tenent Barto. Bald. Alexand. de Imo. in d. l. Si pecuniam. Quòd autem idem ſit in contractibus ad pias cauſas, decidunt Alex. de Imo. & Dn. Iaſ. in d. l. Si pecuniam.

¶ Aut nõ ſumus in piis cauſis, nec matrimonialibus, & dic. Aut in contractu innominato interuenit iuramentum, & quoque non habet locum pœnitentia, quia iuramentum efficit quòd quis præciſè cogitur ad implendum id, quod iurauit, ſecundum glo. in d. l. Si pecuniam, in verbo, Neceſſe habes. Et
13 hinc eſt quòd is † qui obligatus eſt ad factum, regulariter non teneatur præciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. l. Stipulationes non diuiduntur, in princ. verſic. Celſus, cum ſimilibus. ff. de verbor. obligat. Tamen ſi iuramentum interuenit, tenetur præciſè ad factum, nec liberatur ſoluendo intereſſe. Quia iuramentum in aliquo actu appoſitum, regulariter aliquid addit. Ita decidit Ioan. de Imo. in l. ij. §. Sed & ſi quis. ff. de donation. Bald. in l. Vnica. verſic. Modò quæritur de aliquibus, in quarta fallentia. C. de ſententiis quæ pro eo quod intereſt proferuntur &c. & in l. Sed & hæ. §. penult. ff. de procuratorib. Doctores in dicta l. Si pecu-
14 niam. † Iuramentum enim ſeruari debet in forma ſpecifica, nec ſufficit æquipollens. c. Debitores. & c. Ad noſtram. el. j. de iureiurando.

¶ Aut non interuenit iuramentum, & tunc ſi contractus innominatus redactus eſt in publicum inſtrumentum per Notarium, qui in fine ſolet apponere ſtipulationem, & quoq; non eſt locus pœnitentiæ. Ita decidit Alex. de Imo. in l. j. verſi. Item habes. ff. de pact. qui allegat ad hoc multas concordantes deciſiones, & eum ſequitur Dn. Iaſ. in d. l. Si pecuniam. Si autem contractus non fuit redactus in publicum inſtrumentum, & dic.

¶ Aut contractus innominatus ſit ad litem

litem finiendam, putà, renuncio liti, vt vadas pro me Romam, tũc quoq; non habet locum pœnitentia, ne ſcilicet lis iterum reiteretur. l. Cauſas. & dicta. l. Quamuis. C. de tranſactio.

¶ Aut contractus innominatus non fit ad litem finiendam, & dic: Aut contractus perfectus eſt ex interuallo. Aut verò in continenti. Si ex interuallo, hoc eſt, quòd primùm dedi tibi decem ſimpliciter, poſtea verò inter nos conuentum eſt, vt pro illis decem vadas Romam, & non eſt locus pœnitentiæ. Quia interuallũ impedit ne conſtituatur contractus innominatus, ſecundum gloſ. in d. l. Si cùm fundum, in verbo, Poſsideres, & ibi Bart. & Ang. ff. de pactis. Et illam glò. dicunt Pau. de Caſtr. & D. Iaſ. in d. l. Si pecuniam, ad hoc eſſe ſingularem & approbatam.

¶ Si in continenti contractus celebratus eſt, vt cùm dico, Dò tibi decem, vt mihi ædifices domum, & dic: Aut eſt expreſsè actum, quòd neuter pœnitere debeat, & non habet locum pœnitentia propter conuentionem. Ita decidit Raphaël. Cuma. in l. Si alienam. §. Marcellus. ff. de donatio. cauſa mortis, referunt & ſequuntur Alex. de Imo. & D. Iaſ. in d. l. Si pecuniam. Aut hoc non eſt expreſsè actum, & tunc ſi agitur de permutãdo rem, quæ erat expoſita venalis, & non eſt locus pœnitentiæ, quia is contractus ſimilis eſt emptioni. l. j. & quæ notant ibi Doctores, & præcipuè Bald. C. de rerum permutat. Et dicunt omnes Doctores, illum tex. ad hoc eſſe ſingularem. Et Bart. in l. j. ff. de rerum permutat. Idem tenet Ioan. de Imo. in l. Ariſto. in princ. ff. de donatio. Si verò non agitur de permutatione rei, quæ venalis expoſita eſt, & dic: Aut res non eſt integra, Aut eſt integra. Primo caſu ſubdiſtingue: Aut quid eſt impletum, Aut inceptum impleri, & ſic ſunt præparamenta. Quando quid impletum eſt, & dic: Aut ex vtraque parte eſt perfectè impletum, & non eſt locus pœnitentiæ, quia obligatio perfecta eſt, per text. in l. Ex placito, cum ibi notatis. C. de rerum permutat. Aut eſt ab vna parte tantùm impletum: & tunc, ſi id, quod datum vel factum eſt de ſui natura non eſt repetibile, vt libertatis datio, & omnia alia facta. l. Si non ſortem. §. Libertus. ff. de cond. indebiti. l. In bello. §. Factæ. ff. de capti. & poſtli. reuer. & quoq; non habet locum pœnitentia. Sed tamen ſi recipiens datum vel factũ eſt in mora, datur actio contra eum ad intereſſe. l. Cùm proponas. C. de dolo. Aut illud datum vel factum eſt quid repetibile, Et hoc caſu diſtinguit Salyc. in d. l. Si pecuniam, in princip. hoc modo: Aut cauſa propter quam eſt datum vel factum, concernit fauorem dantis tantùm, Aut recipientis tantùm, Aut tertii tantùm, Aut mixtum duorum ex illis.

¶ Si concernit fauorem dantis tantùm, dic: Aut ille qui recipit datum vel factum, poteſt pro ſua parte contractum adimplere, non tamen vult adimplere, & eſt locus pœnitentiæ. l. iij. §. Idem erit. ff. de condi. cauſa data non ſecuta. Aut recipiens non poteſt adimplere, & dic: Aut Ius prohibet, quo minus recipiens adimplere poſsit. Et tunc ſi dans ſciuit impedimentum Iuris, non repetit, ſi ignorauit, repetit. l. Si militem, cum ibi notatis. C. de condi. ob cauſam. Aut recipiens non impeditur ex diſpoſitione Iuris, ſed fortè ratione temporis vel valetudinis, & ſic per eum & eius

conditionem non ſtat, quo minus. Et tunc, ſi recipientis intereſt, non habet locum pœnitentia. Ipſius autem intereſſe videtur, ſi rem ſuam ita cõpoſuerit, vt neceſſe habeat proficiſci, vel ſumptus, qui neceſſarii fuerint ad profectionem, ita fecerit, vt manifeſtum ſit ipſum plus fortè erogaſſe, quàm acceperit, per tex. expreſſum in d. l. Si pecuniam. ff. de condictio. cauſa data. Aut accipiẽs nihil erogauit, vel minus erogauit quàm accepit, & habet locũ pœnitentia, ita tamen vt eius indemnitati conſulatur, d. l. Si pecuniam. Si autem inceptum eſt, & ſic tantùm præparamenta ſunt adhuc, habet locum pœnitentia. Idem ſi res eſt integra. d. l. Si pecuniam. §. Si ſeruum.

¶ Secundò caſu, quando ſcilicet concernit fauorem recipientis tantùm, vt ſi quis ita dicit: Do tibi centum, vt tibi ædifices domum, & non eſt locus pœnitentię, quia donatio videtur eſſe perfecta, quæ non eſt reuocabilis. l. Perfecta. C. de donatio. quæ ſub modo. Si tamen concernit fauorem Reipub. & res incœpta eſt, non habet locum pœnitentia. l. j. §. Cœpiſſe. ff. de pollicitat.

¶ Tertio caſu, quando ſcilicet contractus concernit fauorẽ tertii tantùm, vt ſi dico: Do tibi cẽtum, vt emas Stichũ, & manumittas eum, & tũc, ſi res eſt integra, id eſt, ſeruus nec emptus, nec manumiſſus, & eſt locus pœnitentiæ. l. iij. §. Idem erit, & d. l. Si pecuniam. §. Item ſi quis dederit. ff. de condi. cauſa data.

¶ Aut non eſt integra, & dic: Aut res cœpta, nondum tamen abſoluta eſt, vt ſeruus manumittẽdus eſt emptus, nondum tamen manumiſſus, & tunc ſi illa res, cuius commodum contractus concernit, extat, id eſt, ſeruus manumittendus adhuc viuit, & habet quidem locum pœnitentia, ſine tamen damno ementis, & reſtituit ſeruum danti pro pecunia, quam accepit dicta. l. Si pecuniam. §. Si quis dederit. verſic. Si verò iam ſit emptus. Aut abſoluta eſt, id eſt, ſeruus emptus & manumiſſus eſt, & nõ habet locum pœnitentia. d. l. Si pecuniam. §. Si ſeruum.

¶ Quarto caſu, quando mixtum concernit fauorem duorum ſimul, & dic: Aut concernit fauorem dantis & recipientis, aut dantis & tertii, aut recipientis & tertii.

¶ Primo caſu dic: Aut actus propter quẽ pecunia datur, natura & lege permittente, non poteſt perfici infra certum tempus, ſed expectandum eſt vſq; ad aliquod tempus. Et tunc, ſi partes renũciant ante tempus huic actui fiendo, & habet locum pœnitentia. Si verò non renunciauit, non habet locum pœnitentia, ſed expectatur tempus quoad perfici poteſt. d. l. Quod Seruius. ff. de condi. cauſa data. Alioqui regulariter non habet locum pœnitentia ſine voluntate recipientis. d. l. Cuius per errorem, & d. l. Perfecta.

¶ Secundò caſu, quando reſpicit fauorem dantis & tertii, Vt ſi do tibi centũ, vt mihi & Titio ædifices domum, & tunc, ſi recipientis non intereſt, & habet locum pœnitẽtia. l. Stipulatio iſta. §. Alteri, cum ſimilibus. ff. de verb. obligat. d. l. Si pecuniam, in princ.

¶ Tertio caſu, quando concernit fauorem recipientis & tertii, & habet locum pœnitentia, quo ad tertium. d. §. Alteri. Quo ad recipientem verò non item. Quia reſpectu ipſius eſt donatio. dicta l. Cuius per errorem. d. l. Perfecta. C. de donat. quæ ſub modo. Et tantũ de con-

tract

tractibus innominatis.

¶ Secundo caſu principali, quando ſci-
25 licet† loquimur de contractibus nominatis, dic: Aut dolus ſiue mendacium dedit cauſam contractui; & licita eſt pœnitentia, per tex.in l.Cùm in plures.§.Mandaui,& quæ notant ibi glo.& Bart.ff.Locati.l.Si dolo.C.de reſcind.vend.l.Tres fratres.ff.de pactis. Aut contractus eſt bona fide celebratus, & non habet locum pœnitentia, ſed agitur ad implendum contractum.l.Sicut.C.de actio.& obligat. Hoc fallit primò in mandato, quod reuocari poteſt re integra.l.Si mandauero,el.ij.§.fina.& l.Si quis alicui.§.Qui ſuſcepit.ff.Mandati.§.Rectè.Inſtitu.manda. Secundò in ſocietate, quæ etiam renunciatione ſoluitur.l.Verum.§.fi.& l.Actione.§.Diximus.ff.Pro ſocio. Tertiò in depoſito,vt l.j.§.penult.ff.depoſiti. Quartò in precario.l.Cum precario.ff.de precario. Et tantum de contractibus. Vide Doctor.in d.l.Si pecuniam.ff.de condictio.cauſa data.& in d.l.Sicut.C.de actio.& obligat.

¶ Tertio caſu principali, quando ſcili-
26 cet quæritur† de vltimis voluntatibus, & dic; quòd pœnitentia locum habet vſq; ad extremũ vitæ ſpiritum,etiamſi teſtator in primo teſtamento poſuerit clauſulam derogatoriam, vel iurauerit ſe non velle mutare vltimam voluntatem. Quia nemo poteſt ſibi legem dicere, vt à priori voluntate ei recedere non liceat,per text.in l.Si quis in principio teſtamenti.ff.de legatis.iij. Et vide omnino Bart.ibi.

DE CAVSA POS-ſeßionis & proprietatis.

DE CAVSA poſſeſsionis & proprietatis,id eſt,de iudiciis poſſeſſoriis & petitoriis. Poſſeſſoria iudicia ſunt interdicta adipiſcendæ, retinendæ, & recuperandæ. Petitoria dicuntur quibus petitur dominium vel proprietas rei corporalis vel incorporalis, vt rei vendicatio,Publiciana,Cõfeſſoria &c. Cùm ergo ſuprà de ordine cognitionum dictum ſit, & cauſa poſſeſsionis & proprietatis,ſæpe vario modo in iudicium deducuntur. In hoc titulo dicendũ erit, quo ordine deduci debeant.

Continuatio huius Rub. ad præced.

Gregorius Felici Siciliæ.

SVſceptis, & infrà. Legali prouiſione decretum eſt, tam momenti, q̃ proprietatis cauſam ſub vno eodemque iudicio debere cognoſci. Nec nos cõtrà inauditã partẽ aliquid poſſumus definire.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Cauſa poſſeßionis & proprietatis ſub eodem Iudice terminari debet, nec contra abſentem eſt pronunciandum.*

2 *Cauſa poſſeßionis & proprietatis ſeparari non debet, vbi nimirum Actor & Reus ſunt eiuſdem fori.*

3 *Poſſeßio quomodo dicatur momentum, aptitudine ſcilicet,non actu.*

4 *In poſſeſſorio quare non appelletur, ratio.*

5 *Iudex parte non audita, vel non citata, quando ſententiam ferre poßit, necne.*

6 *Definitiua, item interlocutoria ſententia quæ*

dicatur.

7 *Defenſio quæ eſt iuris naturalis, etiam per Imperatorem tolli non poteſt.*

8 *Summus princeps an ſine partis citatione procedere poſſit.*

9 *A iure naturali gentium nemo eſt exemptus.*

10 *Citatio eſt iuris gentium naturalis & diuini.*

11 *Ius diuinum in cauſis merè ſpiritualibus, & quidem naturale, vbi ſequeretur peccatum ſi contrà fieret eſt immutabile.*

12 *Præſens an ſit citandus.*

13 *Præſens quis eſſe dicitur multipliciter.*

14 *Sententia definitiua, non præcedente citatione, vel parte abſente, an poſſit ferri.*

15 *Fideiuſſores an ad principalis excuſſionem citandi.*

16 *Actus cum principali celebratus, an ei, quem cauſa in conſequentiam contingit, non citato præiudicet.*

17 *Deciſio, ſententiam ſcilicet contra eum, cuius principaliter intereſt, latam, non præiudicare iis, quos conſequenter cauſa contingit.*

18 *Inſtitutus & ſubſtitutus eadem cenſentur perſona, ſicut hæres & defunctus.*

19 *Caſus, vbi abſentis, etiam non contumacis, citatio non requiritur.*

Caſus primæ partis iſtius Capitu.

PONE, Quidam habebat cauſam cum aduerſario ſuo, & volebat in petitorio & poſſeſſorio expediri, propterea petiit à ſuperiore duos Iudices delegatos, & ſic in qualibet cauſa ſeiunctim delegatum, nec volebat vtranque cauſam coram vno eodemque Iudice mouere. Quærebatur, vtrum cũ tali petitione audiri debeat & videtur q ſic. Quia cauſæ poſſeſsionis & proprietatis ſunt diuerſæ cauſæ: ideoque coram diuerſis Iudicibus tractari poſſunt. Quod autẽ ſint diuerſæ, patet inde, quia nihil commune habet proprietas cũ poſſeſsione. Et ideo ſi quis interdicto egerit, poſtea verò petitorium inſtituerit, non repellitur exceptione rei iudicatæ. l. Naturaliter. §. Nihil commune, & l. Permiſceri. ff. de acqui. poſ. l. Et an eadẽ. §. fi. ff. de excep. rei iud.

¶ Secundò videtur probari per tex. expreſſum in c. Significauerũt. ſ. de iud. vbi expreſsè habetur: quòd Actor. qui obtinuit coram Iudice Rei, nõ tenetur coram eodẽ Iudice ſuper proprietate reſpondere &c. Quare videtur dicẽdum, quòd hæ cauſæ coram diuerſis Iudicibus poterint & debuerint tractari.

¶ Sed tamen decidit tex. noſter, contra-
1 rium, q ſcilicet † hæ duæ cauſæ Rei Iudici debeant cõmitti, & q ſub vno eodemque Iudicio de eis cognoſci debeat. Na licet cauſa poſſeſsionis & proprietatis ſint diuerſæ cauſæ & actiones, tamen eſt quædam continentia, & connexitas inter eas, & illa cõnexitas conſiſtit in duobus, primũ ratione ſubiecti, quia tam cauſa poſſeſsionis, quã proprietatis verſatur circa eãdẽ rẽ. Secundò ratione facilioris deciſionis & cognitionis, quia qui cognouit de poſſeſsione, facilius decernit cauſam proprietatis, & econtra, ſecundũ Pan. hic, in. iij. notabili. Sed regula eſt, q cõtinentia ſiue connexitas cauſarum diuidi non debet. c j. ſ. de ſequeſt. poſſ. & fruct. l. Nulli. C. de iud.

2 ¶ Quare † cauſa poſſeſsionis & proprietatis diuidi nõ debet. & hæc vera

ſi Actor & Reus ſunt eiuſdē fori, tunc
ſiue ordinarius ipſe cognouerit ſiue cau
ſas delegauerit vtrāq; vni delegare de
bet. Secus ſi Actor & Reus ſunt diuerſi
fori. Tum ſi Actor coram Iudice Rei
obtinuerit in poſſeſſorio, non tenetur
ibidem in petitorio reſpondere, & ita
intelligitur c. Significauerunt. ſ. alle.
gatum. An autem propter recōuentio
nem teneatur illic reſpondere, non eſt
materia noſtra, Vide de hac notata in
d.c. Significauerūt. & ſic nō obſtat d.
c. Significauerunt. Nec etiā obſtāt Iu
ra quæ dicunt, quòd poſſeſsio nihil
cōmune habeat cum proprietate &c.

¶ Quia hoc verum eſt, quo ad naturā
actionum. Sunt enim actiones poſſeſſo
rii & petitorii ſeparatæ, & habēt diuer
ſiſsimas naturas. Sed hæc continen-
tia & cōnexitas, de qua nos loquimur
prouenit ex aliis circūſtantiis, ſcilicet
ratione ſubiecti, & faciliores deciſio-
nis. An autem ſi ſuper proprieta-
te pronuntiatum fuerit, proprie-
tas trahat ſecum poſſeſsionem, dicę-
mus in c. Paſtoralis, & in c. Cū dile-
ctus. j, eo. Et per hoc ſit explicata glo.
in verbo, Sub vno. Pro intellectu gl. in
3 verbo, Momenti, dic breuibus, † quod
poſſeſsio dicitur momētū aptitudine,
& non actu, quia poſsibile eſt, ꝙ poſ-
ſeſsio parū durabit, ſicuti lex Aquilia
dicitur pœnalis, aptitudine & nō actu
quia non ſemper pœnalis eſt, ſed pōt
eſſe pœnalis. §. His aūt verbis. Inſti. de
l. Aquil. Ita decidit Bald. in d. l. Vnica.
C. Si de momen. poſſ. Quare autem de
Iure ciuili in poſſeſſorio non appella-
4 tur, dicit Pau. de Caſt. ibi eſſe † rationē
quia talis ſententia non affert perpe-
tuum præiudicium cauſæ proprietatis
Et grauamen ꝙ affert, poteſt reparari
ꝑ iudiciū proprietatis. Ideo mittit ſen
tentia executioni, ſalua tamen cauſa
proprietatis. An autem hoc verū ſit in
omnibus poſſeſſoriis, Vide Bald. &
alios in d. l. j.

¶ Secūda pars iſtius c. tractat quæſtio
5 nem, An & quando † Iudex poſsit fer-
re ſententiam, parte ad hoc non audi
ta nec citata, in qua quæſtione aduer-
tendum an feratur definitiua, vel inter
locutoria.

6 ¶ Definitiua aūt dicitur †, quæ definit
cauſam, & negotiū principale, & abſol
uendo vel condemnando. Alii autem
actus iudicis dicūtur ſententiæ inter
locutoriæ, ſecundū glo. in l. Cū cleri-
cici, in verbo, Sententiarū & ibi Bart.
C. de Epiſcopis & cleri. Quando au-
tem de ſententia definitiua loqui-
mur, dic: Aut loquimur de laudo
arbitri, ſiue de arbitramento arbitrato
ris, qui non habet iuriſdictionem, ſed
tantùm ſimplicem notionem.

¶ Et tunc, ſi vltimo die compromiſsi
fertur laudum vel arbitramentū, & nō
requiritur ſpecialis citatio partis, quia
ipſum cōpromiſſum cenſetur partes
citare, ſecundū Bal. in d. Auten. Et qui
ver, Quæro nunquid abſens, C. de te-
po. appel. & Do. Iaſ. in l. Ne quicquā.
ff. de offi. procon. & leg. Si autem lau-
dum nō feri vltimo die cōpromiſsi, &
dicut dicemus infrà de iudice inferiori.

¶ Aut loquimur de ſentētia definitiua
Iudicis, qui iuriſdictionē habet, & tunc,
aut eſt ſententia ſummi principis, vt
Imperatoris. Aut verò ſententia Iudi-
cis inferioris. Si eſt ſententia ſummi
principis, & dubium eſt, an poſsit fer-
ri parte abſente, & non citata. Quod
enim & hoc caſu requiratur citatio, &
ꝙ parte abſente ferri nō poſsit, videt

inde probari, ꝙ quis ideo citatur, vt
7 poſsit ſe defendere. Defenſio † aũt eſt
de iure naturali, vel gẽtiũ, nec põt per
Imperatorem tolli. Cle. Paſtoralis. §.
Cæterum, de ſent. & re iudi. facit l. Vt
vim. ff. de iuſtit. & iu. c. Ius naturale. j.
diſt. l. fi. cũ notatis. C. Si contra ius vel
vtilitatem publicam. l. Minimè. ff. de
relig. & ſump. fu. gl. in. l. Vnico. §. Porrò,
in verbo, Vel morti quæ fuit prima
cauſa bene. amit. Inno. in. c. Quæ
in eccleſiarum de conſtitu. Et ideo dicit
8 cit Bal. in. l. fi. C. de legib⁹. † Licet ſummus
princeps non teneatur ſeruare ordinem
Iudiciorũ procedendo, tamen
debet pars citari, aliâs non valet ſententia
ſummi principis. Et Bal. in. l. ij.
C. Quomodo & quando Iudex. Ange.
in. l. Omnium. C. de teſt. Et ideo dicit
Bar. in. l. Filiusfamilias. ff. de donatio.
Si ſummus princeps dat alicui poteſtatem,
ꝙ non teneatur ſeruare iuris
ſolẽnitatem, iſta conceſsio tantũ operetur,
ꝙ illa tãtũ ſint remiſſa, quę ſunt
9 iuris ciuilis. Ea aũt † quæ ſunt de iure
naturali vel gentiũ, remanẽt, & ex hoc
quoque infert ꝙ Reo nõ poſsit auferri
10 ri defenſio, & ſic per † cõſequẽs, citatio,
quæ eſt præambula defenſionis, &
probatur illa à fortiori. ſ. ꝙ Deus ipſe
ſine cauſæ cognitione nõ volebat peccata
Sodomorum punire, Dicit enim
Gene. xviij. Deſcendã & videbo, vtrũ
clamorẽ qui venit ad me, operę cõpleuerint,
an non eſt ita, vt ſciã. Item habetur
in. c. Deus omnipotens. ij. q. j. Eodem
modo cũ Adam in Paradiſo peccaſſet,
Deus inauditũ & nõ citatũ nõ
eiecit, nec ipſum, nec mulierem, ſed citauit
& audiuit vtrunque, & poſtea tulit
ſentẽtiã in ipſum: in mulierẽ & in
ſerpentẽ, vt habetur Gene. iij. Quare
conſtat, ꝙ citatio & cauſæ cognitio eſt iuris naturalis, gentiũ & diuini, Quare etiã ſumm⁹ princeps nõ poterit illa vitare. §. Sed naturalia inſt. de iur. nat. gentiũ & ciuili. c. Sunt quidã, cum infinitis ſimilibus. Et ideo concludit tex. hic his verbis: Nec nos contra inauditã partẽ aliquid poſſumus diffinire.

¶ Contraria opinio eſt, ꝙ in ſententia principis non requiratur citatio, quia ſummus princeps legibus ſolutus eſt, per tex. in. l. Princeps. ff. de legib. Ergo non tenetur formam ſeruare de citationibus in legibus præſcriptam. Si enim Imperator aliquid facit contra leges, cenſetur diſpenſaſſe contra eas. l. Donationes. la. ij. C. de dona. vbi dicunt glo. Bart. & Bal. ꝙ contractus & actus Imperialis eſt lex. per text. in. l. Cum multa. C. de bonis quæ liber. Et ideo decidunt Doctores, ſi ſummus princeps facit contra legẽ aliquã legẽ pœnalem, nam incidat in pœnã, quia non ligatur ea, vt notant Doctores in c. Cuilibet de reg. iu. in. vj. Pau. de Ca. in. d. l. Princeps.

¶ Nec videtur obſtare huic opinioni tex. in. d. cle. Paſtoralis, de re iud. Quia Bal. in. d. l. Nec cauſas. reſpõdet ad hoc ꝙ Imperator ibi proceſsit contra non ſubditum ſibi principaliter, ſed Romanæ eccleſiæ, Idem decidit Pan. hic.

¶ Tu in hac quæſtione breuibus hoc modo diſtingue: Aut ſumm⁹ princeps fert ſententiam autoritate ordinaria, Aut verò de plenitudine poteſtatis ex certa ſcientia. Primo caſu tenetur citare non minus quã inferior: & in hoc caſu loquuntur iura pro prima opinione adducta.

¶ Secundo caſu poteſt ſententiã ferre etiam ſine citatione.

¶ Nam

¶ Nam licet non poſsit tollere ea, quę ſunt iuris gentiũ ſine cauſa, tamen ſi facit præſumitur in eo cauſa ſecundũ Doctores in.l.fi.C.Si contra ius vel vtilitatem pub.& in.c.Quæ in Eccleſiarum.C.de conſti.Bal.in.l.fi.ver.Extrà opponitur.C.de fructibus & litiũ expen.Do.Iaſ.in.d.l. Nec quicquã in.vij.fallen.ff.de offi.procõ.& leg.Et in hoc caſu procedit ſecũda opinio. Nec obſtat ꝙ dicitur citationẽ eſſe iuris di-
11 uini, ꝙ eſt immutabile, † Quia verũ eſt in his quæ ſunt merè ſpiritualia, & pacti prohibitiua, ſine aliqua limitatione: Secus in his, quæ concernunt actus & diſpoſitiones horum, quia illa poſſunt mutari, quia non obſtãte iure diuino dicitur: In ore duorũ aut triũ ſtet omne verbum. Conſtitutum eſt tres teſtes in teſtamento nõ ſufficere, ſed requiri ſeptem &c. ita decidunt gl. & Doct.in.d.l.fin.C.Si contra ius vel vtili.pub. Bar.in.l.Omnes populi, in ſecunda quæſtione tertiæ qõnis principalis. Et tãtum de ſententia ſummi principis.

¶ Quando verò loquimur de ſentẽtiis Iudicũ inferiorum &c. dic: Aut partes in Iudicio ſunt præſentes, aut abſentes Primò caſu opiniones ſunt, an & quando citari debeant. Alex.de Imo.ſuper Rub.C.de in ius vo.decidit ſimplici-
12 ter, quando pars † eſt præſens, ꝙ citari non debeat, non diſtinguendo, ſiue velit ſiue non velit litigare, per tex.in l.de vnoquoque, in verbo, Pręſenti.ff. de re iudica.l.Etiam ſi parte.§.Si hęreditatem, in verbo, Præſente.&.l.In cauſæ, la.j.§.Cauſa, in verbo, Præſente.& l.In cauſæ, la.j.§.Cauſa, in verbo, Præſentibus.ff.de mino.Et ita quoque decidit Spec.in tit.de libel.concep.§, Sequitur videre.ver.Itẽ decidũt quidã. Io.And.in addi.Spe.in tit.de ſen.§. Vt autem.ver.Et hoc credo verum, in verbo, Citatum Bar.Bal.& Paul.de Caſt. in Auten.Omnes.C.Si minor ab hær. ſe abſtinuerit Bald.in.l.Nam ita.ff.de ado.& multi alii, quos refert & ſequit Alex.de Imo.in ſupradicta Rub.C.de in ius voc.Et allegat Bal.in.d.Auten. Si omnes.rationẽ, quia citatio fit ad finem cõparitionis, ſed qui præſens eſt 13
in Iudicio, iam cõparuit. Ergo non eſt neceſſaria alia citatio. Vide Dn.Iaſ.in d.l.Ne quicquã, in.vj.fallen.

¶ Alia eſt opinio Barto.in.l.j.ff.de in ius voc. vbi tenet, ꝙ contra præſentẽ volentem procedi poſsit ſine alia citatione. Contra inuitum verò nõ item, ſed eſſet neceſſaria citatio, vel iuſſus Iudicis, qui habet vim citationis & ita dicit intelligendũ eſſe.§.fi.Inſt.de pœna tem.litigã.&.l.Ea quæ.C.Quomodo & quando Iudex.&.l.Ad peremptorium.ff.de iud.

¶ Tertia opinio eſt Bar.in.l.Furioſo, in fi.ff.de re iud. vbi expreſsè decidit, ꝙ etiã præſens in Iudicio à Iudice debet certiorari, ꝙ ibi ſtet illo tẽpore ad audiendam ſentẽtiã. Alias enim ſi ſententia fertur contra ipſum, nõ valeat. Arg.l.Hæredes.§.In teſtamentis.ff.de teſta.& hoc etiam approbat Dn.Iaſ.in d.l.Nec quicquam.

¶ Quarta videtur eſſe opinio, ꝙ etiam præſentes indiſtinctè citari debeant. d.Auten.Si omnes.C.ſi minor ab hær. ſe abſtinu.

¶ Quintam opinionem refert Bal.in. l. Si accuſatoribus.C.de accuſatio.ꝙ ſcilicet præſens non debeat citari de neceſsitate ſi ob illã ipſam cauſam fuerit præſens, in qua debet ferri ſentẽtia,

ſecus ſi ob aliam cauſam per text. in. l. ij.§.Ei quoque.ff. de iudic.& dicit eſſe Innocen.in c.Licet,de offic,delega.Sed Innocen.hoc non dicit.Sed Bald.impu gnat illam opinionem per iura pro pri ma opinione adducta,& quæ notant Ioan.And.& alii in c. fin. de electio.in vj.Idem decidit Alexand. de Imo.in l. de vnoquoq;.ff.de re iudicata.

¶In hac quæſtione dic breuibus; Aut
13 quis eſt† quidem præſens in ciuitate, vbi Iudicium exercetur, non tamen in ipſo Iudicio. Aut verò eſt præſens in ipſo Iudicio.

¶Primo caſu requiritur citatio, quia non dicitur propriè pręſens eſſe, qui in ciuitate extra locum Iudicii eſt, & ita propriè loquitur text.in d.Auten. Si omnes.C.Si minor ab hæred.ſe abſti. ſecundum intellectum gloſſ.& Barto.ibi qui verbum præſentis exponunt,id eſt in illa ciuitate.Et colligitur is intellectus ex tex.in §.Hęc quoque.in Auten. Vt ſponſalitia larg.vnde ſumpta eſt illa Auten.& in hoc caſu procedit quarta opinio.Secundo caſu,quando eſt pręſens in Iudicio,dic:Aut eſt pręſens propter aliam cauſam aut propter eandem Si propter aliam,& non eſt opus vt citetur:moneri tamē debet per Iudicem vt expectet ſententiam, quæ monitio habet vim peremptorii. l. Ceſſante, & ibi glo.in verbo,Admoniti,& Bald.quo que. C. Quomodo & quando Iudex. Idem tenet Alexand.de Imo. in d.l.De vnoquoque & hoc caſu procedunt opiniones,ſecunda,tertia & quinta.Si verò præſens eſt ob eandem cauſam, & tunc neque citatio neque Iudicis monitio requiritur, ſed poteſt ferri ſententia; & in hoc caſu procedunt iura pro prima opinione adducta. Et tantum de præſente.

¶Quando vero quæritur† vtrum ſententia definitiua, non præcedente citatione,poſsit ferri,parte abſente: Et in hac quæſtione dic, primo, Aut negocium,in quo ferenda eſt ſententia,tangit abſentem non principaliter, ſed in conſequentiam,vt quando fit excuſsio bonorum principalis debitoris,ideo vt poſtea poſsit haberi aditus contra fideiuſſores,Auten.præſente.C. de fideiuſ. Hæc excuſsio tangit quidem fideiuſſores,non tamen principaliter, ſed tantū in conſequentiam hoc eſt ſi in excuſsione principalis non inuenitur ſoluendo fideiuſſores in reliquo conueniri poſ-
15 ſunt. Quæritur ergo, † an fideiuſſores de neceſsitate ſint citandi ad iſtiuſmodi excuſsionem. Et deciditur cōmuniter quod non, ſecundum gloſſ.in dicta l.De vnoquoque, in verbo, Quos cauſa.vbi gloſ. verba text. ibi, quos cauſa contingit &c.exponit contingit ſcilicet principaliter alias: contra quam gloſſ. approbat ibi Angel.Ioan. de Imo.Pau. de Caſtr.Et hinc eſt,quod ſi cauſa contingit hæredes ex teſtamento, citantur tantum inſtituti, non autem ſubſtituti. Item in hæredibus ab inteſtato citantur proximi, non autem alii qui ſunt proximorum hæredes,per tex.in l.prima. §. Denunciari. ff. de ventre inſpi. Idem notat Bartol. in l. In diem.ff. de aqua pluuia arcenda.Bald.in l. Ab eo. verſ.Extrà quęro.C.Quomodo & quādo iudi.Innocen.in c.fi. de maiorita. & obedien.gloſſ. fin.in c. Quamuis,& ibi Doct.de pactis in vj. & coploſè Domi. Iaſ.in d.l.Nec quicquam.ff.de offi.pro conſ.& lega.Bald.in l. Duab.§. qui iurauit.ff.de iureiur.Et in l.j.C.Ne filius pro patre.Vide Alexand.de Imo.in d.l.

de

de vnoquoq; in fi.

¶ Cõtrariam opinionem, ſcilicet quod requiratur citatio etiam illius, cuius in ter eſt, tantum in conſequentiam, tenet Cyn. in d. l. j. C. de Aduo. diuer. iudicio rum, Barto. in l. Decem. ff. de verbor. obliga. Alex. de Imo. in d. l. De vnoquo que, in fin. Et probatur hæc opinio per tex. expreſſum in d. Autent. Si omnes, vbi dicitur quod omnes creditores cita ri debent, quando minor in integrum reſtituitur, & tamen reſtitutio tangit ipſos tantum in conſequentiam.

¶ In hac quæſtione dic breuibus, quod ſententia, & actus per ſe valent, etiam ſi is, cuius in conſequentiam intereſt, non ſit citatus, & quantum ad hoc non requiritur citatio de neceſsitate. Ita lo quuntur iura pro prima opinione adducta, ſecundum Alexan. de Imo. in d. l. de vnoquoque, Do. Iaſ. alios in d. l. Decem, & in d. l. Nec quicquam, in nona fallen. Ioan. Fab. in. §. Licet autem. Inſtit. de adoptio. Quando autem quæri-
16 tur, vtrum talis ſententia † vel actus ha bitus cum principali, præiudicet ei quẽ in conſequentiam cauſa contingit, ſi non fuit citatus, dubitatur. Et primo vi detur quod præiudicet ei. Nam certũ eſt, ſi hæres inſtitutus eſt condemnatus & poſteà abſtinet ab hæreditate, ita quòd hæreditas peruenit ad ſubſtitutum, executio fit contra ſubſtitutum, non obſtante quod non fuit citatus, per text. in l. Ex contractu. ff. de re iudi. Secundò probatur per text. expreſſum in l. Autore. C. de euictio. vbi expreſsè habetur quod in cauſa euictionis ſatis eſt citari venditorem, non autem fideiuſſorem & venditore condemnato prę iudicet ſententia fideiuſſori, etiamſi nõ fuit citatus, & dicit Barto. ibi not. quod ſufficit cauſam agitari cum eo quem negocium contingit principaliter, nec eſt neceſſe, quod illi, qui læduntur, per quandam conſequentiam moneantur, & hoc expreſsè tenet Angel. in l. In cognitione. ff. Ad Sylla. & in l. Si proluſorio. §. j. ff. de appella. Ioan. de Imo. in l. Filiusfa. §. Diui. ff. de lega. j. vbi expreſſè dicit, quod ſententia lata contra hæredem pro creditoribus faciat præiudicium legatariis. Et Alexan. de Imo. in Conſ. clxvj. in ij. vol. incipiente, Stantibus his.

¶ Contrarium eſt verius, quòd ſcilicet
17 † ſententia lata contra eum cuius principaliter intereſt, non præiudicet his, quos cauſa in conſequentiam contingit, ſi non fuerint citati. Et illam opinionem tenent Bar. Dn. Iaſ. & alii in d. l. Decem. ff. de verbo. obliga. Ang. ſibi contrarius in §. Sed neque, in Anten. de fideiuſſo. & in l. Cùm quis filius. ff. de verb. obliga. Angel. & Alex. de Imo. in d. l. de vnoquoq;. Bal. in l. ij. C. Quando fiſcus vel priuatus. Barto. in l. Si eo tempore. C. de remiſsio. pigno. Dn. Iaſ. in d. l. Nec quicquam, in nona fallentia. Et probatur hæc opinio per gloſ. in l. Cum miles, in verbo, Faciẽda. ff. Quibus ex cau. maiores, & per tex. in rubro & nigro. C. Res inter alios acta, & eſt optimus text. in l. Et ſi crimine. C. de adulte. & hæc eſt communis opinio, & tenenda.

¶ Nec obſtant iura pro prima opinione adducta. & primò, nihil facit text. in d. l. Ex contracta. ff. de re iudi. Et Alex. de Imo. in d. l. Filiusfamiliâs. §. Diui, reſpondet ad hoc, quod is text. intelligitur, quãdo ſubſtitutus fuit citatus. Sed Dn. Iaſ. in d. l. Decem, reprehendit illã ſolutionem, & dicit eſſe diuinationem,

quia textus nullam mentionem de citatione fecit. Deinde tex. eſſet de indubitabili, non enim dubium eſſet quòd ſententia præiudicaret, ſi fuiſſet citatus

18 Ideo tu breuibus reſponde, quod† inſtitutus & ſubſtitutus cenſentur eadem perſona, ſicuti hæres & defunctus. Ideo ratione identitatis ſententia contra inſtitutum lata meritò præiudicat ſubſtituto, ſicuti ſententia lata contra defunctum, præiudicat hæredi.

¶ Secundo non obſtat tex. in d. l. Autore, quia gloſſ. ibi reſpondet, quod ſicuti mora rei nocet fideiuſſori. l. Mora. ff. de verbo. obliga. Ita quoq; proceſſus principalis nocet fideiuſſori. Quam ſolutionem Alex. de Imo. in d. l. Decem, nec in terminis d. l. Autore, ſubeſt tantum præiudicium, ſicuti quando tractatur de excuſſione principalis, vbi poſtea fideiuſſor in reliquo conueniri poterit &c. An autem in his terminis in quibus requiritur citatio fideiuſſoris, ſufficiat citatio generalis per publicum proclama An verò requiratur ſpecialis, vide Doctores in d. l. Decem. Et tantum de abſente, cuius intereſt non principaliter, ſed tantum in conſequentiam.

¶ Quando verò loquimur de illo abſente, cuius principaliter intereſt. Et quæritur, vtrum in eius abſentia poſſit ferri ſententia, & dic: Aut primo in cauſa principali citatus verbis vel facto ſignificauit ſe nolle comparere. Facto, vt ſi citatus ſtatim aſcendit equum, & iuit vltra mare, non eſt citandus ad audiendam ſententiam quia manifeſtat ſe non compariturum, cum faciat actū comparitioni contrarium. Ita decidit Bal. in l. ij. in fine. C. Quomodo & quādo iudex. Idem decidit Innocent. in c. Petitionem, de accuſat. Addit tamen Bal. quod de hoc debet conſtare Iudici l. Hoc autem. §. j. ff. Quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur. Barto. in l. Multum. ff. de conditio. & demonſ. Dn. Iaſ. in d. l. Nec quicquam, in ſecunda fallent. Si verò

19 eſt talis abſens, †qui non eſt contumax & dic, quod enumerantur aliqui caſus, in quibus non requiritur citatio.

¶ Primus eſt, quando per Iudicem interdicitur adminiſtratio alicui, tanquā prodigo, & ſibi curator datur, tunc non requiritur citatio, quia non Iudex, ſed lex facit.

¶ Secundò in datione tutoris vel curatoris, qui non per inquiſitionem datur.

¶ Tertiò, quando alicui committitur reuiſio rationum, puta, inter certos mercatores, tunc ſi ex inſpectione conſtat abſentem eſſe debitorem, valet ſententia contra eum lata, licet non ſit citatus.

¶ Quartò in ſententia taxationis expenſarum. De quibus caſibus vide Dn. Iaſ. in d. l. Nec quicquam, in. xij. xiij. xvj. & xviij. fallen. Alioqui requiritur regulariter citatio, quando fertur definitiua. d. l. de vnoquoque. ff. de re iudica. gloſſ. in d. l. Nec quicquam, in verbo, Decretum. Et tantum de definitiua. De interlocutoria dic idem quod in definitiua, niſi partes ab initio fuiſſent citatæ ad totam cauſam, vſque ad ſententiam incluſiuè. vel niſi ſententia eſſet lata pro abſente vel ſi eſſet lata contra, non eſſet magni præiudicii. De his omnibus vide Dn. Iaſo. in d. l. Nec quicquam, & Alexand. de Imol. in dicta lege de vnoquoque.

Cœleſtinus Tertius.

Ad

AD vltimum interrogati fuimus, ſi Iudices deputati vt de poſſeſsione & proprietate cognoſcant, grauibus partium ſumptibus parcere cupientes, de vtraque commixtim audiant, allegationes pariter & teſtes admittant. Deinde prius audiant atteſtationes de poſſeſsione: & pronuncient ſecundum tenorem illarum, vtrum licitè hoc agatur. Nos autem, cum hoc ſit in Iure ciuili expreſſum, quòd licitè poſsit fieri reſpondemus.

SVMMARIVM per ſe patet. Nota tamen, quòd ius Ciuile & Canonicum, quantum ad petitorii & poſſeſſorii accumulationem attinet diſcordant. Ius enim Canonicum accumulationem admittit, Ius verò ciuile non.

¶ Si actum eſt petitorio & poſſeſſorio, poteſt Iudex, receptis probationibus ſuper vtroq;, probationes prius diſcutere ſuper poſſeſſorio, & illud terminare.

¶ Pro intellectu iſtius c. præmittendū
1 eſt† quod ius Ciuile & Canonicum in petitorio & poſſeſſorio non concordet. Nam de iure Ciuili certum eſt, quod petitorium & poſſeſſorium nō poſſunt accumulari, ſed prius diſcutitur cauſa poſſeſsionis, per text. in l. Ordinarii. C. de rei vendic. l. Incerti. C. de interdictis l. Si de vi. ff. de iudi. l. Exitus controuerſiæ. ff. de acqui. poſ.

¶ Econtra autem de iure Canonico poſſunt accumulari petitorium & poſſeſſorium, & quoque vnā ſententia termi nari. c. Cum Eccleſia, & c. Cum dilectus infrà eo. Et toto ferè titulo & vide Bar. in l. naturaliter. §. nihil. ff. de acquiren. vel amittenda poſſeſsione, & ibidem Bereng. Fernā. Toloſ. Hoc tamen multa contraria patitur. Tu cogitabis.

¶ Nunc ad propoſitum. Cuidam delegato commiſſa erat cauſa poſſeſſorii & petitorii, nec tamen fuit expreſſum, an ſimul & ſemel, & ſic virtute iuris Canonici, an verò ordine ſucceſsiuo, & ſic de iure ciuili eas audire & examinare deberet. Ipſe delegatus examinauit teſtes ſuper vtroq;, tam poſſeſſorio quàm petitorio, & hoc ideo, vt releuaret partes à ſumptibus. Sed teſtibus examinatis publicauit tantum eas, quæ ſuper poſſeſſorio productæ erant, & ſuper iis pronunciauit, aliis omiſsis. Quærebatur an potuerit hoc facere: Et videtur primò, quòd in hoc egerit contra ius Ciuile & Canonicum, quia de iure ciuili debuiſſet teſtes examinare tantum ſuper poſſeſſorio. De iure Canonico non debuiſſet atteſtationes ſuper poſſeſſorio tantum publicare & procedere ſed ſuper vtroq;.

¶ Tamen textus decidit, quod licitè fecerit, & quod in hoc ſeruauerit ius Canonicum & Ciuile. Quia in eo quod teſtium examen coniunxit in vtroque, habet pro ſe ius Canonicum, vt dicto capitulo Cum Eccleſia, & dicto capitulo. Cum dilectus: Quòd autem poſt illud coniunctum examen diuiſit cognitionem, ſecutus eſt ius Ciuile. Et quia ius Canonicum iſtiuſmodi diuiſionem nuſquam improbat, imò in hoc capitulo noſtro expreſsè approbat

rectè

recte facit delegatus, ſecundum glo. hic in verbo, Expreſſum, in fi. Et per hoc fit explicata d. gloſſ. in verbo, Expreſſum. Glo. j. ſupra abſoluta eſt in primo c.

Innocentius III. Archiepiſcopo & Canonicis Sutrinis.

CVm Eccleſia Sutrina Paſtore vacaret, vos conuenientes in vnum, & ſicut moris eſt, ſpiritus ſancti gratia inuocata, Paſtorē vnanimiter elegiſtis, petentes ipſius electionem à Sede apoſtolica confirmari. Verùm Clerici conuentualium Eccleſiarum ciuitatis eiuſdem conſequenter ſuam depoſuere querelam, quòd cùm in Epiſcoporū electionibus ipſi ac prædeceſſores eorum conſueuerint intereſſe, vos eis renitentibus & excluſis, ad electionem procedere præſumpſiſtis, quā ob hoc non confirmari, ſed infirmari potius poſtulabant. Partibus ergo apud ſed. ap. conſtitutis, in auditorum præſentia teſtes vtrinque producti fuerant, & eorum depoſitionibus publicatis, pars Canonicorum per teſtes à ſe introductos intentionem ſuam, quòd ad eos tātùm ſpectaret electio, ſufficiēter dicebant eſſe probatum. Parte Clericorum nihilominus aſſerente, quòd per dicta teſtium quos produxerant: & ipſi aſſertionem ſuam, quòd electioni Pontificum intereſſe deberēt, plenius probauiſſent: per quæ conſtare dicebant eos electionibus trium Epiſcoporū, qui Eccleſiæ Sutrinæ, & vltimò & immediatè præfuerant, cum Canonicis cathedralis Eccleſiæ affuiſſe, & vocem habuiſſe cum aliis elegendi. Nos igitur quoniam deprehendimus teſtes veſtros in perhibendis teſtimoniis, varios extitiſſe, atque aduerſus fidem atteſtationis ſuæ coram auditoribus vacillaſſe, & quòd negatiuam quodammodo adſtruere satagebant, probare volentes ius electionis ita ad vos ſpectare, quòd ad aduerſarios minimè pertineret, per teſtes verò aduerſæ partis fuit ſufficienter oſtenſum, quòd in trium Epiſcoporum electionibus, de quibus præmiſſum eſt, Clerici præſentes affuerint, & vocem habuerint eligendi: præmiſſam electionem factam, eis cō tradicentibus & excluſis, decre

uimus irritandam: Clericos ſæpe dictos in eam poſſeſſionem, quam ante controuerſiam motam habuerant, reducentes. Verùm quoniam in quæſtione prædicta quicquid iuris vtraque pars in electione habebat, deductum in iuditium videbatur, cùm Iure ciuili ſit cautum, id venire in iudicium non ſolùm de quo actum eſt, vt veniret: ſed id nō venire, de quo nominatim actum eſt ne veniret: & ſecundum ſtatuta Canonica electiones Epiſcoporum ad cathedralium Eccleſiarum Clericos regulariter pertinere noſcantur, niſi alibi ſecus obtineat de conſuetudine ſpeciali, nec ex eo quòd Clerici antedicti ſe inter eligentes Sutrinos Epiſcopos probauerunt tertiò extitiſſe, ius eligendi propter breuitatem temporis vſque ad præſcriptionem legitimam non producti ſibi acquirere potuerunt, & Actore non probante qui conuenitur, & ſi nihil præſtiterit, obtinebit, ab eorum impetitione ſuper electionibus faciendis vos duximus abſoluendos, ſæpe dictis Clericis Eccleſiarum ſuper hoc perpetuum ſilentium imponentes.

SVMMA CAPITA.

1 *Poſſeſſorio & petitorio ſimul intentatis, quæſtio proprietatis referri poteſt: ſecùs ſi poſſeſſorium ſolum.*

2 *Reſtitutionem petens à quo tempore poſſeſſionem probare teneatur.*

3 *Poſſeſſio faciliùs quàm dominium amittitur.*

4 *Poſſeſſio præſumitur continuata, donec contrarium probetur.*

5 *Præſumptio onus probandi tranſfert in aduerſarium.*

6 *Defuncti poſſeſſio an videatur retenta, & ad hæredes tranſmiſſa, necne.*

7 *Poſſeſſio in hæredes non præſumitur continuata, ideoque hæredes poſſeſſionis apprehenſionem probare tenentur.*

8 *Viuentis poſſeſſio quando cenſeatur continuata, necne.*

9 *Poſſeſſio quo ad præſcriptionis effectum, quomodo probanda.*

10 *Ex rei parte ſe ſuper præſcriptione fundantis, ſufficit probari initium poſſeſſionis.*

11 *Ex Actoris ſuper longi temporis præſcriptione fulciti parte requiritur probatio initij & finis poſſeſ.*

12 *Probatio ex materia neceſſaria & non contingenti ſumenda: nec probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

13 *In conſilium licet quis adhibeatur, eius tamen conſilium adhibens ſequi non tenetur.*

14 *Vſu alicuius rei probato, ipſum vtendi ius nō acquiſitum cenſetur.*

13 *Poſſidere & in poſſeſſione eſſe: ſunt diuerſa.*

16 *In quaſi poſſeſſione iuris incorporalis acquirenda, tria requiruntur.*

17 *Vnico etiam actu quaſi poſſeſſio eius iuris, quod alioqui ratione amicitiæ per concedi*

ſolet

ſolet, acquiritur.

18 *Triginta actibus ſiue vicibus alias acquiritur poſſeſſio.*

19 *Verum vna cum vſu, ſiue exercitio ipſius actus etiam vtentis intentio, quod ſcilicet animo acquirendi ſibi ius ita ſit vſus, probanda neene.*

20 *Scientia & patientia in incorporalibus, loco traditionis habentur.*

21 *Scientia quando præſumatur, Iudex arbitrabitur.*

22 *Negatiua triplex, Iuris ſcilicet, qualitatis, & facti.*

23 *Negatiua Iuris probari debet. fallit tamē hoc in Minore, vbi ſolennitatem contra Minorem allegans, eam probare tenetur.*

24 *Negatiua qualitatis probari & poteſt & debet.*

25 *Negatiua facti interdum probanda, interdum non.*

26 *Rerum corporalium & incorporalium differentia, quòd ſcilicet illæ poſſidentur, hæ verò quaſi poſſidentur.*

27 *Reſtitutio rerum incorporalium, quo Iuris remedio petenda.*

28 *Sententiæ verba aliquem debent habere effectum, nec lex verbis, ſed reb. imponitur.*

29 *Sententiæ in iudicio poſſeſſorio pro reſtituto, lata, effectus.*

30 *Poſſeſſorium nudum inſtitui prodeſt reſtituendo, vbi reſtituendus petitorium probare non poßit.*

31 *Iudex ſuper his tantùm, ſuper quibus lis eſt cōteſtata pronunciare debet.*

32 *In actione reali expreſſione, cauſa propinqua hoc eſt, dominiū vel quaſi actor omne ſuum ius deduxiſſe videtur.*

33 *Poſſidenti nulla datur actio neque in petitorio, neque in poſſeſſorio. Hoc verum in corporalibus, ſecus in incorporalibus.*

34 *Iudex ſuper nō petitis pronuncians, fatuus eſt.*

35 *Regula in iudicium venire dicitur non tantùm id, de quo expreſſè actum eſt vt veniret, ſed & id, quod includi poteſt, & quod exceptū nō eſt.*

36 *In actionibus Realibus dicta Regula quando locum habeat.*

37 *Verbo Reſtitui, veniunt fructus & intereſſe.*

38 *Verbo Tradi, vel Dari, includuntur fructus poſt litis conteſta. non ante litis conteſta. niſi ſpecialiter fuerint petiti.*

39 *In actionibus perſonalib. quando prædicta Regula locum habeat, necne.*

40 *Inter libellum Iudici & arbitro oblatum, nulla eſt differentia, cùm arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſint.*

41 *Iudex in plus pronunciare poſſit, quàm petitum eſt.*

Si ſpoliatus agit ſimul poſſeſſorio, & petitorio, poſſeſsionem & ſpoliationem probās, dominium autem & proprietatem non item, in poſſeſſorio obtinet, in petitorio verò non item. Hoc dicit ſecundum omnes.

Caſus. In quadam ciuitate metropolitica erant Eccleſia cathedralis, & quædam aliæ Eccleſiæ conuentuales ſiue collegiatæ. Epiſcopo mortuo Canonici Eccleſiæ cathedralis ſoli, aliis Clericis Eccleſiarum conuentualium renitentibus & excluſis, elegerunt Epiſcopum, & petierunt electi confirmationē. Clerici autem conuentuales contradixerunt, petentes illam electionem infirmari, ideo, quia ipſis renitentibus & excluſis facta eſſet, cùm tamen conſueuerant & debebant intereſſe. Hoc negocium Iure agitatum eſt, ita quòd vtraque pars ius ſuum in iudicium deduxit. Conuentuales inſtituerunt poſſeſſorium & petitorium ſimul, petentes ſe reſtitui, electionem infirmari, & pronūciare quòd Cathedrales, ipſis excluſis, in futurum eligere non poſsint. Cathedrales

drales autem inſtituerunt negatoriam in petitorio & poſſeſſorio, hoc eſt, quòd ius electionis ad ipſos conuentuales nõ pertineret, & quoque quòd nunquam fuiſſent in poſſeſſione iuris eligendi. Lite conteſtata teſtes ab vtraque parte recepti ſunt. Conuentuales probauerũt quaſi poſſeſsionem, quòd ſcilicet electionibus trium Epiſcoporum qui Eccleſiæ vltimò & immediatè præfuerãt, vnà cũ Cathedralibus affuerint, & vocem eligendi cum aliis habuerint, non tamen probauerunt hoc factum fuiſſe per præſcriptum à legibus tempus. Cathedrales autem habebant primùm, ꝙ ad petitorium attinet ius cõmune pro ſe, hoc eſt, quòd ex diſpoſitione Iuris electio tantùm ad ipſos ſpectaret, per tex. hic, in fine ferè. Quod ad poſſeſſorium verò attinet, volebant probare negatiuam facti, licet coarctatam loco & tempore, ſcilicet quòd conuentuales nunquam fuerint in electione Epiſcopi. Sed illam non probauerunt, quia teſtes erant varii, re & verbis vacillãtes, & quoque ſuper negatiua facti deponẽtes. Quærebatur quid iuris. Et reſpondet tex. Quum ius eligendi Epiſcopũ ex diſpoſitione Iuris pertineat ad Cathedrales tantùm, niſi contraria conſuetudo probetur: & conuentuales nõ probauerint, quòd per præſcriptum à legibus tempus Electioni interfuerint, ſequitur quòd Conuentuales petitorium non probauerint. Quare eſſe cathedrales, quod ad petitorium attinet, ab ipſorum actione abſoluendos, & quòd non teneantur ipſos ad futuras electiones vocare. Quia Actore non probante, Reus & ſi nihil præſtiterit, abſoluitur. Quod verò attinet ad poſſeſſorium, reſpondet tex. quòd Conuẽtuales poſſeſsionem probauerint, quià electioni trium Epiſcoporum interfuerint, Igitur propter quaſi poſſeſsionem & ſpoliationem ſint reſtituendi, & illa electio ipſis excluſis facta irritanda, in poſterum tamen ad electionem non vocandi, quia in probatione petitorii defecerint &c. Notabilia quilibet videat per ſe. Inducitur iſte tex. ad hoc ꝙ. præſcriptionis vltima tempora ſpectentur adde l. mater. C. nede ſta. defun.

Glo. in verbo, Spectaret, opponit contra text. Hic videtur quòd Canonici Eccleſiæ Cathedralis non debebant admitti cum probatione Iuris ſui contra Conuentuales. Nam certum eſt, ſi Actor inſtituit poſſeſſorium recuperandæ, non poterit Reus quæſtionem proprietatis referre, ſed cauſa Poſſeſſorii primùm terminanda eſt, per text. in capitu. In literis. & c. Item cùm quis. & c. Ex conqueſtione, infrà de reſtitut. ſpoliato. Super ſpoliatione, ſuprà de ordina. cognitio. Sed in terminis noſtris conuentuales agentes inſtituerunt poſſeſſorium recuperandæ, quia petebant reſtitutionem. Gloſſ. ſoluit, quòd contraria procedunt, quan do Actor intentat ſolum poſſeſſorium: 1 Secus † ſi coniungit petitorium vnà cum poſſeſſorio. ſicuti in terminis noſtris factum eſt, tum enim poteſt quæſtio proprietatis referri. Sicuti enim intentanti nudum poſſeſſorium alia ſpoliatio opponi poteſt dicto capitulo Super ſpoliatione. Ita quoque agenti petitorio poteſt quæſtio proprietatis referri, vt infrà dicemus. Quare conſultius fuiſſet, quòd conuentuales manſiſſent in terminis poſſorii, tum cathedrales non fuiſſent admiſſi cum probatione iuris ſui, ante diſcuſ-

diſcuſsionem poſſeſſorii. Et hęc ſolutio approbatur per Doct. & licet Hoſti. & Innoc. aliter reſpondeant, tamen ipſorum ſolutiones non conueniant textui hic, ſecundum Panor. mit.

¶ Gloſ. in verbo, Vltimo, diuiditur in duas partes. In prima diſputat, quando in poſſeſſorio petitur reſtitutio, quę requiratur ad probationem poſſeſsionis in his terminis. In ſecunda, quæ eſt ibi, Item pene ſequitur, tractat quomodo probetur poſſeſsio, quādo tractatur de probatione præſcriptionis, quū poſſeſsio ſit cauſa præſcriptionis.

¶ Quod attinet ad probationem poſſeſſionis in cauſa reſtitutionis, ſunt opiniones. Prima opinio eſt, quòd petens

2 reſtitutionem teneatur probare, † quòd poſſederit illo ipſo tempore, quādo eſt ſpoliatus, nec ſufficiat ſi probet ſe aliquando poſſediſſe, quia ex eo non præſumitur, quòd tēpore ſpoliationis poſſederit. Poſſeſsio enim facti eſt, & facta non præſumuntur, licet ſecus ſit in dominio quod eſt iuris, quod præſumitur continuatum, donec probetur contrarium. l. Siue poſsidetis. C. de proba-

3 tionib. Facilius † enim amittitur poſſeſsio, quàm dominium. l. Si quis vi. §. Differentia. ff. de acquir. poſſeſ. & hæc eſt opinio Ioan. Andr. glo. vt habetur in gloſ. d. l. Siue poſsidetis, in verbo, Conſtituti. Idem tenet Innocen. hic, in verbo, Abſuiſſe, & glo. hic, in verbo, Vltimo, & in c. Cùm ad ſedem, in verbo, Diutius, infrà de reſtitut. ſpoliator. & probatur hæc opinio per tex. noſtrum hic, in verbo, Vltimo, & in c. Conſultationibus. de offic. deleg. & in l. j. §. Interdictum. ff. de vi & vi arma.

¶ Contraria verior opinio eſt, quòd nō requiratur probare, quòd quis tempore ſpoliationis poſſederit, ſed ſatis ſit probare, quòd aliquando poſſederit:

4 quo probato præſumatur † continuatio poſſeſsionis vſq; ad ſpoliationem, donec probetur contrarium. Quia conſtat nos poſsidere, donec aut noſtra voluntate diſceſſerimus, aut vi deiecti fuerimus. Ergo qui dicit nos noſtra voluntate diſceſsiſſe, aut vi deiectos eſſe, probet hoc l. ij. ff. de probatio. Si enim dico, quòd nūquam habui animum amittendi poſſeſsionem, magis credendum eſt mihi quàm alii, ex quo de animo meo quæritur. Argu. c. Significaſti, el. j. infrà de homicid. & hæc eſt opinio Placen. & Hugo. vt habetur in glo. d. l. Siue poſsidetis, in verbo, Conſtituti, quam ſequuntur Ioan. Andr. & Hoſtien. hic. & probatur hæc opinio per text. in l. Non ignorabit. C. Ad exhibendum, & in l. Si creditor. C. de pignor. actio. & illam opinionem approbat quoq; Panor. hic. Addit tamen, cautum eſſe, & tutius, vt probetur expreſsè poſſeſsio tēpore ſpoliationis, & ideò dicit quòd in terminis cap. noſtri fuit ad cautelam articulatum, & probatum de poſſeſsione tempore ſpoliationis. Et ita quoq; intelligi poteſt deciſio Innocen. ſuprà allegata. Nec videntur huic opinioni obſtare iura pro prima opinione adducta, vt c. Conſultationibus, de offic. deleg. & l. j. §. Interdictum. ff. de vi & vi armata. Et deciſiones Innocen. quæ videntur velle, quòd in interdictis reſtitutoriis requiratur probatio poſſeſsionis tempore ſpoliationis &c. Quia hoc verum eſt verè vel præſumptiuè. Licet enim verè non probetur, tamen ſi probatur quòd aliquando poſſederit, præſumitur quòd adhuc poſsideat. Quæ

5 † præſumptio transfert onus probandi

in ad

in aduerſarium,vt ſcilicet probet quòd non poſſederit.d.l.Siue poſsidetis. Nec etiam obſtat text.noſter hic, in verbo, Vltimo,quia tantùm narrat,quid actores ad maiorem cautelam probauerint, non autem decidit, quòd de neceſsitate fieri debeat,ſicuti etiã in deciſione nulla fit mentio iſtius verbi, Vltimo &c. ſed tantùm refert ſufficienter oſtẽſum fuiſſe,quòd in trium Epiſcoporum electionibus præſentes affuerint &c. nec repetit verbum,Vltimo.

¶In hac quæſtione Doctores variè diſtinxerunt, vt Bar.Bal.Paul.de Caſt.& alii in d.l.Siue poſsidetis.Anto.de But. in d.c.Cùm ad ſedem. Quem refert & ſequitur Panor.hic.

¶Tu autem in hac quæſtione hoc modo diſtingue: Aut loquimur de poſſeſsione illius, qui defunctus eſt, Aut verò de poſſeſsione viuentis.

6 ¶Primo caſu dic: Aut loquimur † de poſſeſsione defuncti,quo ad ipſius perſonam. Aut verò de poſſeſsione defuncti,quo ad ipſius hęredes,an ſit ad ipſos tranſmiſſa, necne. Primo caſu dic: Si probatum eſt defunctũ aliquando poſſediſſe, & præſumitur, quòd in poſſeſſione manſerit, vſq; ad tempus mortis, ſiue ipſius hæredes negent,ſiue afferãt. Nam cùm poſſeſsio retineatur animo. l.Poſsideri.§.In amittenda.ff.de acquirenda vel amittẽda poſſeiſione. Et hæredis non eſt declarare animum defuncti, vt notat Bar.in l.Item Pomponius. §.Si plures.ff.de rei vendicatio.& in l. Inter ſtipulantem.§.Si Stichum.ff.de verborum obligationibus. Neq; etiam mutatio voluntatis tanquam accidens quoddam præſumitur, multò minus præſumitur quis iactare ſuum, vel habere rem ſuam pro derelicto ſola voluntate, niſi probetur factum eſſe. cap. Super hoc, ſuprà de renunciatione,capit.finali, infrà de ſolutionibus.Quare hæredes negantes defunctum poſſediſſe, tenentur hoc probare, ſi modò probatum eſt, quòd defunctus aliquando poſſedit. Si verò de poſſeſsione defuncti, quod ad hæredum perſonas attinet, loquimur, & ſic vtrum poſſeſsio defuncti in hæredes continuata præ-

7 ſumatur,& dic,†quòd non præſumitur continuatio poſſeſsionis. Imò hæredes interdictum Vnde vi, inſtituentes, & poſſeiſionem allegantes, tenentur probare, quòd ipſi patre vel teſtatore mortuo,poſſeſsionem actualiter apprehenderint,per textum expreſſum in l.cùm hæredes,in principio. & l.Qui vniuerſas.§.Quod per colonum.ff.de acquirenda vel amittenda poſſeſsione. licet ſecus ſit in dominio, quia hoc præſumitur continuatum à defuncto in hæredes.d.l.Siue poſsidetis, & notatur in d.l.Cùm hæredes.

8 ¶Secundo caſu,quando † loquimur de poſſeſsione viuentis,& dic: Aut ſumus in terminis, quòd quis allegat & fatetur poſſeſsionem, ad commodum ſuum, vt quia inſtituit interdictum Vnde vi, & petit reſtitutionem. Aut verò ſumus in terminis,vbi quis negat poſſeſsionem quoque ad commodum ſuum, vtputa, quòd conuenitur actione reali, vt poſſeſſor, & ipſe negat ſe poſsidere.

¶Si fatetur poſſeſsionem ad commodum ſuum,& dic: Aut probat ſe aliquando poſſediſſe, & tunc ſi probat, quòd infra præſcriptum à legibus tempus poſſedit, vt in re mobili infra triẽnium.In re immobili infra decennium inter præſentes &c. & allegat, ſe tem-

pore ſpoliationis quoque poſsidere, licet hoc non probet,& præſumitur poſſeſsio continuata. & in hoc caſu intelligi poteſt prima opinio.

¶ Si verò probo poſſeſsionem ante tempus præſcriptum,& ſic in re mobili ante triennium, in re immobili decennium inter præſentes &c. Nec probo quòd infra triennium & decennium poſſederim, tunc videor poſſeſsionem ob meam negligentiam perdidiſſe. Nec ſatis eſt allegare poſſeſsionem tempore ſpoliationis. Ita decidit Speculator, in titulo de actione & petitione. §. Sequitur. verſic. Dixit quòd ſi res eſt: & ſic poteſt intelligi gloſſ. in dicta. l. Siue poſsideris, in verbo, Conſtituti, in fine, & Salicet.

¶ Si verò negat quis ſe poſsidere rem, & dic: Aut negans habet cauſam poſſeſsionis ab eo, qui dicit eum poſsidere,& præſumitur poſsidere, donec probetur, quòd non poſsideat. Et in hoc caſu propriè loquitur textus, in dicta. l. 1. Si creditor. C. de pignoratitia actione.

¶ Aut negans non habet cauſam ab eo, qui dicit eum poſsidere, & dic: Aut probatur quòd tempore litis conteſtationis poſſederit, & adhuc præſumitur poſsidere, vel dolo deſiiſſe poſsidere. & in hoc caſu loquitur text. in dicta l. Non ignorabit, iuncta glo. ibi in verbo, Fuiſſe. C. Ad exhibend.

¶ Si verò non probatur, quòd tempore litis conteſtationis poſſederit, & tunc contra negantem nō præſumitur, quòd poſsideat, propterea alleganti poſſeſsionem incumbit probatio, quia de animo meo in poſsidendo ſolùm mihi creditur. dicto cap. Significaſti, de homicidis. Panormitanus, tamen in dicto capit. Cùm ad ſedem, de reſtitutione ſpoliatorum, dicit hoc vltimum procedere in re immobili, non autem in re mobili, ſaltem ratione detectionis, quia res mobilis poſsit occultari. Quare poſſeſsio ſemel probata, etiam ante litem conteſtatam præſumatur continuata. Vide Panormita. ibi & Doctor. in dicta. l. Siue poſsidetis.

¶ Nunc examinabimus ſecundam partem iſtius glo. quæ ſcilicet tractat quo-
9 modo poſſeſsio † quo ad effectum præſcriptionis, probari debeat.

¶ Pro intellectu iſtius glo. dic, quòd in probatione præſcriptionis requiruntur tria tempora. Initium præſcriptionis, finis, & medium tempus.

¶ Quod ad primum tempus attinet, non eſt opus multa diſputare, quia in hoc omnes conueniunt, quòd initium præſcriptionis probandum eſt, hoc eſt, qui vult probare præſcriptionem longi temporis, debet probare de neceſsitate, quòd ante decem annos poſſederit, & ſic præſcriptionem inchoauerit, & hoc non habet dubium.

¶ Sed an finis præſcriptionis eodem modo de neceſsitate ſit probandus, hoc eſt, quòd is qui probat ſe poſſediſſe ante annos decem, & vltrà, quoque debeat probare, quòd poſt lapſum decennii, & ſic in ipſo fine præſcriptionis adhuc poſſederit, An verò præſumatur finis, ſi allegetur probato initio.

¶ In hac quæſtione ſunt opiniones. Vna eſt gloſſ. noſtræ hic, quæ ſimpliciter decidit, quòd non ſufficiat probare initium, ſed quoque finem præſcriptionis, & probat hoc primò per textum noſtrum hic, in verbo, Vltimo.

Secun

¶Secundo probat per Regulam, quæ habet, quòd in huiuſmodi actibus vltima tempora ſpectanda ſunt.l.Si mater. C.Ne de ſtatu defunctor. Imò vltimis temporibus probatis præſumuntur priora, ſi modò allegentur.l.Quicunque. C.de Apochis publicis. libro decimo. & eſt textus in l.In vſucapione, in principio, ff.de diuerſis,& temporalib.præſcrip.qui dicit de poſſeſſione nouiſsimi diei, & hoc tenet gloſſ.in cap.Volumus, decimaſexta quæſtione quarta. Dicit enim in probatione præſcriptionis, Sufficit probare, quòd à principio poſſedit,& in fine,& quandoque in medio, per dicta.l.Si mater. Idem tenet Baldus,in l.Teſtium,in vltima columna.C.de teſtibus.Petrus de Ancharano,in cap.primo,de præſcript. longis temporis.xxx.vel.xl.annorum. in vj. Speculat.in titul.de probationibus. §.Probare. verſicu. Sed quæritur qualiter probari.

¶Contrarium tenet Bartol.in dicta.l. Celſus. verſicu. Quando dicitur. ff.de vſucapionibus. Vbi expreſſe dicit ſecundum Modernos: Non eſt neceſſarium probare finem præſcriptionis, Quia qui ſemel poſsidet, quum de ſuo commodo tractatur, ſi aſſerit ſe poſsidere,ſemper præſumitur poſsidere,niſi probetur contrarium.dicta l.Siue poſſidetis, cum ibi notatis.C.de probationibus.Cyn.in l.Super longi.C.de præſcript.longi temporis. xxx. vel xl.annor. Idem tenet Panor.hic.

¶Quod verò attinet ad tempus medium, ſcilicet inter initium & finem, videtur quòd hoc quoque probari debeat, per text.in dicta.l.In vſucapione. §.Acceſsio.verſicu. Sed ſi medius. Sed is text.nihil facit ad propoſitum.Dicit enim tantùm, quæ poſſeſsio requiratur, non autem dicit, quæ probari debeat.

¶Tu in hac quæſtione tota dic breuibus.

¶Aut Reus fundat ſe ſuper præſcri-
10 ptione,vtputa,†quia conuentus eſt rei vendicatione,& ipſe opponit exceptionem præſcriptionis, & ſatis eſt probare initium. Nam eo ipſo quòd Actor inſtituit Actioné realem, fatetur eum poſsidere tempore petitionis, & ſic in fine præſcriptionis. Eſt enim poſſeſsio à parte rei medium concludendi in actionibus realibus. §. Omnium autem,in fi.cum ſimilibus.Inſtit.de actio. & in hoc caſu poteſt intelligi ſecunda opinio, ſuprà relata.

Aut Actor fundat ſe ſuper præſcriptione, vt quia poſt completam præſcriptionem amiſit rem, quam iterum petit, & præſcriptionem probare vult, & dic.

11 Aut fundat † ſe ſuper præſcriptione longi temporis, vt decem annorũ &c. & tenetur probare initium & finẽ præſcriptionis, quum ex ipſius petitione conſtet, quòd tempore ablati libelli non poſsideat, ſed his duobus extremis probatis præſumitur continuatio, donec probetur interruptio.Et in hoc caſu intelligi poſſunt iura pro prima opinione adducta.

Aut Actor fundat ſe ſuper poſſeſsione longiſsimi temporis,vt xxx.vel xl. annor.Et non ſatis eſt probare initium & finem,ſed tenetur probare de poſſeſſione primorum.x.xx.xxx.& xl.annorum,& ſic ſemper decem ad alios decẽ. Quia poſſeſsio ciuilis quæ retinetur,& ſola ſufficit ad præſcriptiones, præſumitur durare vſque ad decem annos,&

non vltra, niſi appareat de naturali
poſſeſsione in fine præſcriptionis, tum
præſumitur medium.l.Furtũ.§.fin.&
quæ ibi notantur.ff.de vſucap. Vide
Bart.& addit.ibi in.d.l.Celſus.

¶ Glo.in verbo, Vocémque dediſſe, mo
uet quæſtionẽ, quia in terminis.c.no-
ſtri, Clerici conuentuales, præſcriptio
nem iuris eligendi probare volentes,
in articulis probatoriis poſuerũt duo
copulatiuè, quæ probare volebant. Pri
mum, quod electionibus interfuerint.
Secundũ. ꝙ vocem in eligendo habue-
rint. Quæritur ergo, an fuerit neceſſa-
rium vtrumque probare, vel an ſatis
ad probandam quaſi poſſeſsionẽ iuris
eligendi, ꝙ electionibus interfuerint.
Gl.decidit, nihil prodeſſe quo ad qua-
ſi poſſeſsionem, ſi tantũ probaſſent ſe
interfuiſſe, ſed de neceſsitate proban-
dum, ꝙ etiam in electione vocem ha-
12 buerint, Nã regula eſt, ꝙ omnis proba
tio debet eſſe neceſſario, & non de cõ-
tingenti, nec etiã probat hoc eſſe, ꝙ
ab hoc contingit, abeſſe.l.Neque nata
les.l.Ad probationem dominii. l. Ad
probationem ſeruitutis, cũ ibi notatis.
C.de proba. Sed ſi probatur tantum in
tereſſentia. vt ſi dicam, non ſequitur
neceſſariò, ꝙ propterea in quaſi poſ-
ſeſsione iuris eligẽdi fuerint. Imo poſ
ſunt multi caſus enumerari, propter
quos electioni intereſſe potuerint, &
tamen in quaſi poſſeſsione iuris eligẽ-
di non fuerint.

13 ¶ Primus eſt, † ꝙ intereſſe potuerint
cauſa conſilii dandi, quum debeat ad-
beat adhiberi vt conſiliarii: Inde tamẽ
non ſequitur, ꝙ potuiſſent eligere vel
ꝙ eligentes ipſorum conſilia ſequi de
buiſſent.c. Obeuntibus.lxiij. diſtin.c.
Cum olim.ſ.de arbit.l.Quidam dece-
dens.§.Papinianus.ff.de adminiſtrat.
tuto.

¶ Secundò potuiſſent ineſſe vt ſcruta-
tores voluntatũ eorum qui elegerunt,
Inde autem nõ ſequitur, ꝙ ipſi habuiſ
ſent ius eligendi.c. Cumana.ſ.de ele-
ctioni.

¶ Tertiò potuiſſent inuitati eſſe ab eli
gentibus.c, Cum Hadrianus.lxiij.diſt,
Quare non fuiſſet ſatis probare quòd
aliquoties electioni interfuerint, ſed
requirebatur probatio talium actuũ,
ex quibus de neceſsitate potuit ſequi
quaſi poſſeſsio iuris eligendi. vt ꝙ vo-
14 cem dederint in electione. Nam † cũ
non ſufficiat probare, ꝙ quis ſit in vſu
alicuius rei, ſed requiritur, vt probet
ſe ea intentione vti, ꝙ velit ſibi ius ac
quirere.l. vltima.ff.de itine.actuque
priua.l.fi.ff.Quemad.ſerui.amit. Et ſi
illam intentionem non probat, vel du
bium eſt, qua intentione vſus ſit, præ-
ſumatur ipſum eo animo non vſum
eſſe, ꝙ voluiſſet Ius ſibi acquirere. Ar-
gu.c. Presbyteri.xxiiij.diſt.c. Pontifi-
ces.vij.q.j. Et illi in quorum bonis vel
Iuribus qui ius incorporale acquirere
vult, non præſumuntur res ſuas ita ia-
ctare.l.Cũ de indebito.ff.de probatio.
Nec etiam ſatis eſt ad probationẽ poſ-
ſeſsionis vel quaſi probare, ꝙ quis ex
poſſeſsione electus ſit.l.j.§. Vim.vi.ff.
de vi & vi arma.c.Olim.ĩ.de reſt.ſpo.
15 Aliud † enim eſt poſsidere, & aliud in
poſſeſsione eſſe.l.Si quis ante.ff.de ac
quiren.poſſeſsio. Quare concludit gl.
ꝙ in probatione quaſi poſſeſsionis re-
quiratur probatio talis actus, ex quo
neceſſariò ſequitur quaſi poſſeſsio,
& quod illa quaſi poſſeſsione vſus ſit
ea intentione, ꝙ voluiſſet ſibi ius ac-
quirere.

¶ Tu

¶ Tu omiſsis ſuperfluis dic breuibus ꝙ in acquiſitione quaſi poſſeſsionis
16 iuris † incorporalis in rebus ſine iuribus alterius requiruntur tria.

¶ Primum eſt exercitium taliũ actuũ, ex quibus de neceſsitate colligi poteſt quaſi poſſeſsio.

¶ Secundum eſt, ꝙ illud exercitiũ fiat intentione, quod vtens velit ſibi per illud exercitium ius acquirere.

¶ Tertium eſt ſcientia & patientia aduerſarii.

¶ Quod nunc ad primum attinet: dic: ꝙ quædam ſunt, quæ nõ conceduntur ratione amicitiæ, Quædam verò ſunt quæ conceduntur per viam amicitiæ. Ratione amicitiæ non ſolent concedi: Ius tigni immittẽdi, Ius ſtilicidii, Ius aquæ ducendæ, Item ꝙ quis habeat vocem in electione. Item ꝙ habeat officiũ in vniuerſitate, ſicuti alius de vniuerſitate &c. Et in iſtis rebus, quæ
17 ratione † amicitiæ non conceduntur, acquiritur quaſi poſſeſsio per vnicũ actum vt ſi quis probat ſe ſemel in electione vocem habuiſſe probata eſt quaſi poſſeſsio iuris eligendi. Non enim eſt conſuetum, quod illa permittantur ei qui non habet ius hoc faciendi lege prima. §. Quod autem. ſcriptum eſt. ff. de aqua quotidianam. & æſtiua. l. Seruitutes, in princi. ff. de ſeruitu. vrba. prædi. Bart. in. l. Sicut. §. Si quæratur ff. Si ſeruitus vendi. Idem Bar. in. l. j. §. Interdicto, ff. de iti. actuq; priua. vbi dicit, Si vniuerſitas patereť te eſſe de prioribus, vel te ſemel proponere in conſilio tanquam conſiliarium, ex vnico actu illius iuris iudicetur quaſi poſſeſsio.

¶ Idem decidunt Inn. & Pan. hic, & gl. in verbo. Trium.

¶ Quæ verò ratione amicitiæ concedũtur, ſubdiuiduntur. Quædam concedũtur quidẽ, ſed non facilè, Quædã verò facilè conceduntur.

¶ Non facilè conceduntur ire, agere per fundum alienum, aucupari, venari, paſcere, ſecare ligna in fundo alieno, intereſſe electioni, non tamen habere vocem &c. l. Diuus, cum ſimilibus. ff. de ſerui. ruſti. præd. & tunc, ad acquirendam quaſi poſſeſsionem non ſuffi-
18 cit vnicus actus †, ſed requiritur, ꝙ non minus quàm triginta vicibus illo anno vſus ſit.

¶ Ita ꝙ veriſimile ſit vtentem fuiſſe vſum vt pro iure ſuo, & dominũ fuiſſe paſſum. d. l. j. §. Hoc interdicto. & ibi Bar. ff. de itine. actuque priua. vbi dicit Bart. Si commune ciuitatis pateretur te eſſe in conſilio, non ex hoc tamẽ es in poſſeſsione illius iuris, niſi ex frequentia actuum, vt triginta &c. Idem decidunt Innocen. & Panormitanus hic.

¶ Quæ verò ratione amicitiæ facilimè conceduntur, multiplicia ſunt, vt aliquem excipere hoſpitio. Item vti alicuius molendino. Item alicuius artificis opera vti. Item in certa taberna emere potum &c. Et in his caſibus etiam ſi probentur infiniti actus, tamen nõ eſt probata quaſi poſſeſsio, Et ideo dicit Innocẽ. hic & in, c. Bonæ, el. ij. §. de poſtu. præ. quem refert & ſequitur Panor. hic, Quod ſi vnus Epiſcopus in domo alterius Epiſcopi, vel miles in domo alterius militis hoſpitaretur, multis vicibus non præſumeretur quæſita quæſtio. poſſeſsio prandendi vel hoſpitandi. Quia non creditur quod ille, qui hoſpitem recipit patiať eũ prandere vel hoſpitium

tium recipere, tanquam vtentem iure ſuo niſi expreſsè probet, quòd tanquam ex debito petat, vel niſi ſubſiſtit præſumptio, puta quod talis fuiſſet, qui conſueuerat hoc exigere ex debito iuris communis vel conſuetudinis, vt puta. Epiſcopus vel viſitando recipiebatur in domo ſubditi &c.c. Cū ex officii, cum ſimilibus. j. de electi. Poteſt tamen in huiuſmodi caſibus quoque acquiri quaſi poſſeſsio, ſi ſcilicet prohibitio à parte illius, qui vult acquirere, interuenit. Vt ſi molitor prohibuerit hoſpites ſuos ire ad aliud molendinum, & ipſe acquieuerint prohibitioni, per triginta actus iſtiuſmodi acquiritur quaſi poſſeſsio iuris prohibēdi &c. & ſic de ſimilibus. Ita decidit Dn. Iaſ. in. l. Quo minus.. ver. Secundò confirmatur. ff. de flumi. Panormita. in capitu. fina. in fin. de reſtitut. ſpoliato. Idem dic de ſeruitute altius non tollendi. Nam licet vicini domus vltra memoriam hominum ſteterit deprehenſa, mihi per hoc non eſt quæſita quaſi poſſeſsio, ꝙ prohibere non poſſem ne altius tollat. Si autem voluerit altius tollere, & à me triginta vicibus prohibitus ne tollat, acquieuit prohibitioni, acquiſita eſt mihi quaſi poſſeſsio prohibendi, quia hoc caſu præſcriptio procedit, per textum in. l. Qui luminibus in princip. iuncta gloſſ. in verbo, Formam. ff. de ſeruit. vrba. præd. Bald. & alii in. l. prima. C. de ſeruit. & aqua. Barto. in. l. Si priús, in. vij. oppo. ff. noui operis nuncia. Specu. in tit. de cauſa poſſeſsio. & proprie. §. Nunc dicendum, verſicu. Sed pone. Barto. in dicta. l. Sicut. §. Sed ſi quæratur. ff. Si ſeruitus vendi. Secundum requiſitum eſt in acquiſitione quaſi poſſeſsionis iuris incorporalis, ꝙ ſi quis exerceret actus ea intentione, ꝙ vellit ſibi per illud exercitium ius acquirere. In hoc membro primum notabis, hoc non requiri, quando quis intentat interdictum, Vnde vi, pro recuperanda quaſi poſſeſsione, quia ſatis eſt probare vſum vel exercitium, tum enim reſtitutio ſequitur. Sicuti quilibet prædo reſtituendus eſt, etiam ſi nō probet illam intētionem, de qua ſupra c. in Literis, infr. de reſtitu. ſpoliato. Et ita decidit Inno. in. c. Bonę. de poſt. præla. Inno. Ioan. de Imo. & Panor. hic Sed in interdictis, quæ competunt ad quaſi poſſeſsionem acquirendam vel tuendam, qualia ſunt. de itinere actuque priuato, De aqua quoti. & æſtiua. Vti poſsidetis &c. Et requiritur quòd quis ea intentione vtatur, ꝙ velit ſibi ius acquirere. Iem in cauſanda pręſcriptione, Et huc pertinet text. in. l. fina. ff. quemadmo. ſeruitu. amit. & . l. finali. ff. de itine. actuque priuat. Et hoc non habet dubitationem. Sed nunc dubitatur, an illa intentio, ſcilicet quod quis

19 ſit † eo animo, quòd velit ſibi ius acquirere, probari debeat. An verò ſatis ſit probare vſum, & ꝙ poſtea hæc intentio præſumatur.

¶ Glo. in dicta. l. prima. j. Hoc interdicto, in verbo, Vſus, dicit, quod illa intentio debeat probari, (de hac nulla in vtroque iure videre poteri & allegat aliquot modos, quibus probari poſſit, quos vide. Sed Bar. ibi reprehendit glo. & per optimas & concludentes rationes. Et concludit ipſe, ꝙ vtens debeat aliquid probare, propter quod ipſe motus ſit ad credendum, ſibi ſeruitutem competere. l. j. §. Caput aquæ. ver. Sed & ſi iure. ff. de aqua quotid. &

& æſtiua. Vnde putat ipſe, ꝙ ſi erat de hac fama, licitè poſſit credere. Argu. l. iij. & quæ ibi not. C. de probat. Idem fortè dicit, ſi erant ibi ſigna viæ, vel itineris, vel aquæ, vel alia veriſimilia, quæ poſſunt animum adducere ad iſtã credulitatem, Quod autem ſit vſus iure ſeruitutis, probabitur ex actibus. Sunt enim quidam actus, quos facere non poſſum, niſi ſeruitus mihi competeret, vt præcidere ſepem cauſa eundi per fundum, & ſimilia. Idem decid. Innoc. in c. Bonæ. Ioan. de Imo. & Panor. hic. Bald. in l. prima. C. de ſeru. & aqua.

¶ Tu in hac quæſtione dic breuibus: Aut loquimur de actibus: qui nullo modo conceduntur per viam amicitiæ, & tunc, probato vnico actu, cum patientia aduerſarii præſumitur quòd ſit factus ea intentione, ꝙ vtens velit ſibi acquirere ius. Quando verò loquimur de actibus quæ conceduntur per viam amicitiæ. & procedunt ea, quæ ſuprà ex Bart. & Inno. relata ſunt. Et ita decidunt in effectu Innocent. Ioan. de Imo. & Panor. hic. Innocen. in d. c. Bonæ. Bald. in dicta. l. prima. C. de ſeruit. & aqua.

¶ Tertium requiſitum in acquiſitione quaſi poſſeſsionis eſt ſcientia & patiẽtia illius, contra quem quaſi poſſeſsio acquiritur. Et eſt ratio, quod in iſtis
30 incorporalibus † ſcientia & patientia aduerſarii habetur loco traditionis, per textum in. l. ij. & quæ notant
31 ibi docto. C. de ſerui. & aqua. An † autem ſcientia domini præſumatur, Iudex arbitrari poteſt ex multiplicatione actuum, & qualitate ipſorum & aliis circũſtantiis, de quibus per Innocen. in dicto capitulo. Bonæ. & c. Ratio, quem alii referunt & ſequuntur. Et per hoc ſit explicata gloſſ. in verbo, Vocem que habuiſſe, & in verbo Trium Epiſcoporum. De patientia tamen illius, contra quem præſcribitur dicemus infrà latius in gloſſ. in verbo, Breuitatem.

¶ Glo. in verbo, Vacillaſſe, quærit an obſit producenti, ſi teſtes producti in ipſorum dictis varii fuerint, & diſtinguit breuibus. Si ſunt varii re & verbis, & nocet, per iura in principio. gloſſ. allegata. Si verbis, non autem re: & nocet per iura in fine allegata.

¶ Pro intellectu glo. in verbo, Negati
22 uam, dic † negatiuam eſſe triplicem: Iuris, qualitatis, & facti.

23 ¶ Negatiua iuris eſt, quando negatur aliquid iure factum eſſe, & ſic ſolennitates Iuris abfuiſſe, vt in actibus iudicialibus, vltimis voluntatibus, & contractibus, & illa eſt probabilis. c. Sicut, cum ibi not. j. de ſenten, & re iudicata. c. In præſentia. ſ. de renunt. l. Iuriſgentium. §. Quod ferè. ff. de pact. l. Cũ de indebito. §. fina. ff. de probatio. c. Si cautio. j. de fide inſtrumen. l. Ab ea parte. ff. de probatio. Licet ſecus ſit in re pupilli vendita, ibi allegans ſolennitatem eam probat, non negans negatiuam. l. Quæcunque. §. Qui à pupillo. ff. de publici. Et de hac negatiua non loquitur tex. nec glo. hic.

24 ¶ Negatiua qualitatis eſt †, quando negatur aliqua qualitas. Vt quando negatur quem eſſe legitimè natum, vel aliquam non eſſe virginem, vel quem non eſſe ſoluendo, & hæc qualitas quoque probabilis, & probanda eſt per eum qui negat. capitulo. Vnico, ſupra de ſcrutinio,

in ord.facien.cap.ſi.infra de præſcript. Et de hac quoque non loquitur tex.noſter,nec glo.

25 ¶ Negatiua† facti eſt, quando negatur aliquid factum eſſe, Vt quia negatur quòd Titius occiderit Sempronium, vel quod Geta contraxerit cum Menio. Et de hac loquitur tex.noſter,& gl. Quia Canonici Cathedrales volebant probare,quod conuentuales nunquam fuerint in Electione Epiſcoporum &c. Quod propriè eſt negatiua facti. Et hæc interdum eſt probabilis,interdum verò non probabilis. Probabilis eſt in duobus caſibus. Primum quando eſt coarctata certo loco & tempore. Secundo, quando habet implicitam affirmatiuam. Coarctata autem eſt certo loco & tempore,quando quis negat ſe Titiū interfeciſſe, vel cum Geta contraxiſſe illo vel illo die & loco, & probat quod illo die alibi fuerit, quam vbi Titius occiſus eſt &c.l.Optimam.§.fin. C.de contrahen. ſtipula. §. Item verborum, Inſti.de inutilibus ſtipula. Implicitam affirmatiuam habet,vt ſi quis dicit: nō ſpontè renunciaui, implicat per hoc quod coactus renūciauerit. Igitur hæc affirmatiua, ſcilicet coactio per teſtes probari poteſt. c. Super hoc, ſuprà de renunciatio. Improbabilis eſt, quando eſt mera, & ſimpliciter negatiua facti, ſine temporis & loci determinatione, nec etiam habens affirmatiuam implicitam. Et hæc improbabilis per teſtes vt eum dicit ſimpliciter: nō occidi Sempronium.cap.Bonæ memoriæ.cum ibi nota.ſupra de electio.d.cap. Super hoc de renuncia. Poſitio tamen negatiuæ ſimplicis admittitur ad eum finem, vt Reus reſpondeat per verbum, credit vel non credit.cap.primo infra. de confeſ.in vj. Nunc ad propoſitum, text.hic in deciſione inter cætera narrat illam rationem decidendi, quod Canonici Eccleſiæ Cathedralis voluiſſent probare talem negatiuam, quod ad ipſos tantum ſpectaret ius eligendi, & quod ad conuentuales minimè pertineret. Quod glo.hic in verbo. Negatiuam, intelligit, quod negatiua non potuiſſet probari, allegat ad hoc dicto c. Bonæ. & d.c.Super hoc. Sed gloſ.in hoc errat, primum ideo quia hæc negatiua habet implicitam affirmatiuam,ſcilicet quod ad ipſos tantum pertineat ius eligendi. Secundò eſt coarctata loco & tempore,quia conſtare potuit, quo loco & quo tempore electiones priorum Epiſcoporum factæ eſſent,& potuiſſent teſtes produci,qui negatiuè deponere potuiſſent,ſe electionibus præſentes fuiſſe,& conuentuales non fuiſſent præſentes, quia illis temporibus & locis, non potuiſſent adeſſe, quin ipſos vidiſſent, Quare fuit probabilis, per iura ſuprà allegata. Et glo.malè decidit. Idem voluut Doct.hic.

¶ Gloſſ. in verbo, Quaſi poſſeſsionem

26 †ponit differentiam inter res corporales & in corporales, quod ſcilicet res corporales poſsideantur verè, Res inporales autem tantum quaſi poſsideantur,per iura hic in glo.allegata. Et poſtea opponit glo.contra text. Dicitur hic quod Clerici conuentuales ſint reſtituendi in quaſi poſſeſsionem iuris eligendi,ſed contra videtur,quod talis reſtitutio in incorporalibus non habeat locum,per tex.in c.Redintegranda.iij. q.j. Et quod interdictum, Vnde vi, non detur ad reſtitutionem rerum incorporalium, per text. in lege prima. §.Hoc interdictum, & gloſſ. in lege tertia. §. Vnde

Vnde vi, in verbo, Fructuario. ff. de vi & vi armata, Panormit. hic poſt Inno. in cap. Querelam, ſupra de electione, & Barto. in dicta. l. tertia. §. Vnde vi, reſpondet, Licet non detur interdictum directum ex verbis legis† tamen habet locum vtile ex mente legis, vel condictiue ex dicto cap. Querelam, vel cap. noſtro hic. Ita quoque decidit Specul. in tit. de reſti. ſpol. §. Nunc dicemus, & probatur per textum, noſtrum hic, in his verbis: In eam quaſi poſſeſsionem reducentes, quam ante motam controuerſiam habuerant.

¶ Sed contra hoc opponit gloſſ. hic, in verbo, Reducentes: Eſto quod ſententia ſit lata de reſtitu. quaſi poſſeſsionis Iuris eligendi, tamen talis reſtitutio eſſet tantum Realis, & ſine aliquo effectu, quia in vna eademq; ſententia pronunciatum eſt ſuper poſſeſsione & proprietate. In poſſeſſorio eſt lata ſententia pro conuentualibus, quod ſint reſtituendi. In petitorio imponitur eis ſilentium ſuper electionibus faciendis, & ſic per primam partem ſententiæ reſtituuntur, per ſecundam eiiciuntur, quare videtur, quod etiam nulla ſit reſtitutio, quia non intelligitur in poſſeſſione eſſe, qui ſtatim eiicitur, ſecundum Bald. hic, & probatur hoc per text. in l. Qui ſic ſoluit. ff. de ſolutio. & gloſſ. hic videtur in hoc reſidere, dum dicit: Verbo fuit facta reſtitutio, & non re. quaſi dicat, quod ratione proprietatis, quæ abſorbet poſſeſsionem, hæc reſtitutio non habet effectum. & facit ad hoc cap. Cum ſuper, infr. eo.

¶ Sed contra hunc intellectum opponit Panormit. hic, hoc modo: Verba ſententiæ debent aliquid operari, nec lex debet eſſe impoſita verbis, ſed rebus, cum aliquo effectu. c. Commiſſa. §. Porrò, infr. de electio. in vj. l. Vltima. §. Vbi autem puerilis. C. de bonis quæ libe. cũ ſimilibus. Hoſtienſis, Ioan. Andr. & quidam alii reſpondent ad iſtam obiectionem, quod imò facta fuit realis reſtitutio cum effectu, quia caſſata eſt electio conuentualibus renitentibus & excluſis facta, vt hic patet in verbo, Decreuimus irritandam.

¶ Sed Cald. & quidam alii contra hoc opponunt, Quòd imò reſtitutio nõ eſt facta propter caſſationem, quia primũ pronunciatum eſt ſuper caſſatione, & poſtea ſuper reſtitutione, & ſic reſtitutio non operatur caſſationem, Imò quęlibet electio aliquibus excluſis & contemptis, facta venit caſſanda ſine aliqua reſtitutione. c. Quod ſicut. & cap. Venerabilem, ſupra de electione. Hæc quidem vera ſunt, ſecundum Panormitanum, ſed non remouent contrarium.

¶ Ioan. de Imo. hic dicit, Ratio, quod Iudex ſpoliato adiudicat reſtitutionem, non obſtante quod in cauſa proprietatis imponit ſilentium, hæc eſt, quod Iudex coactus eſt pronunciare ſuper omnibus ſuper quibus lis coram eo eſt cõteſtata. l. De qua re. ff. de iud. dicto cap. Cum ſuper infra. eo. Sed in terminis cap. noſtri lis erat conteſtata ſuper poſſeſsione & proprietate. Ergo ſup vtroque debeat pronunciare, Et dicit quod tamen hoc caſu ſententia ſuper poſſeſſorio habeat duos effectus. Primum, propter expenſas litis, in quas ſpoliator potuit condemnari. Secundò, propter fructus, qui debeantur ſpoliato tempore ſpoliationis &c.

¶ Sed hi duo effectus quoque impugnãtur per Doctor. quia Canonici hic non

ſunt condemnati in expenſas ſicuti nec condemnari potuerunt, quia licet in poſſeſſorio ſuccubuerint, tamen in petitorio viciſsim obtinuerunt.

¶ Deinde quod ad fructus attinet, idem dicitur, quia nec naturales, nec induſtriales hoc caſu potuerunt eis adiudicari. Naturales ideo non, quia ſi tales extant, vendicantur per dominum, etiamſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit lege Fructus. ff. de vſuris lege Bonæ fidei, tunc. gloſſ. ibi in verbo, Penè. ff. de acquirendo rerum dominio. Induſtriales non ideo, quia ſi extant petuntur per dominum Iudicis officio. lege Certum. §. Bonæ fidei. C. de rei vendicat. Vide gloſſ. & Doctor. in lege Ex diuerſo. ff. de rei vendicatio. Cùm ergo iſte olim poſſeſſor teneatur eos reſtituere, ſequitur quod cum effectu non poteſt petere, quia obſtat ſibi exceptio, dolo facis capitulo, Dolo facit, infra de regulis iuris in vj. quia petis quod reſtituturus es &c. Et maximè cum notoriè conſtet nunc de proprietate alterius partis.

¶ Tu in hac quæſtione dic breuibus, 29 quod effectus † ſententiæ in iudicio poſſeſſorio pro reſtitutione latæ, is eſt, quod ſpoliatus recuperat poſſeſsionem rei ſpoliatæ vna cum fructibus, per textus in capitulo Conquerente, & cap. Grauis infra de reſtitutio. ſpolia. Quando ergo nunc quæritur, quid proſit reſtituto hæc reſtitutio, dic: Aut reſtitutus ab initio inſtituit contra ſpoliatorem poſſeſſorium tantum, Aut verò inſtituit poſſeſſorium & petitorium ſimul. Primo caſu dic, quod reſtitutus retinet rem reſtitutam cum fructibus donec dominus proprietatis in iudicio petitorio contra ipſum obtinuerit, tum res ipſa ſimpliciter adiudicatur Domino, per textum noſtrum hic, in fine.

¶ Quod verò attinet ad fructus, ſeruatur diſtinctio, de qua ſupra, ſcilicet an bonæ vel malæ fidei poſſeſſor fuerit reſtitutus, quia ſi fuit malæ fidei poſſeſſor, reſtituit vnà cum re omnes fructus dicta lege Certum. C. de rei vendicatio. Si verò bonæ fidei poſſeſſor fuit reſtitutus, vendicantur naturales, ſi extant dicta lege Fructus, cum ſimilibus, Induſtriales petuntur officio iudicis. d. l. Certum. §. Bonæ fidei.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet reſtitutus inſtituit poſſeſſorium, & petitorium ſimul, & dic: Aut reſtitutus in eadem inſtantia non eſt, reconuentus per dominum proprietatis, Aut verò eſt reconuentus ſuper dominio ſiue proprietate. Primo caſu dic: Aut probauit in poſſeſſorio & petitorio ſimul, & retinet rem cum fructibus iure dominii perpetuò, per textum noſtrum hic, ibi ius eligendi propter breuitatem &c. ſumpto argumento à contrario ſenſu, nec habet dubium. Si verò in petitorio nihil probauit, ſed tantum in poſſeſſorio, & dic, vt ſuprà in primo membro huius diſtinctionis, & probatur hoc quoque per textus hic in. §. Nos igitur.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet reſtitutus per dominum proprietatis eſt reconuentus ſuper dominio in eadem inſtantia, & diſtingue: Aut reſtitutus probauit in poſſeſſorio & petitorio, & retinet rem cum fructibus iure dominii per textum noſtrum hic d. verſi. Ius eligendi &c. ſumpto arg. à cõtrario ſenſu. Aut reſtitutus probauit tantum in poſſeſſorio, Aduerſarius verò reconue-

ņiens

niens probauit in petitorio. Quare in poſſeſſorio reſtitutio ei adiudicata, & in petitorio ſilentium impoſitum. Et talis ſententia ſuper reſtitutione lata nullum habet effectum, niſi circa fructus, ſecundum diſtinctionem proximè, an ſcilicet reſtitutus malæ fidei vel bonæ fidei poſſeſſor fuerit. Si fuit malæ fidei poſſeſſor, ſententia nullum omnino habet effectum, quia tenetur omnes fructus vnà cum re in continenti reſtituere dicta lege Certum. C. de rei vendicatione. Et eſt gloſſ. in dicto capitulo. Cum ſuper, in verbo. Reſtituendum, infra eodem. Quod autem hæc ſententia ſuper reſtitutione lata, nullum poterit habere effectum, imputet ſibi reſtitutus, qui petitorium cum
30 poſſeſſorio ſimul inſtituit. Si enim † nudum poſſeſſorium inſtituiſſet, fuiſſet ſimpliciter reſtitutus, & manſiſſet in poſſeſsione, donec in alia inſtantia dominus proprietatis contra ipſum obtinuiſſet. Qui in eadē inſtantia dominus, nec per viam exceptionis nec actionis auditus fuiſſet. Et quod per viam exceptionis non fuiſſet auditus, probatur: quia aduerſus reſtitutionem petentem non eſt audiendus Reus de proprietate opponens exceptionem, niſi Actore conſentiente, per text. in cap. primo infra de reſtitut. ſpoliato. Quod autem per viam actionis hoc caſu non potuiſſet audiri, probatur, quia obſtitiſſet ei exceptio ſpoliationis dicto capitulo ſecundo ſupra de ordin. cognitio. dicto capitulo primo infra de reſti. ſpoliat. in ſexto. Et ſi ipſe reſtitutus habuiſſet ius pro ſe ad cauſam proprietatis pertinens, vt præſcriptionem, vel ſimile quiddam, potuiſſet domino in alia inſtantia ſuper proprietate agenti, per viam exceptionis opponere, & actionem elidere. l. Si quidem, cum ſimilibus. C. de exceptio. Quia autem hoc non fecit, ſed accumulando petitorium & poſſeſſorium, & non probando petitoriū, ſibiipſi præiudicauit, ideo quia aduerſarius petitorium probauit, ſibi
31 imputet, quia iudicem oportebat † cognoſcere ſuper his, ſuper quibus lis coram eo fuit conteſtata dicta lege De qua re. ff. de iudic. Siue nunc hæc pronunciatio ſuper reſtituto habeat effectum, ſiue non, nihil refert, Iudex fecit ſuum officium, & reſtitutus præbuit occaſionem accumulando, & non probando, quod eſt & manet reſtitutio verbalis, niſi reſtitutus fuerit poſſeſſor bonæ fidei, tum habet quidem effectum de fructibus perceptis, & non extantibus, vt ſupra dictum eſt. Sed in terminis capituli noſtri conuentuales erant malæ fidei poſſeſſores: hoc probatur, quia, ex diſpoſitione Iuris electio Epiſcopi pertinet ad Canonicos Eccleſiæ Cathedralis, per textum noſtrum hic in fine, iuncta gloſſ. in verbo, Cathedralium. Sed conuentuales, contra Iuris diſpoſitionem, volebant eſſe in quaſi poſſeſsione iuris eligendi. Ergo erant malæ fidei poſſeſſores. Qui enim contra iura mercatur, bonam fidem præſumitur non habere capitulo. Qui contra, infrà de regulis iuris, in ſexta, cum ibi nota. Quare gloſſ. optimè dixit, quod ſit reſtitutio verbo tantum, & non re, & hoc culpa conuentualium, qui accumulauerunt poſſeſſorium & petitorium, & defecerunt in probatione petitorii: cum tamen Canonici pro ſe habebant ius cōe ſecundum quod videtur res diſceptanda.

¶ Pro declaratione glo. in verbo, Quicquid

quid iuris,dic quòd regula eſt: quando
32 in actione† reali exprimitur in libello tantùm cauſa propinqua, vt dominium quaſi dominium,ſeruitus &c. non auté cauſa remota,vt modus aliquis acquirendi rerum dominia &c. Tunc Actor omne ius,quod in re petita habet,in iudicium dedoxiſſe videtur.l.Et an eadé. §.Actiones.ff.de excep. rei iudi.l. vltima.C.de annali excep.c.Abbate,de ſen ten.& re iud.in vj.Sed in terminis.c. noſtri Canonici agebant,quòd ad ipſos tantùm ſpectaret electio,excluſis Clericis conuentualibus, verùm conuentualibus,verùm conuentuales agebant, quòd ad ipſos quoque ſpectaret:& neutra pars in libello expreſsit cauſam remotam.Quare vtraque pars omne ius, quod habebat in illo iure eligendi, in iudicium deduxit.Sed contra hoc opponit glo.Imò pars Canonicorum nullum ius potuit in iudicium deducere, quia erant poſſeſſores.Sed poſsidenti
33 †nulla eſt prodita actio,neque in petitorio,neque in poſſeſſorio.§. Omniũ. ver.Aut cum eo.Inſti.pe actio.c. Examinata,cum ibi not.ſuprà de iud. Glo. ſoluit, quòd contrarium procedit in actionibus realibus pro rebus corporalibus intentatis.Secus in rebus incorporalibus,quia ibi datur actio negatoria poſſeſſori pro tuendo iure ſuo. Et hoc caſu Canonici inſtituerunt negatoriam, Conuentuales verò confeſſoriam.Vide glo.hic,& Bald.

Glo.in verbo, Venire in iudicium, in effectu hoc modo opponit. Apparet ex tex.quòd Canonici in ſua reconuentione ſe non fundauerunt ſuper diſpoſitione Iuris,quæ habet,quòd ius eligendi pertineat ad Clericos Eccleſiæ cathedralis.Sed per teſtes volebant probare,quòd hoc ius ita pertineret ad ipſos,quod ad aduerſarios minimè pertineret.Quæ probatio tanquam ſuper negatiua facti hic eſt improbata, vt cõſtat ex tex.in.§.Nos igitur.Et hic quia defecerunt in probatione, debuiſſent ſuccumbere.Et tamen eſt pronunciatum pro eis,& in ſentétia cauſa expreſſa,cuius in ipſorum libello non fuit facta mentio,ſcilicet quia ex diſpoſitione Iuris electio ad ipſos pertineret &c. Quod Iudex facere non debebat, quia ſententia debet eſſe conformis libello. c.Qualiter & quando,el.ij.§.Debet igitur,in fin.infr.de accuſatio.c.Licet Heli,iuncta glo. ibi,in verbo, Formamque allegat multa iura concordan. infra de Simonia.l.Vt fundus,cum ſimili
34 bus.ff. Communi diuid.Et fatuus† eſt Iudex,qui pronunciat ſuper non petitis.l.fin.C.de fideicom. liber.& eſt ratio,ſecundum Bald.ibi.Quia ſi in ſententia mutatur res ſiue cauſa petendi &c.iſta ſententia eſt lata lite non conteſtata.Ergo eſt nulla,vt ſuprà per tot. Vt lite non conteſta, non proceda. ad teſtium recep.neque ad definitiuã ſententiam &c.Hic autem fuit ſententia fundata ſuper cauſa in libello non expreſſa.Ergo &c.Sed ad hanc oppoſitionem reſponde primò,quòd hæc cauſa in ſententia expreſſa eſt iuris.Quia ergo per aduocatum fuit omiſſa, Iudex potuit ſupplere,vt.C.per totũ,Vt quæ de ſunt aduocatis par.Iudex ſuppleat. Secundò reſponde. quòd hæc cauſa in ſententia erat in libello ſaltem implicitè,quia,vt ſuprà dictum eſt, Canonici egerunt ex cauſa propinqua, Igitur omne ius quod habebant, vel habere poterant, deduxerunt in iudicium dicta leg.Et an eadem.§. Actiones.ff.

nes.ff.de exceptio.rei iudic. & dictum eſt ſuprà ſuper gloſſ.in verbo, Quicquid iuris. Et ad hoc facit Regula hic
35 in text.poſita,† ſcilicet id venire in iudicium,non ſolum de quo actum eſt vt veniret,ſed id non venire de quo nominatim actum eſt ne veniret,hoc eſt,nõ tantùm id venit in iudicium,de quo expreſsè actum eſt,ſed omne id quod poteſt includi, nec eſt exceptum. Quæ Regula ſumpta eſt ex.leg. Solemus,in fine.ff.de iudi.Hinc ſumpta occaſione gloſſ.hic declarat,quando & in quibus actionibus hæc Regula habeat locum, & diſtinguit in effectu glo.

Aut loquimur in actionibus realibus,Aut verò in actionibus perſonalibus.

Si in actionibus realibus, & dic:
36 †Si Actor in libello expreſsit tantùm cauſam propinquam & generalem, nõ autem remotam, nec ſpecialem. Et in tali libello omnes cauſæ remotæ & ſpeciales ſunt incluſæ,& in iudicium deductæ,ex quibus cauſa propinqua vel generalis oritur.Ideo ſi in proſecutione Actor per vnam cauſam ſpecialem vel remotam voluit probare ſuam intentionem,& ſuccumbit, non auditur, ſi poſtea in alia inſtantia eandem rem ex alia cauſa ſpeciali petere, & eam probare velit dicta lege Et an eadem. §.Actiones. ff.de exceptionib.rei iudica.dicto capitulo. Abbate,infrà de re iudi.in.vj.

¶ Si verò in libello expreſsit cauſam remotam & ſpecialem,vt aliquem modum acquirendi rerum dominia,& ſuper illa cauſa tantum proceditur,nec aliæ cauſæ ſpeciales & remotæ ſunt incluſæ.Ideo ſi hoc caſu ſuccumbit,poterit nihilominus in alia inſtantia eandem rem ex alia cauſa ſpeciali petere dicto capitulo. Abbate. Sed in his terminis vtroque caſu veniunt intereſſe & fructus, etiamſi nõn ſint petiti, ſi modò in libello petitum eſt rem reſti
37 tui. Quia hoc † verbum habet plenã ſignificationem, quod non tantum ipſam rem, verum etiam intereſſe & fructus comprehendit per tex.in.l.Videamus. §. in Fauiana. ff.de vſuris. Gloſſ.& Bald.in dicta.l.Solemus.ff.de iud.Habenda tamen eſt ratio & diſtinctio,an bonæ vel malæ fidei poſſeſſor fuerit,vt ſuprà diximus. Si autem in libello non eſſet poſitum rem reſtitui,
38 ſed rẽ tradi vel dari † tum fructus pro tempore ante litem conteſtatam non includuntur,niſi ſpecialiter in libello petiti fuerint.Poſt litem autem conteſtatam fructus includuntur.Argumen. leg.Aediles.§.Item ſciendum,ff.de ędil li.edict. Et notatur per gloſſ. & Docto.in leg.Si quis miſſum.§.fina. ff. de damno infecto quam gloſſ.ibi Bald.dicit eſſe ad ſingularẽ.Idem decidit Bal. in.d.l.Solemus.

Quando verò loquimur de actioni-
39 bus perſonalibus,dic: † Aut loquimur de actionibus bonæ fidei,aut verò de actionibus ſtricti iuris.

Si de actionibus bonæ fidei,dic: Aut loquimur de actionibus vniuerſalibus,aut de generalibus,aut verò de ſingularibus.

Actiones vniuerſales ſunt, petitio hæreditatis,Familiæ herciſc. Actio ex teſtamento,quæ datur pro hæreditate ex S. C. Trebelliano reſtituenda. Et actio empti, quæ datur quoties tota hæreditas emitur,& quædam aliæ, de quibus vide nota.per Docto.in capitu. Significantibus,ſuprà de libel. obla.&

Inno

Innocen. in capitulo Cùm ad ſedem, infrà de reſtitut. ſpolia. Barto. & alii in lege prima. ff. de edendo. Et in his ſi petitur hæreditas, hoc vel ſimili modo: Peto me pronunciari heredem, & aduerſarium cogi ad reſtituẽdum quicquid tenet & poſsidet de dicta hæreditate. l. Licet. ff. de petitione hæredita. Hoc caſu, non tantùm includuntur res quas poſsidet Reus tempore libelli oblati, vel litis conteſtationis, ſed etiam illæ res hæreditariæ, quas poſt litem conteſtatam incipit poſsidere. l. Si hæreditatem. & l. Si quo tempore. ff. petitione hæredita. Si autem non hoc modo petit, ſed in libello expreſſæ ſunt ſingulæ & certæ quædam res, hoc caſu in eodem iudicio aliæ res hæreditariæ non includuntur, ſed in alia inſtantia pro aliis agenti, non obſtat exceptio rei iud. l. Si ex teſtamento. ff. de excep. rei iudica.

Actiones perſonales bonæ fidei generales ſunt, Actio tutelæ, Negociorum geſtorum, Pro ſocio &c. vt notatur in lege prima. ff. de edendo. Et tunc, ſi generaliter petitur ratio adminiſtrationis, comprehendũtur ea, quæ in illa inſtantia deducuntur. Si autẽ quædam certa ad adminiſtrationem pertinentia deducuntur, quædam verò omittuntur, poſſunt omiſſa in alia inſtantia deduci, nec obſtat exceptio rei iudicatæ. l. Licet. C. de iudic. cum ibi nota. l. Habebat, in principio. ff. de inſtito. actio.

Actiones perſonales ſingulares ſunt ex empto, vendito, locato, conducto, depoſiti, commodati, pignoratitia, præſcriptis verbis &c. §. Actionum autem. Inſtitu. de actioni. Et in his includitur multa, de quibus etiam nec actum, nec cogitatum eſt, vt l. Fundi. §. Si rura. ff. de actio. empti. lege. Cùm conductorem, cum ſimilibus. C. Locati.

Sed in actionibus ſtricti iuris tantùm veniunt, de quibus expreſsè actũ eſt. Et quæ verbis omiſſa ſunt, habentur pro omiſsis. l. Quicquid aſtringendæ, cum ſimilibus. ff. de verborum obligation. Sed in omnibus actionibus perſonalibus ſingularibus ſiue bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris ſint, Actor ex vna cauſa ſpeciali ius ſuum proſequendo ſuccumbens in alia inſtantia ex alia cauſa ſpeciali agere poteſt, nec obſtat ei exceptio rei iudica. d. l. Et an eadẽ. § Actiones. ff. de excep. rei iudica. Iam gloſſ. in verſicul. Sic etiam in arbitro. limitat prædicta, quòd procedant in actionibus coram Iudicibus, nõ autem coram arbitris intentatis &c. per iura hic in glo. allegata. Sed gloſſ. reprehenditur per Panor. hic, quia arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum, lege, prima ff. de arbitris. Igitur inter libellũ oblatum Iudici vel arbitro, nulla eſt differentia, dummodò compromiſſum non repugnet. Argumen. l. de rebus. ff. de arbitris. Et ita quoque decidit Bartol. in d. l. Solemus.

Poſtremò, gloſſ. hic in verſicul. Argumen. ex hoc loco mouet quæſtionẽ, An Iudex etiam plus vel minus poſſit pronunciare, quàm in libello petitum eſt. Et primùm diſputat quòd non quia illa tantùm veniunt in condemnatione, quæ in libello petita ſunt, & ſuper quibus lis conteſtata eſt, per text. hic, in verſicu. Id venire. & in. leg. Non poteſt. & leg. de qua re. ff. de iudi.

Secundò diſputat, quòd imò plus poſsit venire in condemnatione, quã in pe

in petitione, allegat adhoc. l. fin. in fin. C. de appell. §. Si minus. Inſti. de actio. l. Si hæreditatem. ff. de petitio. hæredi. leg Sin autem. §. Poſsidere. de rei vendica.

Tertiò diſputat, quòd etiam minus poſsit venire in condemnatione, quàm in petitione. l. Si ſeruus furtiuus. ff. de condi. furtiua. d. l. Sin autem. §. Poſsidere. ver. Quod ſi. ff. de rei vendica. l. Si quo tempore. §. Ex diuerſo. ff. de petitio. hæred.

Sed hæ quæſtiones & diſputationes proprię pertinent ad materiam. l. Edita. C. de edendo. & c. Significantibus, ſupra. de libelli obla.

Tu tamen pro intellectu gloſſ. quã
41 do ſcilicet quæritur, † vtrum Iudex poſsit plus pronunciare, quàm petitũ eſt, ſi poſt litem ex actis apparet, dic, quòd ſi ſumus in actionibus vniuerſalibus & generalibus, & petitio ad res certas non fuit reſtricta, & poteſt. & in hoc caſu loquitur textus in. d. l. Si hæreditatem. & d. l. Si quo tepore. In actionibus autem ſingularibus dic, quod circa fructus attinet, vt ſupra diximus, ſed circa negocium principale nihil poteſt addere: & in hoc caſu procedit d. l. Non poteſt. & d. l. de qua re.

Nec obſtant in hoc caſu Iura in contrarium allegata. & primò, nihil facit textus in dicta. l. finali. C. de appellationibus. quia ibi lis erat coram Iudice, qui tantum vſque ad certam ſummam potuit eſſe Iudex, & tamen maior ſumma coram eo petita erat, quod non obſeruauit vſque ad tempus definitiuæ ſententiæ. Ne ergo iudicium fiat eluſorium, permittitur quòd ſuam iuriſdictionem ad maiorem ſommam extendat, & ſic vis ibi non latet in petitione, ſed in Iudicis iuriſdictione.

Secundò quoque non obſtat textus in dicto. §. Si minus, in verbo, In eodem iudicio &c. quia gloſa ibi declarat, In eodem iudicio, id eſt, coram eodem Iudice, in alia tamen inſtantia, & hoc ſequitur Ioan. de Plate. ibi, licet Ioan. Fab. impugnet. Sed tamẽ ſeruatur in practica, quod Iudex ſuper his pronunciare non poteſt, ſuper quibus lis non eſt conteſtata.

Tertiò non obſtat textus in. d. l. Si autem. §. Poſsidere. verſicu. Item ſi litis ff. de rei vendica. Quia in rei vendicatione libellus fundatur ſuper eo quod Reus poſsideat, ſi nunc tempore ſententiæ deprehenditur poſsidere, nihil refert, etiam ſi tempore litis conteſtationis non poſſederit &c. Nam rei vendicatio præſupponit duo extrema. l. officium. ff. de rei vendica.

Quòd autem Iudex minus pronunciare poſsit, quàm petitum eſt non habet dubium, & hoc ex duabus cauſis. Primò, quod ſæpe fit, quòd poſt petitionem & litis conteſtationem ante ſententiã res peruenit ad eum caſum, à quo non potuiſſet incipere, hoc eſt, res ita mutatur, ſi tempore libelli ſic fuiſſet, non potuiſſet inſtitui actio nec petitio. Et in his terminis loquuntur iura in dicta lege. Si ſeruus furtiuus. & d. l. Si quo tempore. Secundò, ſæpe fit quòd multa petuntur, ſed pauca probantur. Iudex autem non ad petita tantùm, ſed probata in ſententia reſpicere debet. Quia Actore non probante &c. leg. Qui accuſare. C. de edendo, & tex. hic in fin. Vide de his omnibus notata per gloſſ. & Docto. in. d. l. Edita. C. de eden

edendo.& in dicto cap. Significantibus, ſuprà de libelli oblatione.

Innocentius tertius Epiſcopo Nouionenſi.

PAſtoralis officii,& infrà. Sanè ſicut intimaſti, contingit aliquando, vt cùm is qui ſe aſſerit ſpoliatũ, ſuum trahit ſpoliatorem in cauſam: inter ipſa Iuris auſpicia requiſitus, quo malit experiri iudicio, litem proprietatis ingreditur, de illata ſibi violentia nullam faciens mentionem. Cùm autem in cauſa fuerit proceſſum, nouum iudicium ſuper poſſeſſorio nititur inchoare, & infrà. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd poſſeſſorio quidem iudicio, quod de recuperanda ſeu adipiſcenda poſſeſsione proponitur, ante quàm renunciatum ſit aut concluſum, in proprietatis iudicio primitùs inſtituto, agi poteſt ab eo qui rem cœperit vendicare. Cùm legali ſit prouiſione ſtatutum, eum qui fundum vendicauerit ab eo cum quo interdicto Vnde vi, potuit experiri: pendente iudicio interdictũ poſſe nihilominus intentare. Aliis poſſeſſoriis iudiciis ſuo robore duraturis, quæ vendicationem dominii ſui natura præcedunt. Si verò renunciatum fuerit, vel concluſum, vt iam poſsit cauſa proprietatis definitiuæ ſententiæ calculo terminari: Ne lites litibus inculcentur, & via poſsit fraudibus aperiri, cauſa non deciſa poſſeſſorio non erit vtendũ: Niſi Iudex qui de cauſa cognoſcit, hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire. Putà cum ex perſpicuis indiciis facilè arguitur iniquitas inuaſoris: & ſpoliato caſu ſeu malitia probandi dominium ſubtraxerit facultatem. His igitur & aliis cauſis inſpectis, quæ continent æquitatem, aut iuſtè mouerint animũ iudicantis, poſtquam etiam concluſum fuerit poſſe agi poſſeſſorio iudicio, non negamus.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Petitorium intentans & non probans, an poſteà poſſeſſorium intentare poſſit, nec ne.*

2 *Pendente petitorio intentari poteſt poſſeſſorium tripliciter. Extinctiuè ſcilicet, ſuſpenſiuè,*

ſiuè & accumulatiuè.

3 *Pendente iudicio, & ſic ex poſt facto accumulationem poſſeſſorij & petitorij admittendam, vbi ſcilicet primùm intentaretur petitorium: ſecus ſi econtrà.*

4 *In interdicto retinendæ an intentato petitorio admittatur poſſeſſorium.*

5 *In re corporali accumulatio petitorij & poſſeſſorij regulariter non habet locum.*

QVI agit de proprietate ante concluſionem cauſæ poſſeſſorio adipiſcendæ vel recuperandæ agere poteſt: poſt concluſionem & ante ſententiam non poteſt, niſi iuſta cauſa ſubſit. Hoc dicit ſecùndum Baldum Ioannem de Imo. Panormita. & alios hic.

¶ Caſus. Quidam fuit in poſſeſsione vel quaſi cuiuſdam fundi, vel alicuius iuris, & per alium ſpoliatus, propterea acceſsit Iudicem vt ſpoliator citetur. Iudex verò interrogauit ſpoliatum, quo iudicio velit experiri, an petitorio vel poſſeſſorio. Qui reſpondit,

1 †quòd iudicio petitorio experiri vellet, & propterea inſtituit actionem in petitorio. Poſtquam autem in cauſa proceſſum, & lis conteſtata fuiſſet, ſenſit quòd in cauſa proprietatis fortè non poſſet facilè probare. Et propterea volebat de nouo intentare iudicium poſſeſſorium. Quærebatur ergo, vtrū pendente iudicio proprietatis, de nouo in poſſeſſorio agere poſsit. Et videtur quòd non, quia clari iuris eſt. Primùm, quod attinet ad interdictum recuperandæ vel adipiſcendæ, quòd illa non poſſunt ſimul cum petitorio intentari, per textum in l. Incerti. C. de interdictis. l. Ordinarii. C. De rei vendicatione. Et hæc eſt opinio Ioannis, & Azon. vt notat gloſ. in l. Cùm fundum. §. fina. in verbo, Interdicto. ff. de vi & vi armata.

Secundò videtur obſtare text. in l. Cùm filius. §. Variis. ff. de legatis. ij. vbi expreſsè habetur: Si alicui competunt plures actiones, tunc vna electa Actor ad aliam redire non poteſt, præſertim ſi vna per aliam tollitur. Sed certum eſt, quòd proprietas tanquam dignior, trahit ad ſe poſſeſsionem. cap. Cùm dilectus, cum ibi notatis, infrà eodem. Quare videtur quòd ſi actio proprietatis fuerit electa, quòd Actor ad aliam actionem in poſſeſſorio redire non poſsit.

Tertiò videtur, quòd etiamſi Actor velit à petitorio omnino deſiſtere, & poſſeſſorium intentare, quod tamen non poſsit, Reo inuito, per text. in Auten. Qui ſemel, cum ibi notat. C. Quomodo & quando Iudex, & ideo dicit Bald. in dicta. l. Incerti, quòd talis renunciatio nihil aliud operaretur, niſi quòd magis differret litem, quàm finiret, & nunquam eſſet finis litium, niſi quatenus placeret Actori, ſed hoc eſſet ridiculum, quòd iudicium motum, & proceſſus inchoatus ſit in poteſtate vnius partis. Quod verò attinet ad interdictum retinendæ, non eſt dubium, quòd hoc non poſsit accumulari cum cauſa proprietatis. Eſſet enim Actor ſibiipſi contrarius. Nam qui intentat interdictum Vti poſsidetis, is contendit ſe poſsidere, & petit vt defendatur in poſſeſsione. ff. & C. per totum, Vti poſsidetis. Qui verò inſtituit rei vendicationem, is contendit quòd Reus poſsideat. cap. Examinata, cum ſimilibus, ſuprà de iudiciis. §. Omnium. verſic. Aut cum eo. Inſtit. de actionib.

Quare videtur quòd is qui primum inſtituit petitorium, poſtea non poſſet inſtituere ante ſententiam poſſeſſorium.

¶ Sed tamen his & quibuſcunque aliis non obſtantibus. decidit text.hic contrarium, videlicet quòd is, qui egit in iudicio proprietatis, poſsit poſtea inſtituere poſſeſſorium. Et in hac deciſione diſtinguit textus noſter, hoc modo: Aut loquimur de interdictis recuperandæ & adipiſcendæ. Aut verò de interdictis retinendæ.

¶ Primo caſu ſubdiſtinguit text. Aut non eſt renunciatum neque cõcluſum in petitorio. Aut verò eſt renunciatum & concluſum. Si renunciatũ non eſt, ſcilicet probationibus facti, nec concluſum, ſcilicet in probationibus facti & iuris, vt declarant Ioannes de Imo.& Panor.hic,& admittitur ſpoliatus inſtituere de nouo poſſeſſorium, pendente petitorio, & probat hoc text. per l.Cùm fundum. §.vltimo. ff.de vi & vi armata. Si verò eſt renunciatum, vel concluſum, ita quòd ſententia definitiua in cauſa proprietatis ferri debet, & ſubdiſtinguit text. Aut ſubeſt cauſa,quæ Iudicem mouere poterit,vt admittat, & etiam hoc caſu audiri poteſt cum poſſeſſorio. Ponit autem textus hic duas cauſas,quæ Iudicem mouere poſſunt. Prima eſt, quando de facili poteſt probari iniquitas inuaſoria,& ſpoliatio. Secundò,quando caſu vel malitia ipſius ſpoliantis ſpoliato ſubtracta eſt facultas probandi dominium, Alias ſimiles cauſas committit text. arbitrio Iudicis. Aut talis cauſa non ſubeſt, & non eſt audiendus, ne lites litibus incluentur, & via fraudibus poſsit aperiri.

¶ Secundo caſu principali, quando ſcilicet loquimur de interdictis retinendæ,non admittitur poſſeſſorium intentato petitorio, per iura & rationes ſuprà adductas.Et hoc vult text.hic,verſ. Aliis poſſeſſoriis.

¶ Nunc ordine examinabimus ſingula membra iſtius diſtinctionis. Et primò,
2 quia dictum eſt,quòd † pendente petitorio poſsit intentari poſſeſſorium,dubitari poteſt, quomodo hoc intelligatur. Et dic breuibus,& hoc intelligi tribus modis: Extinctiuè, ſuſpenſiuè, & accumulatiuè. Extinctiuè fit,quando Actor volens renunciat petitorio, & tum in poſſeſſorio tantùm proceditur.l.Poſtquam liti. C.de pactis. Et ſecundum Legiſtas intelligitur, quòd ex toto ſit renunciatum iudicio proprietatis, ante quam Actor admittatur ad poſſeſſorium, vt notatur in d.l.Naturaliter.§.Nihil commune.ff.de acquir. poſſeſsio. Secundum Canoniſtas verò intelligitur tantùm renunciatum eſſe inſtantiæ, non autem toti cauſæ. Ideo finito poſſeſſorio in alia inſtantia poterit de nouo agi in cauſa proprietatis, ſecundum glo.fin.& ibi Bald.& Ioan. de Imo.in c.Significauerunt, infrà de teſtibus. & hoc in effectu vult glo.hic, in verbo,Pendente.

¶ Suſpenſiuè fit, quando petitorium ſuſpenditur, donec conſtiterit, & pronunciatum fuerit ſuper poſſeſſorio, & tum finito poſſeſſorio non eſt opus de nouo inchoare inſtantiam, ſed Actor pergit in inſtantia prius incepta. Et hoc propriè procedit, quando tempore ſententiæ in poſſeſſorio ferendæ, de meritis cauſæ in petitorio non liquet. d.c.Significauerunt,& ibi Panormita. in iiij.notab.

Accu

¶Accumulatiuè fit, quando ſimul in vtroque proceditur. Quod ſic intelligendum eſt: quando prius liquet de poſſeſſorio quàm petitorio,ferenda eſt ſententia in poſſeſſorio, & proceditur vltrà in petitorio. Si autem de vtroque ſimul liquet, terminabuntur vna ſententia.dicto cap.Significauerunt, & ibi Panormit.ſuper penult.notab. Hoc tamen caſu in ſententia præmittitur poſſeſsio, in executione verò proprietas.cap.Cùm dilectus, infrà eodem. Et ſic patet, quòd hoc caſu admittitur accumulatio petitorii ſimpliciter, ſiue ab initio petitorium & poſſeſſorium ſimul inſtituuntur, ſiue hoc fiat ſucceſſiuè, hoc eſt, quòd prius inſtituitur petitorium, & ante concluſionem in cauſa pendente petitorio poſſeſſorium. Quòd autem talis accumulatio ab initio locum habeat, omiſsis ſuperfluis, probatur per text.in cap.Cùm Eccleſia, ſupra eodem.& in dicto cap.Cùm dilectus,infrà eodem. Quòd autem ex poſt facto pendente iudicio in petitorio poſsit fieri accumulatio, probatur per text.hic, & dicto cap.Significauerunt.& in dicta.l.Cùm fundum.§.fina. ff.de vi & vi arma.& hoc vult in effectu glo. hic, in verbo, Pendente, quæ per hoc ſit explicata.

¶Quę autem diximus de accumulatio-
3 ne † ex poſtfacto pendente Iudicio, tu intellige quòd procedăt tum demum, quando ab initio inſtitutum fuit petitorium. Et in hoc caſu loquuntur tex. noſter hic,& in d.c.Significauerunt.Et eſt ratio quòd amittitur in odium ſpoliantis & fauorem ſpoliati, per tex.in Cle.Vnica,ī.eod.Secus ſi Actor ab initio inſtituiſſet poſſeſſorium, & ex poſt facto poſſeſſorio pendente petitorium; tunc enim non admitteretur,Quia hoc priuilegium attributũ eſt tantùm poſſeſſorio,vt dictũ eſt, in odium ſpoliantis,& fauorem ſpoliati, Igitur hoc caſu poſſeſſorium prius eſt terminandum, quàm perueniatur ad petitorium.Et in his terminis loquuntur iura pro rationibus dubitandi allegata, vt d.l.Incerti.C.de interdictis.d.l.Ordinarii.C.de rei vendica.Auten.Qui ſemel.C.Quomodo & quando Iudex. Et ita quoque intelligi poteſt gloſ.hic, in verbo, Agi poteſt, quæ ſit per hoc explicata. Nec etiam obſtat prædictæ deciſioni de accumulatione ex poſt facto tex. in dicta l.Cùm filius.§.Variis.ff.de legatis.ij. Quia tex.ibi loquitur de variis actionibus ad idem tendentibus.Tex.autem noſter loquitur de actionibus tendentibus ad diuerſa, vt in petitorio ad ius proprietatis, in poſſeſſorio ad ius poſſeſsionis. facit dicto.§.Nihil commune.Et ideo gloſ.hic,in verbo, Quod de recuperanda. verſic. Ergo aliquis cœpit,malè loquitur, dum dicit: & è conuerſo de poſſeſſorio poteſt redire ad Iudicium proprietatis &c. Quia ſi intelligit,quòd hoc fieri poſsit, pendente poſſeſſorio & durante, non poteſt defendi,per rationes & iura ſuprà allegata.& ita quoq; decidunt Ioan.de Imo. & Panor.hic. Poſſet tamen hæc glo.defendi. Primò, ſi intelligeretur,quando poſſeſſorio omnino eſſet renunciatum. Secundò, ſi poſſeſſorium eſſet finitum. Tertiò,ſi fieret cum partium conſenſu. Vide de hoc glo.& Cardina.in d.Clement.Vnica, infrà eodem. Et tantum de poſſeſſoriis adipiſcendæ & recuperandæ,quantum ad intellectum text.& gloſſarum attinet.

¶Quia autem ſuprà in diſtinctione di-

4 ctum eſt,† ꝙ in interdictis retinendę
non admittatur poſſeſſorium inten-
tato petitorio,videtur de hoc dubitan-
dum eſſe.Et propterea gl.hic in ver-
bo,Quod recuperanda.ver.Sed ad in-
terdictum,diſputat pro & contra. Pri-
mò videtur,ꝙ idem iuris ſit in hoc in-
terdicto,ꝙ in aliis,per text.in.l.Natu-
raliter.§. Nihil commune &c.vbi ex-
preſsè habetur, ꝙ non negetur illi in-
terdictũ,vti poſsidetis qui rē cœperit
vendicare Sed tamē gl.decidit contra-
rium, per iura hic allegata,& reſpon-
det ad tex.in.d.§. Nihil cõmune. Sed
is tex.habet quinque intellectus,& va
riè diſputatur. Tu, quantum ad in-
tellectũ gl.ſufficit,dic breuibus.Quan
5 do agitur † de re corporali,tunc regu-
lariter accumulatio non habet locum.
Et in hoc caſu intelligitur deciſio gl.
Si tamen petitorium & poſſeſſorium
retinendæ intentantur reſpectu diuer-
ſatum ſpecierum, ita ꝙ euitetur con-
trarietas, tunc admittitur accumula-
tur accumulatio.Exemplũ, Si Titius
deponit rem penes Seium,vel commo
dat ei,certum eſt ꝙ dominium & poſ-
ſeſsio penes ipſum manent,quia depo
ſitarii & commodatarii habent nudam
detentionem. Si nunc depoſitarius,vel
commodatarius nolunt rem reſtituere
vtique turbat Titium in poſſeſsione,
Igitur datur interdictum retinendæ,
& quoque rei vendicatio. l. Officium,
in fi.ff.de rei ven.Et ibi nulla eſt con-
trarietas.& ita decidunt Ioan. Andr,
Ioan.de imo.& Panormi.hic. Docto-
res in.d.§. Nihil commune. Quando
verò agitur de rebus incorporalibus,
vt ſeruitutibus realibus,& perſonali-
bus.Itē iuriſdictionibus,Iure decima-
rum patronatus &c. in quib.etiā poſ-
ſeſſori datur actio in petitorio & poſ-
ſeſſorio.l.Et ſi fortè.§.Sciendum,cum
ſimili.ff.Si ſeruitus vendicetur.Et di-
cit glo.hic,ꝙ de his interdictis retinen
dę intelligendus ſit tex.hic in ver.aliis
poſſeſſoriis &c.Et hoc probatur ex ver
bis tex.dum dicit:Aliis poſſeſſoriis Iu-
diciis in ſuo robore duraturis,quæ vē-
dicationem dominii ſui natura præce-
dunt &c. Illa enim interdicta præce-
dunt de ſui natura vendicationem do-
minii.Quia in rei vendicatione neceſ
ſe eſt vt conſtet Reum eſſe poſſeſſo-
rem.Quando ergo duo contendunt de
poſſeſsione, neuter poterit intentare
rei vendicationem,donec per interdi-
ctum Vti poſsidetis,declaratum fue-
rit,vter ſit poſſeſſor &c.Et ſic ſit ſuper
hoc explicata media pars gl.in verbo.
Quod de recuperanda.à verſi.Si ergo
aliquis,vſque ad ver.Alii volunt, Re-
ſtat ergo explicatio initii & finis iſtius
gl.Initium continet diuiſionē interdi-
ctorum,quam vide.

¶ Iam.gloſſ.in ver.Alii volunt,ponit alium intellectum ad text.noſtrũ, in ver.Aliis poſſeſſoriis &c.ꝙ ſcilicet intelligatur de interdictis mixtis,in quibus petitorium cũ poſſeſſorio de ipſorum natura accumulatur, & coniungitur,& Actor de neceſsitate cogitur probare vtrũque, ſcilicet poſſeſsionem & proprietatem.Et enumerat glo.mixta interdicta duo.

¶ Primum de itine.actuque priua. Secundum quod datur de aqua ex Caſtello ducenda. Interdictum de itinere actuque priuato, habet duo membra. Primum datur contra eum, qui turbat aliquem,qui hoc anno non minus quā xxx.diebus itinere,actu,vel via priuata,nec vi,nec clam, nec precariò vſus eſt.l.

eſt.l.j.in prin.ff.de iti.actuque priuato. Et de hoc membro non poteſt glo. intelligi, quia non habet mixtam cauſam poſſeſsionis & proprietatis. ſed eſt de nuda quaſi poſſeſsione retinenda,& ſic habet naturam Vti poſsidetis

¶ Secundum membrum iſtius interdicti datur illi, qui hoc anno non vi, nec clam, nec precario vſus eſt via, actu, ſeu itinere priuato, habetque ius reficiendi contra impedientem refectionem.l.iij.§.Ait prætor.ff.eo.Et in hoc tenetur actor duo probare. Primò qua ſi poſſeſsionem, ſcilicet quòd hoc anno ſit vſus. Secundò proprietatem, ſcilicet quod illa ſeruitus ei debeatur iure proprietatis dicta.l.quarta.§.Hoc autem. & in hoc membro loquitur gloſſ.

¶ Secundum interdictum, ſcilicet de aqua ex caſtello ducenda, quoque habet mixtã cauſam poſſeſsionis & proprietatis, quia datur ei qui habet ius ducendi aquam ex Caſtello, id eſt, receptaculo, in quo aqua colligitur,& poſtea ad hoc loca ſingularia ducitur. Tenetur enim Actor & hoc caſu vtrũque probare, ſcilicet poſſeſsionem & proprietatem.l.j.§. Ait prætor, la.ij. iun.§.Meminiſſe.ff.de aqua quotid.& æſti.Sed hic intellectus reprobatur per gl.Ant.de But.Pan.& alios hic. Primũ ideo, quia tex.in ver.Aliis, loquitur de interdictis, quæ de ſui natura nõ poſſunt cumulari cum petitorio. Sed illa duo interdicta, de quibus ſupra, ſunt talia quæ de ſui natura ſeparatim inſtitui non poſſunt, ſed de neceſsitate cumulanda ſunt cum petitorio, per iura ſuprà allegata. Secundò patet, ꝙ illa interdicta dicuntur pro ſeruitutibus & ſic iuribus incorporalibus. Sed ſupra dictum eſt, quòd incorporalibus indifferenter locum habet accumulatio poſſeſſorii & petitorii, Ergo &c.

¶ Ideo ponit glo.tertium intellectum, ꝙ ſcilicet is verſi.loquatur de interdictis, quæ ſunt præparatoria ad rei vendicationem, Vt primò de liberis exhibendis. Secundò, de tabulis exhibendis vt ſcilicet prius appareat quis poſsideat,& poſtea detur rei vendicatio.d.l. Ordinarii.C.de rei vendicat. De liberis exhibendis datur contra eum, qui dolo retinet filium vel filiamfamilias inuitam, nec vult ad petitionem parẽtis exhibere.l.j.§.Hoc interdictum.ff. de libe.exhib. Sed quod ad hoc interdictum attinet, glo. quoque reprobatur quia hoc interdictum attinet, glo. quoque reprobatur, quia hoc interdictum de ſui natura habet annexam cauſam proprietatis,& æquiparatur, quo ad hoc, interdicto de itinere actuque priuato.l.ij.§. Quædam interdicta.verſi. Item illa.ff.de interdictis,& ita quoq; decidit Bart.in.d.§. Nihil commune. Anto.de But.& Panor. Et ſi hoc interdictum non eſt præparatorium rei vẽdicationis, nec eã præcedit, ſed eſt præparatorium alterius interdicti, ꝙ dicitur de liberis deducendis.l.iij.§. Hoc autem, cum ſequentibus.ff. de liberis exhibendis. Idem decidit Anto.de Bu. & Ioan.de Imo.hic licet alioqui filius per patrem vendicari poſsit, adiecta cauſa de iure quiritum.l.j.§. per hanc ff.de rei vendica.

¶ Et propterea Ioan.de Imo dicit ꝙ ſit præparatorium rei vendicationis, ſed nihil, quia text.in.d.§.Quædam, dicit ꝙ habet cauſam proprietatis. In quantum verò gl.loquitur tabulis exhibendis.dic: Si hoc caſu lis non eſt conte-

ſtata in petitorio.& admittitur hoc in terdictum. Nec habet locum text.hîc, in ver. Aliis. Si verò eſt conteſtata, & non admittitur,& habet locum text.in d.verſ. Aliis, per text.in.l.fi.iuncta gl. in verbo, Pendet.ff.de tab. exhi. Idem vult. Bart.& alii in.d.§.Nihil cõmune. Anto.de Butr.& Panor.hic. Poſtea glo. ponit quartum intellectum, quòd is verſ.intelligatur, quãdo agitur de poſſeſione & violentia, prius agi debet de poſſeſsione, vt appareat quis poſsideat &c.l.j.C.de appella. Sed tu dic, quòd is intellectus coincidit cum primo, quia vtrinque agitur interdicto retinendæ. Quare conclude cum Panor.non opus eſſe circa iſtos intellectus tãta curioſitate, quia tex.hic diſponit de interdictis adipiſcendæ & recuperandæ. Et poſtea in verſ.Aliis, proteſtatur quòd per illam diſpoſitionem non velit mutare naturam aliorum interdictorum. Maneant ergo in terminis, ſicuti de Iure ciuili ſtatutum eſt &c. Et per hoc ſit explicata glo.in verbo, Quod de recuperanda.

¶ Glo.in verbo. Cauſa non deciſa, explicabimus in.c. Cùm olim, infr. eo. Gloſſ.in verbo, Facultatem, non impugnatur per Doctores, niſi in fine tantũ, vbi dicit: Quòd ſi ſpoliator egerit rei vendicatione, quòd obſtet exceptio ex d.l. Si quis in tantam, quia hoc non poteſt procedere.cum hoc caſu priuatio non inducitur ipſo iure, ſed requiritur ſententia, vt notant gloſſ.& Doctores in.d.l. Si quis in tantam, in verbo. Amittat. Sed certum eſt, quòd per viã exceptionis quis priuari non poteſt. vt in.c.ij. ſupra. de ord.cogni. Reliquas quæſtiones vide apud Panor. Anto.de But.& alios.hic.

Innocen. III. Veronenſi Epiſcopo.

CVm olim quæſtio, quæ inter Archidiaconum ex vna parte, & archipresbyterum & Canonicos Vincentinæ Eccleſiæ ex altera,& infrà. Quoniam per atteſtationes nobis cõſtitit euidẽter, quòd ab Epiſcopis Vincen. Archidiaconus ipſe, ſine reclamatione aliqua Canonicorum, duobus Archi. continuè qui antè ipſum exiſterãt fuerat aſsignatus:& quia Canonici prædicti Iudices recuſare minimè debuerint: cum cauſa prædictis Iudicib. fuiſſet delegata: de vtriuſque partis Procuratorũ aſſenſu, prædictum Archidiaconatum eidem per definitiuam ſententiam adiudicare curauimus, Canonicis Vincẽ. perpetuum ſilentium imponentes. Reſeruata tamen eis quæſtione proprietatis ſuper collatione Archidiaconatus ipſius, ſi forte ſuper hoc contendere voluerint, aduerſus Epiſcopũ Vincen, cùm res inter alios acta non debet eis præiudiciũ ge-

nerare.

SVMMA CAPITA.

1 Duobus ex actibus conſtituitur quis in quaſi poſſeſ.
2 Collatio alicuius iuris ſiue beneficii per quaſi poſſeſſorem facta, præbet electo cauſam vt fructus induſtriales ſuo faciat.
3 Caſus notandus, vbi electus proprietatis ius conſequitur ab eo, qui ipſe illud non habet.
4 Vnico etiam actu in caſu acquiritur quaſi poſſeſſio.
5 Contra contumacem lite non conteſtata, procedi poteſt, non tantum ſuper ipſius Actoris conuentione, ſed etiam in cauſa Reconuentionis ipſius Rei.
6 Procuratoris omiſſio an obſit domino, nec ne.
7 Procuratoris factum an noceat domino, necne.
8 Delegatus Iudex à Procuratore impetratus, an & quando recuſari poſſit à domino, nec ne.
9 Sententia lata pro venditore, collatore ſiue autore, exceptionem rei Iudicatæ parit emptori, ſucceſſori &c.
10 Sententia lata pro, vel contra ſucceſſorem, quando proſit vel obſit ipſi autori.

QVI Probat quòd autor ſuus tempore contractus fuit in poſſeſsione vel quaſi, rem, de qua contenditur, obtinet, donec ab aduerſario fuerit probata proprietas. ¶ Caſus. Epiſcopus Vincentinus in Eccleſia Vincentina, mortuo Archidiacono, ſolus ſine aſſenſu Canonicorum elegit alium Archidiaconum. Electione & collatione facta Canonici illius Eccleſiæ volebant electum remouere, ſub hoc præ textu, quòd ad ipſos, & nō ad ad Epiſcopum pertineret ius collationis. Ideo cauſa deuoluta eſt ad Curiam, & egerunt Canonici contra electum ad remotiorem. Electus reconuenit ipſos ad hoc, vt Archdiaconatus ei adiudicaretur. Cùm ergo vtrinque ageret cauſam per Procuratores, dati ſunt Iudices delegati cum aſſenſu Procuratorum vtriuſque partis. Canonici autē illos delegatos vt ſuſpectos recuſauerunt: Sed recuſatione non obſtante, in cauſa proceſſum, & teſtes recepti ſunt. Electus probauit, quòd ante ipſum Epiſcopi Vincentini duos Archidiaconos elegerunt, ſine Canonicorum reclamatione, quare petebat ſibi Archidiaconatum adiudicari. Quæretur ergo an ſecundum ipſius petitionem ſententia ferri debeat. Et videtur primò quòd non, quia talis electio ex prouiſione Iuris videtur pertinere ad Canonicos. c. Cum Eccleſia. §. fi. cum ibi notatis. ſ. e. Quare electus contra ipſos non potuit obtinere, niſi probaret Epiſcopos elegiſſe & contuliſſe per præſcriptum à legibus tēpus. d. c. Cùm Eccleſia, in fin. Hic autē nulla potuit eſſe præſcriptio.

¶ Primùm ideo, quia textus reſeruat Canonicis condemnatis quæſtionem proprietatis contra Epiſcopum, quod fieri non potuiſſet, ſi præſcriptio
1 fuiſſet probata. † Secundo ideo quod textus hic expreſsè dicit quod electus probauit tantum duos actus. Sed certum eſt quòd etiam tres actus, quo ad acquirendum ius proprietatis eligendi, non ſufficiunt. d. c. Cùm Eccleſia. §. Nos igitur, cum. §. ſequent. Imò quatuor actus requiruntur. l. finali. C. de ſeruit. & aqua. Quare videtur, quòd

Archidiaconatus ei adiudicari non po
tuerit, præſertim quia Canonici ha-
bebant pro ſe ius commune. Et hæc eſt
oppoſi.gloſſ.hic,in verbo, Duobus. Se-
cundo, eſto quod in cauſa principali
Archidiaconatus potuiſſet ei adiudica-
ri,tamen videtur quod in illo proceſſu
non potuerit ferri ſententia definitiua
ideo quia teſtes recepti erant lite non
conteſtata,propter quod proceſſus nul
lus erat, vt ſuprà, vt lite non conteſta-
ta,per totum. Quòd autem in hoc pro-
ceſſu lis non fuerit cõteſtata, patet in-
de,quod Canonici recuſauerunt dele-
gatos,& tamen talis recuſatio de ſui na
tura litis conteſtationem præcedere de
bet, niſi poſt litis conteſtationem ortæ
fuerint nouæ cauſæ ſuſpicionis capitu
lo In ſinuante, ſupra de offic. delegat.
Et hæc eſt oppoſitio glo. hic in verbo,
Iudices. verſi. Sed qualiter fuerint hic
recepti.

¶Sed tamen his & quibuſcunque aliis
non obſtantibus,decidit text. noſter cõ
trarium, Quod ſcilicet Archidiacona-
tus ideo debet adiudicari, & Canonicis
ſilentium imponi,quod electus proba-
uit per teſtes, quod ab Epiſcopis Vin-
centinis Archidiaconatus ipſe ſine re-
clamatione aliqua Canonicorum duo-
bus Archidiaconis continuè, qui ante
ipſum extiterant,fuerat aſſignatus. Et
ſic quia hæc controuerſia non erat in-
ter Canonicos & Epiſcopum conferen
tem ſiue eligentem, ſed inter Canoni-
cos & electum, propterea talis ſenten-
tia reſpicit & validat tantum electio-
nem præſentem,nec vlli parti in futu-
ris electionibus, quod ad ius proprieta
tis attinet, præiudicat. Ideo reſeruatur
Canonicis hic expreſsè, ſi velint Epi-
ſcopum conuenire in petitorio ſuper
collatione Archidiaconatus, quo ad ius
eligendi in futurum,quod ipſis ſit libe-
rum,nec debeat obſtare exceptio rei iu
dicatæ,maximè ideo, quod tunc eſſent
aliæ perſonæ,alia cauſa agendi,& eſſet
pro ipſis Regula: Res inter alios acta,
aliis non noceat,per iura hic in glo.fin.
allegata, & cum hac deciſione concor-
dat capitulum Querela, ſupra de ele-
ctioni.

¶Ratio decidendi, quare hoc caſu ele-
cto debebat adiudicari Archidiacona-
tus,hæc eſt, quia probauit quod colla-
tor ſuus erat in quaſi poſſeſsione con-
ferendi. Sed cel tum eſt, quod electio
ſeu collatio non pertinet ad proprieta-
rium,ſed ad poſſeſſorem, & manet ius
eligendi ſiue conferendi apud poſſeſſo
rem, donec in iudicio proprietatis ſuc-
cubuerit,& eſto,quod ſuccubuerit,poſt
ea tamen electus non remouetur,& va-
let talis ſententia ſolum in futuris ele-
ctionibus,per text. hic & in dicto capi-
tulo Querelam capitulo Cum Eccle-
ſia,ſupra eodem cap.Conſultationibus
infra de iure patronatus, Anto.de But.
hic in ſecunda & Panormita. in tertio
notabili. Ioannes de Imol. in ſecundo
notabili. In hoc tamen hoc modo di-
ſtingue:

¶Aut eligens ſiue conferens fuit bonæ
fidei, Aut verò malæ fidei poſſeſſor.

¶Primo caſu dic,quod electus ſimplici
ter retinet ius conceſſum, ſiue eligens
in cauſa proprietatis obtinuerit, ſiue
ſuccubuerit. Et eſt ratio, quia collatio
2 alicuius iuris,quæ†fit per eum, qui eſt
in quaſi poſſeſsione, eſt ad inſtar fru-
ctuum induſtrialium, ſecundum Inno-
cent.hic,& in dicto capitulo Conſulta-
tionibus,infra de iure patronatus, & in
capitulo In literis, infrà de reſtitutio.

ſpo

ſpoliato. Panormitanus & alii in dicto capitulo Cum Eccleſia, ſuper gloſſ. in verbo, Reducentes. Bald. in l. ſecunda in penultima colum. C. de ſeruit. & aqua. Sed certum eſt, quod bonæ fidei poſſeſſor facit fructus induſtriales ſuos adeò quod ſi eos alienat, transfert dominium in eum, in quem alienat, ſiue proprietas rei poſtea euincatur, ſiue non. l. Certum, cum ibi notatis. C. de rei vendica. l. Fructus, cum ſimilibus. ff. de vſuris. Ergo ius conceſſum manet penes electum, ſiue collator obtineat, ſiue ſuccumbat in cauſa proprietatis.

¶Secundo caſu, quando collator eſt malæ fidei poſſeſſor, Aut eſt in poſſeſſione autoritate Iudicis, Vt quia per ſententiam pronunciatus eſt, patronus qui tamen non erat & tunc, ſi ſententia lata eſt ritè, & defendi debet electus. l. Iuſtè, cum ibi notatis. ff. de acquir. poſſeſſ. Si non ritè lata eſt, & remoueri poteſt electus. l. Meminerint. C. Vnde vi. Si verò collator eſt in poſſeſſione cum male fide, non autoritate Iudicis, & omnino remouetur electus, & ratio, quia poſſeſſor malæ fidei neque naturales, neque induſtriales ſuos facit d. l. Certum, cum ibi notab. Hoc tamen caſu, quando de poſſeſſore malæ fidei diſputatur, intellige quod electus tam diu retinet ius conceſſum, quàmdiu collator in cauſa proprietatis non ſuccumbit. Si autem collator eſt poſſeſſor bonæ fidei, electus retinet ius, nō minus quàm ſi collatio iure proprietatis ad ipſum
3 ſpectaret. Et ſic †nota caſum hic perpetuò, quod electus conſequitur ius proprietatis ab eo qui ipſe ius proprietatis non habet. Ita notat gl. hic in verbo Duobus, in fi.

¶Nec obſtant huic deciſioni iura pro rationibus dubitandi allegata. Et primò, nihil facit textus in dicto capitulo Cum Eccleſia. quia loquitur de electione Epiſcopi, quæ de iure pertinet ad Canonicos: ſecus de electione prælatorum inferiorum capitulo Nouit. & cap. Quanto, cum ſimilibus, infr. de his quę fiunt à prælato. ſine conſen. cap. Et ita quoque reſpondet Panormita. hic in j. notabi.

¶Secundò, non obſtat textus in dicto capitulo Cum Eccleſia. §. Nos igitur. & l. fi. C. de ſeruit. & aqua. Quia illa Iura loquuntur, quando ius proprietatis, mediante præſcriptione, acquiri, vel Ius aliquod acquiſitum propter negligentiam, per præſcriptum à legibus tempus amitti debet. Textus autem noſter loquitur non de actibus quibus acquiritur præſcriptio, ſed poſſeſsio vel quaſi, Certum autem eſt, quod hoc ca-
4 ſu†acquiritur quaſi poſſeſsio per vnicum actum. Quia ius eligendi vel conferendi, tale eſt, quod per viam amicitiæ non conceditur. Igitur per vnicum actum acquiritur quaſi poſſeſsio. l. prima. §. Quod autem ſcriptum eſt. ff. de aqua quotid. & æſtiua. l. Seruitutes, in princip. ff. de ſeruitu. vrba. præd. Barto. in l. Sicut. §. Si quæratur. ff. Si ſeruitus vend. Idem Barto. in l. Sicut. §. Si quæratur. ff. Si ſeruitus vendi. Idem Bart. in l. prima. §. Interdicto. ff. de itin. actu que priuato. Et ita in effectu reſpondet hic Innocen. Bald. & Ioan. de Imo. & Panormita. & per hoc ſit explicata glo. in verbo, Duobus.

¶Tertiò non obſtat quod dicitur teſtes eſſe receptos, & ſentētiam definitiuam latam, lite non conteſtata &c. quia glo. hic in verbo, Iudices verſic. Sed qualiter, reſpondet ad hanc oppoſitionem

tribus modis.

¶ Primo, quod lis in curia fuit conteſtata,& poſtea delegati dati, qui teſtes receperunt.

¶ Secundò, quod Canonici erant Actores & contumaces, ideo propter contumaciam, lite non conteſtata, teſtes recipi non poterant.

¶ Tertiò, quod eſt ſpeciale in cauſa electionis, quòd lite non conteſtata, teſtes recipiuntur per iura hic in gloſ. allegata.

¶ Prima ſolutio approbatur per Doctores, hic, quos vide. Tertia eſt iuris, & plana, quia eſt clarus textus in. d. c. Quoniam frequentur. §. Porrò. ſupr. Vt lite non conteſtata. Et eſt textus in Clem. Diſpendioſam, de iud. Secunda ſolutio quoq; eſſet plana, ſi conſtaret quòd Canonici fuiſſent actores. d. c. Cauſam quæ, infra de dolo & contumacia, Sed eſt dubium an fuerint actores vel rei, Primum enim videtur, quòd fuerint actores, vt probatur per tex. hic: Canonicis perpetuũ ſilentium imponentes: quia Reo non imponitur ſilentium, ſed abſoluitur, vt not. gloſ. hic, in verbo, Aſſenſu, & in verbo, Imponentes. Sed contrà videtur, quòd Canonici fuerint Rei, & non Actores: quia text. adiudicauit Archidiaconatum ipſi archidiacono, Ego ipſe fuit Actor quia, Reo nihil adiudicatur, ſed tantùm abſoluitur vel condemnatur. c. ij. ſupr. de ordine cognitio. Ioan. andre. Panor. & alij. reſpondent ad hoc, quòd hic fit conuentio & reconuentio. Petebant enim Canonici illum remoueri, Ipſe econtrà petebat ſibi adiudicari, & dicit Panormita. Nota ex hoc intellectu optimam extenſionem, ad d. c. Cùm cauſam, & ad Auten. Qui

5 ſemel. C. Quomodo & quando † Quòd contra Actorem contumacem poſſit procedi lite non conteſtata, non ſolùm ſuper ſua conuentione, ſed etiam ſuper reconuentione Rei, quod dicit eſſe valde notandum, & de hac dicemus infrà in dicto capitulo. Cum cauſam.

¶ Glo. in verbo, Iudices. in princ. opponit contra tex. hoc modo. Dicitùr hic, quòd ſi procurator alicuius impetrauit Iudicem delegatum, quod dominus ſine ſufficienti cauſa ſuſpicionis non poſſit eum recuſare. Sed contra Iure cautum, quando dominus non poteſt habere recurſum contra procuratorem, tunc factum procuratoris non nocet domino. l. Eleganter. §. penul. ff. de dolo. l. prima. §. Si procurator. ff. Si quis ius dicen. non obtempera. Ergo. &c.

¶ Glo. reſpondet ad hoc contrarium in effectu, hoc modo:

¶ Aut procurator eſt in dolo Aut in culpa, hoc eſt, negligentia.

¶ Primo caſu, eius factũ non nocet dño & in hoc caſu loquũtur iura cõtraria.

¶ Secundo caſu nocet, per iura hic in gloſſ. allegata. Sed tu pro declaratione iſtius ſolutionis, dic breuibus, quod ex hac ſolutione oriuntur duæ quæſtiones principales. Prima eſt, vtrum procurator in omittendo poſſit præiudicare domino. Secundò vtrum poſſit præiudicare in faciendo. Quando diſputa-
6 tur de omittendo, dic ſi dominus † conſtituit procuratorem ad talem actum, quem ipſe dominus debebat expedire, & tunc ſi procurator eſt negligens, nec poterit negligentiam per caſum fortuitum excuſare, & præiudicat domino. Secus ſi excuſare poterit. l. Cum à matri

tribus.C.Qui petant tuto.capitulo Si-
gnificante,infr. de pigno.l. Si procura-
torē. §.Si tutores.ff.Man.l.nōdiſtingue
mus.§.Si domini. ff. de arbitra.Si verò
conſtituit ad actum, qui per procurato
rem expediri debebat, procurator au-
tem fuit negligens,& tunc,ſi illa negli-
gentia cadit in delictum, vt contuma-
ciam &c.& eſt parui præiudicii, vt in
miſsione ex primo decreto. Et tunc, ſi
dominus ſcit,nec purgat,& præiudicat.
Si verò purgat,vel neſcit, & non præ-
iudicat.l.Eum qui res,cum ibi nota.C.
de procurat. Si tamen dominus eſt ta-
lis,qui in integrum reſtitui poteſt,&re
ſtituitur capitulo Cum veniſſent,ſupr.
de in integrum reſtitu.Si vero eſt ma-
gni præiudicii,vt in miſsione ex ſecun
do decreto, vel quando eſt imponenda
mulcta & non præiudicat,& in hoc ca-
ſu loquitur l.prima.§.Si procurator.ff.
Si quis ius dicenti non obtempera. Si
vero negligentia non cadit in delictū,
ſed eſt mera & nuda omiſsio ex inad-
uertentia vt quia omiſit productionem
teſtium in termino,vel omiſit appella-
tionem infra decem dies,& tunc ſi pro
curator non eſt ſoluendo, & admitti-
tur dominus,etiam poſt terminum l. j.
in fin.iuncta gloſſ.final. ibi.ff. Quando
appelland. ſit. Si autem hoc caſu dolo
omitteret,ſuccurritur domino per be-
neficium dictę l.Eleganter. §. penulti.
ff. de dolo. Et tantum de prima quæ-
ſtione.

¶Quod ad ſecundam quæſtionem at-
tinet, dic illam eſſe duplicem. Prima
7 eſt,vtrum † factum procuratoris tale ſit
quòd etiam ex eo poſsit exceptio con-
tra dominum opponi.

¶Secunda,vtrum alioqui dominus pro
pter factum procuratoris poſsit conue
niri,vel teneatur procedere.

¶In primo caſu dic breuibus: Si procu
rator poſt litem conteſtatam commit-
tit dolum & datur exceptio doli con-
tra ipſum & dominum:aliâs ſecus. l. Si
procurator.§.Si poſt litem.ff.de excep.
doli.

¶In ſecundo caſu dic: Si procurator de
liquit, vel quid punibile commiſit &
& non præiudicat domino,niſi ipſe mā
dauerit vel ratum habuerit dicta l.pri-
ma.§.Si procurator.ff. Si quis ius dicē
ti non obtempera.l.prima.§. Quoties,
cum.§.§. ſeq.ff.de vi & vi armata. Si
verò quid egit, quod interdum poteſt
eſſe delictum, interdum non delictum,
Vt reſponſio falſa,vel vera ad poſitio-
nes &c.& p̄iudicat domino, donec pro-
betur cōtrarium.l.Non ſolum,in prin.
ff.de procura.l.Certum.§.Sed an ipſos
cum ibi no.ff.de confeſsis.

¶ Si autem actus procuratoris omni-
no non eſt delictum, nec punibile, &
dic:Aut fecit aliquid ſecundum man-
datum, & præiudicat domino, vt per
totum titulum.ff.& C. per totum man
dati. Aut fecit aliquid contra man-
datum,& dominus non tenetur niſi ra-
tificauerit dicto capitulo Significante,
iuncta gloſſ. in verbo, Certum, infra
de pignori .lege Diligenter.ff.Manda-
ti. Aut fecit aliquid præter manda-
tum, hoc eſt, quod neque mandatum,
neque prohibitum ſit,& tunc, ſi domi-
nus neſcit, & non præiudicat. Si verò
ſcit, & non contradicit, præiudicat.
Contradicendo autem non præiudi-
cat, vt habetur & notatur in capitulo
Cum olim, el primo iunct.glo. in ver
bo,Protinus,ſupr.de off.de leg.

¶ Et ex præcedentibus decide, quod
illi procuratores, qui impetrauerunt
de le

8 delegatos † in terminis.c.noſtri,habuerunt aut mandatum ſpeciale,quos nominatim debebant impetrare, & illos impetrauerunt. Aut verò habuerunt mandatum generale ad impetrandum delegatos,ſine tamē ſpecificatione certarum perſonarum. Aut verò habuerunt mandatum cum libera,alioqui nō potuiſſent impetrare de his quæſtionibus.Item,an & quando confeſsio procuratoris noceat domino.Vide copioſè quæ diximus in.c.j.ſupr.Vt lite non conteſta.

Gloſſ.in verbo, Reſeruata, mouet quæſtionem.Quid ſi in terminis.c.noſtri Canonici in iudicio proprietatis contra Epiſcopum egerint, quòd ipſi non competat ius conferendi Archidiaconatum,vtrum Epiſcopus hoc modo conuentus,poſsit ipſis opponere exceptionem rei iudicatæ,virtute ſententię qua ipſius electus contra actores obtinuit,& videtur quòd ſic: quia certum eſt,quòd pactum electi, emptoris vel ſucceſſoris nocet ipſi autori,ſiue venditori,ſiue collatori,per tex.in.l. Si cum emptore.ff.de pactis.Ergo eodem modo pactum vel ſententia pro ſucceſſore lata ipſi autori prodeſſe debet: & hoc videtur probari per textum expreſſum in.l.Sæpe.§.Sed ſcientibus.ff.de re iudica.vbi expreſsè habetur: Quòd ſi is cui actio vel defenſio competit,patitur ſucceſſorem agere vel defendere, vt ſi debitor patitur creditorem experiri de proprietate pignoris.Aut maritus ſocerum vel vxorē,de proprietate rei in dotem acceptæ,Aut poſſeſſor venditorem de proprietate rei emptæ &c,ꝙ tunc ſententia lata pro vel contra ſucceſſorem obeſt vel prodeſt ipſi autori. Igitur qui Archidiaconus Epiſcopo ſciente & patiente,defendit quaſi poſſeſsionem iuris conferendi ipſius Epiſcopi,& obtinuit,videtur quòd hæc ſententia profit Epiſcopo, & quòd poſsit exceptionem rei iudicatæ in cauſa proprietatis opponere.

Gloſſ.reſpondet ad hoc contrarium, hoc modo in effectu,quòd hoc caſu correlatiuorum non eſt eadem natura.Nā
9 hoc verum eſt,quòd † ſententia lata pro venditore,collatore vel autore, parit exceptionem rei iudicatæ ipſi emptori vel ſucceſſori, non autem econtrà. per textum expreſſum in.l.Si à te.§.final.& quæ ibi notantur.ff.de exceptio. rei iudicatæ.Igitur hæc ſententia pro ſucceſſore lata, non potuit prodeſſe Actori.

Secundò reſpondet, quòd in cauſa proprietatis contra Epiſcopum erant aliæ perſonæ. Igitur habet locum Regula: Res inter alios acta, vt hic &.d.c. Querelam,ſupr. de electio. Præterea erat alia cauſa, quia primò actum eſt in poſſeſſorio,poſtea autem in petitorio,Igitur non obſtat exceptio rei iudicatæ.l.Cùm quæritur,cum duabus legibus ſequentibus.ff.de excep. rei iudi.

In emptore tamen ſiue ſucceſſore, dic: Si eſt talis cauſa, quòd autor reti-
10 nuit aliquod ius reale in ipſa re, † ſuper qua emptor ſiue ſucceſſor conuenitur,vt debitor in pignore &c.& ſciēs patitur,quòd ſucceſſor totum ius defendit,& tunc obeſt & prodeſt ſententia pro vel contra ſucceſſorem lata ipſi autori,d.l. Sæpe.

Aut nullum ius reale retinuit,& dic: Aut venditor tranſtulit actiones vtiles in emptorem,directis penes ipſum remanentibus,vt in venditione hæreditatis.& tunc pactum emptoris cum debito

bitoribus hæreditariis nocet venditori d.l. Si cum emptore. ff. de pactis.

Aut totũ ius, quod ipſe habuit, tráſtulit in emptorem, & tunc ſi emptor ſiue ſucceſſor conuenitur ſuper re empta ab alio, & denunciat litem venditori ſiue autori, & tenetur venditor ad intereſſe re empta. d. l. Cùm ſucceſſores. C. de euictio. Vide Doctores ibi, & in. l. Si rem. §. Quolibet. ff. de euictio. Anto. de But. & Panor. hic.

Quando autem quæritur, vtrum ſententia lata in poſſeſſorio pariat exceptioné rei iudica. in petitorio, dic ſecũdũ cõmuné concluſioné Doctorũ: Si ſeparatim ſunt inſtituta, hoc eſt, vel ſolũ poſſeſſoriũ, vel ſolum petitoriũ, tũc ſententia in vno lata non obſtat, ſi poſtea aliud intentatur, quia eſt alia cauſa agendi, & nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione. d. l. Cùm quæritur. ff. de excep. rei iudicatæ. d. l. Naturaliter. §. Nihil commune. Si verò vtrũque ſimul in iudicium deductum eſt, & probata tantùm poſſeſſio, non autem proprietas, & obſtat exceptio rei iudicatæ. ſi de nouo velit agere petitorio. c. Cùm Eccleſia, & glo. ibi, in verbo, Cauſa non deciſa, & Doctores ſuprà eod. Vide Barto. Alexan. de. Imo. Dn. Iaſo. & alios in. d. §. Nihil commune.

*

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

Gregorius Nonus, Epiſcopo Conſtan.

LIcet multum, & infrà. Conqueſtus eſt nobis Philaſius cæcus, eius campum ab Eccleſiæ hominibus irrationabiliter occupatum. Quod ſi ita eſt, quanquam ante omnem contentionem poſſeſsio ei debuerat violenter ablata, reſtitui: tamen quia Euentus Diaconus ipſius Eccleſiæ, conſentiente illo, conſtituit ſe legitimè probaturum, dictum campum eiuſdem Eccleſiæ iuris eſſe: Inquire veritatem: & ſi hoc probatum fuerit, huic dicendum eſt, vt à ſua intentione diſcedat. Alioquin res ei ablata reddatur.

SVMMA CAPITA.

1 *Exceptionem ius Actoris abſorbentem, & incontinenti probandam obijciens, an ſit admittendus.*

2 *Interdictum Vnde vi, magis quàm alia poſſeſſoria, priuilegiatum.*

3 *Iuri pro ſe introducto quilibet renunciare poteſt.*

4 *Reſtitutio, vbi agitur de animæ periculo, ſiue de damno irrecuperabili vitando, petenti denegan*

neganda.

5 *Interdicto Unde vi, Reus cum excep. proprietatis generaliter nō eſt admittēdus, niſi Actor conſentiat.*

6 *Dominus an ex facto familiæ ſuæ teneatur, nec ne.*

7 *Electio mala ſiue negligenter facta, culpæ adſcribitur.*

8 *Magiſtratus tenetur ex facto præfectorum ſuorum, liberatur tamen exhibendo malefactores.*

9 *Dominus an damna ſiue rapinas in territorio ſuo data & commiſſa tenen præſtare teneatur, nec ne.*

10 *Sciens quem maleficium committere, & non prohibens, an teneatur ex iſto maleficio.*

11 *Alius alium inuitus an defendere teneatur.*

12 *Nemo priuatus & extraneus cum diſcrimine vitæ defendendus ab alio.*

Si conſentit, qui reſtitutionem petit, poteſt ſibi quæſtio de proprietate referri. Hoc dicit ſecundum Bald. & Anto. de But. Vel ſic, ſecundū Panor. Aduerſario reſtitutionem petente, non eſt audiendus Reus de proprietate opponens, niſi Actore cōſentiente. ¶ Caſus. Quidam fuit ſpoliatus poſſeſsione rerum ſuarum, propterea inſtituit contra ſpoliatorem interdictū Unde vi. Spoliator opponit exceptionem proprietatis, hoc eſt, dicit ſe eſſe dominum, & paratus eſt dominium probare, ad hoc ne condemnetur ad reſtitutionem. Quæritur, an ſit audiendus: &

1 videtur primò quòd ſic. Nam † certum eſt, ſi Reus habet exceptionem abſorbentem ius Actoris, quæ in continenti probari poteſt, adeò quòd non requirat altiorem indaginem, admittendus eſt, per tex. in. l. iij. §. Ibidem. ff. Ad exhibendum. l. Ille à quo. §. Si de teſtamento. verſi. Quid ergo. ff. Ad Trebell. Et in. l. Si is à quo, in princ. ff. Ut in poſſeſſionem legatorum, vbi expreſsè habetur: Si fideicommiſſarius ex teſtamento petit fideicommiſſum, vel ſatiſdationem, & hæres directus paratus eſt incōtinenti probare, quòd fideicommiſſum non valet, admittitur, nec cogitur ante illam probationem fideicommiſſum ſoluere, vel ſatiſdationem præſtare. Sed certum eſt, quòd proprietas abſorbet poſſeſsionem, adeò quòd ſi poſſeſſio iniuſta deprehenditur penes vnum & proprietas iuſta penes alium, ceſſet reſtitutio, & res maneat penes dominū per tex. n. l. Bona fides. §. ſucurrit. & §. Si tamen, cum. §. ſeq ff. depoſiti.

Secundò videtur probari per text. in. c. Literas, infr. eo. vbi habetur: Si mulier diſceſsit à marito, & ſic ſpoliauit eum cohabitatione, & maritus petat reſtitutionem, ipſa opponente conſanguinitatem, quàm in continenti velit probare, quòd ante reſtitutionem ſit admittenda.

Tertiò probatur per tex. in. c. Cùm Eccleſia, ſupr. de cauſa poſſeſsionis & proprietatis, vbi conuentuales inſtituerunt poſſeſſorium contra Canonicos. Canonici verò ex cauſa proprietatis reconuenerunt ipſos, & ſunt ante reſtitutionem admiſsi.

Quartò probatur per gloſſ. in. l. Si 1 de vi, in fin. ferè. ff. de iudiciis, vbi gloſſ. expreſsè decidit, quòd in omnibus poſſeſſoriis obſtet exceptio proprietatis, 2 & probat per tex. in. l. Dolo. ff. de excep. doli. l. In condemnatione. §. Dolo. ff. de regulis iuris. c. Dolo, de regulis iuris in vj.

Tamen, iſtis non obſtantibus, decidit textus noſter contrarium, Quòd ſcilicet

licet ſuper ſpoliatione conuentus ante reſtitutionem audiri omnino debeat, etiam ſi in continenti dominium velit probare, niſi Actor ſpoliatus conſenſerit. Concordat.c. Sollicite.c. In literis. c.Sollicite.c, In literis.c. Item cũ quis infr.eo.c.finale, ſupr.de ordi. cognitio. l.Si de vi.ff.de iudiciis.l.Ordinarii.C. de rei vendica.&.l.ij.quęſt.ij.per totum. Et eſt ratio, ſecundum Panormi. hic,
2 quòd interdictum Vnde vi†, eſt magis priuilegiatum, quàm alia poſſeſſoria, propter odium ſpoliatoris,& in fauorem ſpoliati. Non enim videtur cõſentaneum, vt ſpoliatus cõtẽdat vt Actor, & quòd Reus admittatur etiam incontinenti, qui voluit ius propria autoritate ſibi dicere, quum ex hoc ſit maximè puniendus.c. Eum qui, de præbendis in vj.cum ſimilibus.l.Si quis in tantã. C.Vnde vi. Et ſi diceremus oppoſitum daretur occaſio ſpoliandi in infinitum quod eſſe non debet. Arg.c.Quanto. §. final.infr.de diuortiis.l.Non eſt ſingulis.ff.de reg. iuris. Ratio autem quòd volente autore & conſentiente, hoc fieri poſſet, hæc eſt, quia ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt, priuilegium eſt ſpoliatis à Iure conceſſum.d.c.fin. ſup.
3 de ordi.cognitio. †Sed certi Iuris eſt, quòd quilibet Iuri pro ſe introducto renunciare poſſunt, vt coploſè notatur in.c.Si diligenti, ſuprà de foro competenti.l.Si quis in conſcribendo, cum ſimilibus.C.de pactis. Ergo &c.

Pro ſolutione & intellectu Iurium, quæ ſuprà pro rationibus dubitandi allegata ſunt, dic interdicta eſſe triplicia: Adipiſcendæ, Retinẽdæ, Recuperandæ, & Recuperandæ. Quando loquimur de interdictis adipiſcendæ, & dic eſſe communem concluſionem Doctorũ: Quãdo Reus habet exceptionem abſorbentem ius Actoris, & eſt paratus illam in continenti probare, quòd ſit audiendus, antequàm Actor adipiſcatur poſſeſsionem rerum petitarum. Si verò requirit altiorem indaginem, non hic eſt audiendus. Et in hoc caſu propriè loquuntur dicta lege Ille à quo. §. Si de teſtamento.ff.Ad Treb.&.l.Si is à quo in princip.ff.Vt in poſſeſsione legato. Loquuntur enim de fideicommiſſario, qui volebat adipiſci poſſeſsionem rerum ſibi in teſtamento relictarum & hæres directus paratus eſt in continenti probare, quòd fideicommiſſum non valet. Idem dic de lege tertia.§. Ibidem.ff.Ad exhibend. Quia quoque loquitur in actione exhibitoria, ſcilicet ad exhibendum. Quare ſi Reus in continenti velit probare rem exhiberi petitam, non eſſe Actoris, vtique audiendus eſſet. Idem habetur in lege final.in gloſſ.& ibi Bartolus & Baldus C.Quorum bonorum.gloſſ.& Doctores in lege ſecunda. C. de edicto diui Adriani toll. Et eſt ratio, quòd illa interdicta non ſunt ſic priuilegiata, ſicuti interdictum Vnde vi. Ita in effectu reſpondet gloſſ. prima hic,& gloſſ. in capitu. Literas, in verbo, Primi, infrà eodem. Præterea poſſunt facilius & minori præiudicio expediri, ſecundũm Panormi.& alios hic. Cætera autem huius interdicti priuilegia comperies.l.j. ff.de vi,& vi ar.&.l.ſi quis.C. vnde vi.

Secundò, quando loquimur de interdicto retinendæ, dic, quòd hoc competit dupliciter. Primò, quòd turbans fatetur turbatum poſsidere, & hoc caſu non admittitur exceptio dominii, quia non licet domino turbare poſſeſſorẽ, ſicut nec ſpoliare.l.Qui poſſeſsionem

nem.ff.de vi & vi armata. Ita decidit
glo.in l.Si de eo.in.§.fi.ff.de acquiren.
poſſeſsio.Bart.& Paul,de Caſt.in d.l.Si
de vi. Secundò, quando duo conten-
dunt de poſſeſsione, quorum vterque
dicit ſe poſsidere, quoq; competit hoc
interdictum. Et hoc caſu quilibet de
proprietate allegans, audiendus eſt, &
qui poſſeſsionem cum proprietate co-
loratam probat,obtinet.c.Licet,cum ſi-
milibus, infrà de probationibus. Et in
hoc caſu intelligi poſſunt Dinus in c.
Qui ad agendum. de regulis iuris.in
vj.Cyn.in l.ij.C.de edicto diui Adria-
ni tollendo.

¶Tertiò,quando loquimur de interdi-
cto recuperandæ,diſtingue: Aut ſpo-
liatus inſtituit poſſeſſorium & petito-
rium ſimul, & admittitur allegatio do-
minij à parte Rei, quia Reus poteſt ſe
in petitorio defendere. Et in hoc caſu
loquitur dicto c. Cùm Eccleſia, ſuprà
de cauſa poſſeſsio.& proprieta. Si ve-
rò inſtituit poſſeſſorium tantùm,& dic,
quòd in cauſis matrimonialibus,ſi adul
terium eſt notorium, denegatur reſti-
tutio.cap.Significaſti, infrà de diuor-
tiis. Et addunt ibi Innocent.& Panor.
non eſſe ſpeciale in matrimonialibus,
ſed idem in aliis rebus,vbi de notorie-
tate conſtaret. Idem dicit Paul.de Ca-
ſtro,in dicta.l.Si de vi.& Ioan.de Imo.
hic. Quando verò in cauſis matrimo-
4 nialibus non agitur † de adulterio, ſed
de conſanguinitate, tunc ſi ſpoliator
opponit conſanguinitatem à Iure di-
uino prohibitam, & vult eam in conti-
nenti probare, denegatur reſtitutio,
quia vertitur periculum animæ. Secus
ſi ex interuallo. Et in hoc caſu loqui-
tur dicto c.Literas,& Paul.de Caſtr.in
dicta.l. Si de vi,dicit idem eſſe, quando
vertitur aliud aliquod damnum irre-
cuperabile. Vt ſi ſpoliaſti me quodam
caſtro fortiſsimo,& ego ago interdicto
recuperandæ,& tu paratus es in prom-
ptu probare dominium, quòd ſis ad-
mitttendus ante reſtitutionem. Nam
ſi mihi fieret reſtitutio, difficilis eſſet
tibi recuperatio, etiamſi poſt reſtitu-
tionem dominium probes. Faciunt ad
hoc notata in l.Antę ſententiam. C.
Quorum appella. non recipiuntur. &
in l.ſecunda.ff.de appellatio.recipien-
dis. In aliis caſibus procedit Regula c.
noſtri,quòd ſcilicet Reus in interdicto
5 Vnde vi, † non eſt audiendus cum ex-
ceptione proprietatis, niſi Actore con-
ſentiente, per text. hic. Vide omnino
Bar.& Pau.de Caſt.in d.l.Si de vi.ff.de
iudiciis. Et per hoc ſit explicata glo.
hic,in verbo,Contentionem.

¶Doctores notant hic primò ex hoc
textu, quòd Eccleſia ſeu dominus te-
neatur pro violentia à ſuis hominibus
illata. Hinc ſumpta occaſione mouet
Panor.hic tres quæſtiones.

¶Prima eſt, an dominus teneatur ex
facto familiæ ſuæ.

¶Secunda,an dominus poſſeſsionis ſeu
territorii teneatur ſuper dominio ſeu
territorio ſuo facto.

¶Tertia, an quilibet extraneus ſciens
maleficium,& non prohibens, tenea-
tur.

¶Quod ad primam quæſtionem atti-
6 net,videtur, † quòd dominus non te-
neatur, niſi mandauerit, vel ratum ha-
buerit, vel rem ſpoliatam à ſpoliatore
receperit,per text.in c.Cùm ad ſedem.
§.fina.& cap.Sæpe, infrà eod.l.j.§.Ait
prætor. &.§.Deieciſſe. & l.iij. §.Cùm
procurator.& l.Cùm à te. ff.de vi & vi
armata. Inter cætera enim dicit textus
in d.

ind. l. iij. Cùm fam lia ſine me armata venit, ego non videor veniſſe, ſed fami lia, niſi iuſſi, vel ratum habui.

¶ In contrarium videtur, quod indiſtin ctè teneatur, per tex. in l. prima in prin cip. &. §. Familiæ. ff. de publica. vbi publicanus tenetur ex facto familiæ ſuæ. Idem eſt in Nauta, qui tenetur ex maleficio commiſſo per familiam ſuam. l. Vnica. ff. Furti aduerſus nautas. cum ſimilibus.

¶ Tu ex mente Doctorum diſtingue in hac materia, hoc modo: Aut loquimur de culpa ſiue negligentia familiæ, Aut verò de dolo, hoc eſt, de eo, quod doloſè fecit.

¶ Primo caſu dic: Aut ſubeſt tantum culpa familiæ, & non à parte domini: Vt quia dominus fuit diligens in eligenda familia, & tamen ex negligentia & culpa familiæ quid accidit, & dominus non tenetur.

¶ Aut verò acceſsit quoque culpa do-
7 mini, Vt quia fuit † negligens in eligenda familia, & tenetur de damno, quod ex negligentia familiæ accidit, per tex. in l. Si ſeruus. §. Si quis inſulam. verſi. Si fornacarius. ff. Ad l. Aquil. l. Si vendita. ff. de periculo & commo. rei vend. l. Videamus, & ibi Pau. de Caſtr. ff. de locato. Dn. Iaſ. in l. Prætor ait. §. fin ff. de edendo. & in lege Domos. ff. de lega. primo.

¶ Secundo caſu, quando ſcilicet loquimur de eo, quod familia alicuius doloſè fecit, & diſtingue, ſecundum Doctor.

¶ Aut dominus præpoſitus eſt alicui certo officio, & in illo officio vtitur opera familiæ & dic:

¶ Aut eſt priuatum aliquod officium, vt quando quis eſt Nauta, Caupo, vel habet hoſpitium aliquod, & eius familia in naui vel hoſpitio delinquit, furando, vel alia ratione, & dic:

¶ Aut delinquens eſt ſeruus proprius domini, & licet dominus conueniatur ex eius delicto, tamen dando ſeruum pro noxa liberatur dicta lege Vnica. §. Serui verò. ff. Furti aduerſus nautas.

¶ Aut delinquens eſt liber homo, vel ſeruus alienus, & tunc damnum paſſus habet electionem conueniendi ipſum delinquentem, vel dominum. Et ſi malit dominum conuenire, tenetur dominus in ſolidum dicta lege Vnica, in principio. ff. Furti aduerſus naut. ciuiliter tamen, & non criminaliter. l. Ne quid verſi. A domino. ff. de incend. ruina, & naufr.

¶ Si verò eſt officium publicum & quia dominus eſt publicanus, & familiæ opera vtitur, & tenetur. & ita loquitur dicta lex prima. ff. de publica. Et eſt ratio, ſecundum Panormita. hic quod dominus ſibi imputare poteſt, quare in tali publico officio ſibi cōmiſſo non præpoſuerit honeſtam familiam. l. Cum ſi exhibuiſſent. §. Idcirco. ff. de publica. & per hoc infert Bartol. in dicta lege Ne quid. Quòd ſi dominus alicuius terri-
8 torii † præponit aliquem ad cuſtodiam totius comitatus, ne furta & rapinæ cō mittantur, & is præpoſitus ibi furatus fuerit, vel rapuerit, quòd ipſe dominus præponentis teneatur, quia deliquit circa id ad quod præpoſitus fuit dicta lege prima. ff. de publica. Et vltra infert ex hoc Panormitan. hic, quod poteſtas ſeu rector teneatur ex facto ſuorum officialium. Liberantur tamen domini exhibendo malefactores dicta lege prima in principio. & §. final. & l. Cum ſi

C exhib

exhibuiſſent. ff. de publica. Barto.in d.l.prima.§. Familiæ .ff.de pu blic.Si verò dominus non eſt præpoſitus certo alicui officio,,& tunc,ſi mandaui uel ratum habuit,uel rem ſpoliatoribus recipit,& tenetur. Et in hoc caſu loquuntur Iura pro prima opinione adducta.Si verò nec mandauit,nec ratum habuit &c.& non tenetur.l.Com à te,cum ſimilibus.ff.de vi & vi armata.Vide Barto.in.d.l.j.§.Familiæ.ff.de public.& in.d.l.Ne quid.ff.de incend. rui.& naufra.& in.l.j.ff.Si familia fur tum feciſſe dicatur.Panor.hic.

¶ In ſecunda quæſtione,ſcilicet an dominus teneātur de dānis & rapinis in ſuo territorio ſiue loco commiſsis, vi-
9 detur primò ꝙ ſic.† Nam dominus terrarum ſoluuntur pedagia & vectigalia, ideo vt res & perſonæ ſoluentium infra diſtrictum illius,cui ſoluun tur, ſint tutæ,Igitur ſi damnificantur, tenetur dominus ad emendationē. Ita pulchrè decidit Archidia.in.c.Si quis Romipetas.xxiiij.q.iij. Et ideo dicit Bal.in.c.Vnico.§.Conuenticula,de pa ce iuramen.firmanda.ꝙ colligētes pedagia debent tenere itinera tuta.Vnde ſi fit aliqua robatoria in eorū curia & territorio,ſeu diſtrictu,vbi à tranſeun tibus exigunt ,tenentur ea reſtituere, vel malefactorem exhibere.Allegat ad hoc tex.in.d.l. Ne quid.ff.de incē.rui. & naufra.& dicit quoque Bald.in.c. Vnico,quæ ſint regaliæ.Hinc eſt quòd ſoluens pedagium nō poteſt capi pro repreſſaliis.Allegat Odof.in Autentica,Habita.C.Ne filius pro patre.Et ꝙ domini teneātur hoc caſu,decidit quoque Bald.in.c.Vnico.§.Marchio,.ver. Extrà quæro de his qui feud.dare poſ ſunt.Quilibet enim tenetur ad cuſtodiam ſui loci.l.j.C.de falſa mone.l.j. cum ſimili bus. C de his qui latrones occultauerunt.

¶ Sed tamen contrarium eſt verius,ꝙ ſcilicet indiſtinctè nō teneatur, ſed tū demum,ſi ſciuerit & prohibere potuerit.Si enim neſciuit, aut verò ſciuit,& prohibere non potuit,non tenetur.Ita decidit notabiliter Bar.in.d.l.Ne quid ff.de incend.rui.& naufra.& ideo dicit Archidia.in.d.c.Si quis Romipetas,ꝙ ꝙ accipiens vectigal, tranſeuntes per ſuum diſtrictum defendere debeat pro poſſe, hoc eſt, quantum eſt poſsibile. Dicit enim Bart.in præallegato loco expreſsè:Si dominus eſt tam modicæ potentiæ.quod prohibere non poteſt, non tenebitur.Idem dicit Bar.ibi eſſe de quolibet domino.et etiam priuato: quòd teneatur aliquem defendere, ſi offendatur in prædio ſuo. Item communitas alicuius oppidi vel villæ, ad idem teneantur,non tamen conueniūtur criminaliter,ſed ciuiliter .d.l. Ne quid.ff.de incendio,rui &c.Et facit ad hanc quæſtionem textus in.d.l.j.C.de falſa mone.Sed propter ſolam ſciētiā non tenentur,quia etiam ſi ſciat, nec tamen prohibere poſsit, non cenſetur ſcire.l.j.ver.Is autē.ff.Si familia fart. feciſſe dicatur.Et ita quoque decidunt Anto. de But.& Panor.hic.Et iura in contrarium allegata, intelligi poſſunt de eo, qui ſcit, & prohibere poteſt.

¶ Tertia quæſtio eſt ,vtrū quis tenea-
20 tur ex eo † ꝙ ſciuit maleficiū,& non prohibuit:& videtur,ꝙ ſic,quum quilibet teneatur aliū defendere. Hoc probatur primò.Prouerbiorum vigeſimo quarto cap.vbi dicitur:Erue eos, qui qui ducuntur ad mortem.

¶ Secun

¶ Secundò, per tex. in. c. Non inferenda. xxiij. quæſ. iij. vbi dicit textus: Qui non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt tam eſt in vitio, quã ille qui fecit. & allegatur ibi exemplum Moſis.

¶ Tertio probatur per tex. in. c. Quantæ, in fine, de ſententia excommu. vbi dicitur, eos delinquentibus fauere, interpretamur, qui cum poſſunt, manifeſto facinori deſinunt obuiare. Idem habetur in. c. Qui poteſt. xxiij. q. iij. & in. c. j. lxxxiij. diſtinctio. Dicit enim: Nihil differt, mortem inferas, vel admittas.

¶ Quartò, per text. in. c. Dilecto, de ſenten. excommu. vbi ſunt verba text. Et quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino: vel proximo pro repellenda ipſius iniuria, ſuum impartiri auxilium, Imò ſi poteſt & negligit, videtur iniuriantem fouere, & eſſe particeps eius culpæ. Et videtur Barto. in l. Vt vim. in hanc ſententiam inclinare, & probatur quoque per text. in. l. culpa caret. ff. de regulis iuris, ſumpto arg. à contrario ſenſu.

¶ Sed temen his non obſtantibus, cõtrarium videtur verius, quòd ſcilicet quis non teneatur indiſtinctè quemlibet defendere, per gloſſ. in capitu. Quantæ, in verbo, Interpretamur, vbi dicit eſſe valde graue, ſic generaliter dicere, quòd quis teneatur quemlibet defendere. Et probatur quoque ex hoc fundamento, quia quis poteſt ab alio recipere pecuniam, vt eum defendat. l. Metum. §. Sed licet. ff. Quod metus cauſa. Et ſi quis dedit pecuniã vt defendatur, non poteſt eam repetere. Ergo ſequitur, ꝙ de iure defendere non cogitur. Quia ſi cogeretur de iure, haberet locum repetitio pecuniæ, quia turpiter accepta fuiſſet: Ita decidit Barto. in. l. j. §. Sed in eo. ff. Ad Sylla. vbi dicit: Si quis occidat aliquẽ me præſente: & eum non adiuuarem, quum poſſem, non tenerer, niſi aliàs eſſem particeps ſceleris. Et ideo dicit Bal. in. d. l. Vt vim. Quid ſi ſcio ꝙ Titius vult occidere Seiũ, an tenear Seio dicere, ꝙ ſibi caueat, non nominando à quo, tenear de honeſtate: tum ſi non facio, non puniar, quia ſpeciale eſt in l. Si ſciente. ff. Ad. l. Pompe. de parrici. Ergo in contrarium eſt ius commune. Et gl. in. l. Culpa caret. ff. de reg. iu. mouet illam quæſtionem, his verbis: Sed quid ſi poſſum prohibere Titium iniuriari Sempronio, an debeam iuuare. Reſpondet ſecundũ Canones, ſic: Verbis interponendo me honeſto modo. Sed ſecundum leges: Non, niſi in his, quos habeo corrigere, vt in ſeruis filiis, & ſimilibus.

¶ Idem dicit glo. in. d. c. Quantæ. Dn. Iaſ. dicit, quẽ nõ teneri, niſi quo ad forum pœnitentiæ & cõſciẽtiæ, vel niſi in filio aut ſubdito. l. Vtrũ. & ibi Bart. ff. ad. l. Pom. de parri.

¶ In hac ergo quæſtione, an. ſ. quis teneatur alium defendere inuitus, hoc modo diſtingue.

¶ Aut aliqs habet iuriſdictionẽ, vel ius
11 corrigendi in offendente †, & tũc tenetur defendere, quia poteſt ſine periculo. Et ita decidit gloſ. in. d. c. Quantæ, vbi dicit, ꝙ text⁹ dicit: Qui cũ poſſint intelligo de his, qui ratione poteſtatis quã habẽt in illos, ad hoc teneri, aliàs conſentire videtur, & præſtare autoritatẽ, ſi vident & non prohibẽt. Quam gl. Pan. ibi ſaltẽ: quo ad offenſionẽ laici pertinet, ſequitur, & glo. in. d. c. Non inferenda, vbi dicit: Si põt, id eſt, ſi eſt

in poteſtate poſitus. Et in hoc caſu intelligi poſſunt iura pro rationibus dubitandi allegata.

¶ Aut quis non habet iuriſdictionem in offendentem, & dic: Aut dominus vel pater &c. offenditur, & tenetur filius, ſubditus, vaſallus, vel ſeruus iuuare & defendere. Ita decidit Pau. de Ca. in. l. fi. C. de his quib. vt indignis. Bar. in. d. l. j §. Occiſorum. ff. ad Syllauia. Dn. Iaſ. in. d. l. Vt vim. Et tales perſonæ tenentur indicare offenſionem inſtantem, vt filius patri, ſeruus domino ſubditus ſuperiori &c. alioqui puniuntur ex ſola ſcientia, & ꝙ non reuelauerint. l. ij. cum ibi notatis & in. l. Vtrum. ff. de parricid. l. Quiſquis. §. fi. C. Ad. l. Iul. maie. Et hæc vera ſunt, ſi delictum ſecutum eſt, alioqui non tenetur, niſi in crimine læſæ maieſtatis. d. l. Quiſquis. Aut offenſus non eſt pater, dominus &c. Et dic. Aut quæris de iure Canonico, & foro pœnitentiali, ſiue conſcientiæ, & quilibet tenetur alium iuuare & defendere, verbis, honeſto modo ſe interponendo, ſed cum periculo vitæ ſuæ actualiter non tenetur. Ne-
12 mo † enim tenetur ſalutem alicuius hominis priuati & extranei propriæ ſaluti anteferre, vt colligitur ex locis ſcripturæ, ſcilicet: Fontes tui deriuentur foras, tu verò dominus maneto. Itẽ Sic iuueris, non vt aliis ſit remiſsio, vobis autem tribulatio &c. Et in defenſione poteſt vita defendentis alium duobus modis periclitari. Primò quòd ab offendente ipſe defendens occidatur, ſicuti ſæpe fit. Secundò, ſi ipſe, qui alium defendit, offendentem occidit, pro defenſione alterius, accuſatur vt homicida. Et ſi non probauerit ſe animo defendendi feciſſe, punitur vt homicida: & tamen hæc probatio eſt difficilis &c. Igitur quis non tenetur cum periculò vitæ, etiam in foro conſcientię. Et in hoc caſu procedere poteſt gl. in. d. l. Culpa caret, quam approbat Bar. ibi. Aut quæris de Iure ciuili & non tenetur quis alienæ rei ſe immiſcere. Et in hoc caſu loquuntur iura in principio deciſionis adducta.

F I N I S.

Series chartarum.

A a, B b, C c, a, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, v, x, y, z, A, B, C. Omnes quaterniones, præter C c & C. duerniones.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Index

Verba generalia an pro actore interpretãda.fo.126.nu.5.
Verba ſecundum ſubiectam materiam intelligenda.fol.41.nu.
Verba præcedentia & generalia, ſecundũ ſpecialia ſunt intelligenda.fo.10.nu.12.
A verborum propria ſignificatione nõ eſt recedendum niſi mens legis aliud ſuadeat.fo.61.nu.1.
Via vna cui quid prohibetur,an alia ad id non admittendus.fo.168.nu.32.
Vicini proximi non ſemper neceſſario in libello ſunt exprimendi.fo.82.nu.6.
Videri,verbi,natura.fo.6.nu.36.
Per verb.Videtur,de iure reſpondetur,& fertur ſententia.fo.5.nu.35.
Vniuerſitas recuſari poteſt.Et ratio huius fo.6.nu.38.
Voluntas in maleficiis,non exitus,ſpectatur.fo.196.nu.10.
Voluntas vltima, licet teſtator iurauerit ſe eam non ſeruaturum, tamen mutari poteſt.fo.178.nu.16.
Vtentis intẽtio vtrum etiam vna cum vſu ſiue exercitio ipſius,probanda ſit, quod ſcilicet animo acq̃rendi ius,ita ſit vſus fo.187.nu.19.
Vſu alicuius rei probato, ipſum vendi ius non acquiſitum cenſetur.fo.196.nu.14.
Vſuræ ſecundum Canones illicitæ & prohibitæ ſunt.fo.26.nu.5.
De vſuris cognitio, quæ quaſi indebitẽ ſolutæ petuntur,ad ſecularem Iudicem ſpectat.fo.11.nu.12.
Vxor an teneatur maritum abſentem expectare.Et econtra.fo.117.nu.6.
Vxor nubens alii authoritate eccleſiæ,nõ expectato marito qui diu malitioſè ab eſt non eſt iudicanda adultera,etiam iure Cano.fol.119.nu.12.
Vxor etiam in matrimonio exiſtens, manet in patris poteſtate.fo.65.nu.24.
Vxor an dignitatem, quam ipſa per maritum acquiſierat, poſt mortem mariti retineat.fo.68.nu.3.
Vxor defuncti,vidua,cenſetur permanere in priori matrimonio.fo.69.nu.4.

F I N I S.

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico e Legatoria
Piazza dello Spirito Santo, 11 - Tel. 21.244
PESCARA